
32
G
24

באב מוסי

PORTA *MOSIS*

SIVE,

DISSERTATIONES ALIQVOT

à R. MOSE MAIMONIDE, ſuis in varias *Miſhnaioth*, ſive textus *Talmudici* partes, Commentariis præmiſſæ, quæ ad univerſam ferè *Judæorum* diſciplinam aditum aperiunt.

Nunc primùm

Arabicè *prout ab ipſo Autore conſcriptæ ſunt*, *&* Latinè *edita*.

Unà cum Appendice Notarum Miſcellanea, operâ & ſtudio *EDVARDI POCOCKII*

Linguarum *Hebraicæ* & *Arabicæ* in Academia OXONIENSI Profeſſoris.


Πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε.




OXONIÆ,

Excudebat H. HALL Academiæ Typographus, Impenſis R. DAVIS. 1655.

C



Præfatio ad Lectorem.



SI quid ſit in his à nobis editis, quod illis qui *Rabbinica* cum *Arabicis* ſtudia conjungere cupiunt, prodeſſe poterit, ſatis tam pro muneris, quam pro inſtituti noſtri ratione feciſſe videamur; adeo ut Lectorem cui iſtiuſmodi cordi ſint, ulteriori præfatione diſtinere opus non ſit, quin rectà portam, quâ patet, ingrediatur, ut quæ ab hoc fine non prorſus aliena fore ſperamus, an noſtrûm utriuſq; votis reſpondeant, ipſe legendo perſpiciat. Sed cùm in ea oculos forſan conjecturi ſint, & alii ſeverioribus occupati curis, quò ſuis etiam uſibus aliquid inde decerpant, liceat aliqua de totius operis ratione hiſtorico more præfari.

Quæ è Lingua *Arabica* in *Latinam* à nobis verſa ſunt, *Maimonidem* habent authorem, virum nominis tam apud *Christianos* quàm *Iudæos* meritò celebris

bris(qui quid de ipſo & cenſuerint & dixerint licet conſulere tum alios, tum imprimis Cl. virum *Iohannem Buxtorfium* in ſua ad *Moreh Nevochim* præfatione) nec minus apud *Mohammedanos*; apud quos, teſte authore hiſtoriæ Medicorum) الرئيس موسى *Moſes Princeps* audit. quòd ſcil. *Iudæis* in *Ægypto* degentibus aliquandò præfuerit, cum eſſet من احبارهم وفضلائهم *ex eorum doctiſſimis & præſtantiſſimis*, idémque non ſolùm عالم بسنن اليهود *Iuris Iudaici peritiſſimus, ſed &* اوحد زمانه في صناعة الطب وفي اعمالها *ſæculi ſui in arte medica, eáque facienda*, Phœnix (quo nomine & Regi *Salahoddino* ejúſque filio *Ali*, cujus juſſu librum في تدبير الصحة *de regimine ſanitatis* compoſuit, notus fuit) nec non متفنن في العلوم *omni ſcientiæ genere clarus*. His artibus cum tantam apud *Mohammedanos* (in diverſæ profeſſionis homines ſatis plerunque obliquos) gloriam adeptus fuerit, minime mirum eſt eum apud ſuorum alios, eas, quas nemo ferè alius, conſecutum eſſe laudes, à quibus נר ישראל *Lucerna Iſraelis*, אור מזרח ומערב חכם עבר וערב *Lumen Orientis & occidentis*, Hebræorum & Arabum *Sapiens*, *Moſes cui poſt* Moſen *primum haud alius ſimilis fuerit* inſignitus eſt:) apud alios verò (ut fieri ſolet) tantæ nominis celebritati invidentes, odium plus quam

quam *Vatinianum* in se concitâsse, quo perciti nihil non & contra ipsum & ipsius scripta molirentur; à quorum ipsum tanquam religionis *Mohammeticæ*, quam aliquando simulaverat, desertorem accusantium calumniis, unâ **AlKadi AlFadel Abdirrahimi* fidi amici ope & gratiâ (referente *Gregorio AbilFarajio*) liberatus est. Sed non est nobis animus, tam quæ ad Authoris personam, quam quæ ad præsentis operis rationem spectant, in medium proferre. Inter prima quæ edidit magnus iste Doctor ingenii sui monumẽta, est ipsius in sex *Mishnæ* ordines, seu universũ textũ *Talmudicũ* commentarius, qui quando ab ipso conscriptus sit, non aliunde meliùs discemus quã ex ipsius verbis quibus opus suum obsignavit, quæ tum in C.MS tum in editione veteri *Neopolitana* sic habent, אני משה

* *Iudicis præstantis.*

בר' מימון הריין בר יוסף החכם בר יצחק הריין בר יוסף הריין
בר עובדיהו הריין בר שלמה הרב בר עובדיהו הריין זכר
קדושים לברכה התחלתי לחבר פירוש זה ואני בן שלש
ועשרים שנה והשלמתי אותו במצרים ואני בן שלשים שנה
שהיא שנת תשע ושבעים לשטרות ברוך הנותן ליעף כוח

&c. Ego Moses *filius* Maimonis *Iudicis*, *filii* Iosephi *Sapientis*, *filii* Isaaci *Iudicis*, *filii* Iosephi *Iudicis*, *filii* Obadiæ *Iudicis*, *filii* Salomonis *Doctoris*, *filii* Obadiæ *Iudicis* (*memoria justorum in benedictionem*) *cœpi componere expositionem istam cùm annorum*

*rum essem viginti trium, eandémque absolvi in Æ*gypto *cum annorum essem triginta.* viz. *anno contra-*
sc.post 1400. *ctuum septuagesimo nono. Benedictus qui dat lasso vires &c.* Opus istud ut & cætera quæ scripsit, pleraque, excepto magno isto Syntagmate *Yad Chazakah*, quare linguâ *Arabicâ* composuerit facilè patet, nempe, מפני הרחבת הלשון וביורו כי רחב הוא מאד ומפני שאנשי דור׳ גם כן הורגלו לדבר בו ותתפשט לשון הערבי בכל אותן הארצות *Ob linguæ istius amplitudinem, & perspicuitatem, quódque latè se diffunderet, eique assueti essent ejus sæculi homines, ac in omnibus regionibus istis obtineret.* (ut verbis *R. Iacobi* qui Commentarium ipsius in *Seder Nasim Hebraicè* interpretatus est, utar.) Quantam autem in desuetudinem, apud *Iudæos* Orientales præsertim, abierat tunc temporis lingua *Hebraica*, liquet ex eo quod refert *R. Salomon Iosephi* filius, *Hispanus*, in præfatione ad librum Præceptorum à se *Hebraicè* versum. scil. quendam è *Babeli* degentibus literis ad *R. Mosen* missis ipsum rogasse ut librum suum *Mishneh Torah* [seu *Yad*] in linguam *Arabicam* transferret; se enim *Hebraicè* non callere; respondisse autem *R. Mosen* se nullo modo induci posse ut hoc faceret: quin potiùs si tantum ipsi otii suppeteret, se Commentarios suos in *Mishnaioth*, & librum

brum Præceptorum, quos *Arabicè* contexuerat, in linguam ſanctam verſurum. ונראה כי לא היה לו פנאי כי לא השלים דברו *videtur autem* (inquit) *otium haud conſecutus, cum promiſſum ſuum non præſtiterit.* Atque hoc pacto factum eſt ut non minus iſti cum cæteris ab eodem *Arabicè* ſcriptis libris, aliarum regionum, quibus lingua *Arabica* vernacula non eſſet, *Iudæis*, ignoti prorſus atque inutiles aliquandiu jacerent, quam prædictus ille, *Babylonio* iſti qui *Hebraicè* neſciret. בהיות נדחינו בקצוות הארצות ובאיים רחוקים שאינם מכירים בלשון ערבי היו אצלם כל אותם חבורים כאילו אינם לא שבכל דור ודור עומדים מכירים בשתי הלשונות ומעתיקים אותם ללשון הקדש להאיר עיני המעיינים *Cum ſint diſperſi noſtri in ultimis terræ partibus inſuliſque longè remotis quæ linguam* Arabicam *neſciant, eo modo ſe habuerunt omnes libri iſti apud ipſos ac ſi non omnino [ſcripti] eſſent; niſi quod ſingulis ſæculis extiterint utriuſque linguæ periti, qui illos in linguam ſanctam verterent, ad illuſtrandos legentium oculos.* ut loquitur *Salomon Ioſephi* filius in Præfatione ad verſionem *Seder Nezikin*, tum de aliorum tum de his *Maimonidis* ſcriptis verba faciens. Commentarius autem, de quo loquimur, iſte in *Miſhnaioth*, non totus ſimul ac ſemel, ſed per partes, diverſis in locis, atque à diverſis

diverſis hominibus in linguam iſtam traductus eſt. Primus, ni fallor, omnium *Samuel* filius *Iudæ*, filii *Tibbon* (ille qui vivo adhuc *Maimonide Moreh Nevochim* in linguam *Hebraicam* tranſtulit) rogatu *Iudæorum* in urbe *Lunel* degentium, capita ea quæ præmiſit Magnus Doctor ſuis in *Pirke Aboth* Commentariis, unà cum ipſis, vertit. hoc eſt quod ipſe præfatur, כאשר ראו חכמי לוניל עיר מולדתי פירוש
† al. בבאור זאת המסכתא והפרקים אשר הקדים הרב † בחבור ענינה
בקשו ממני להעתיקו להם כאשר עשו במאמר מורה הנבוכים

Cum viderent Sapientes Luniel, *urbis in qua natus ſum, explicationem tractatus iſtius unà cum capitibus quæ præmiſit Doctor ille quibus ſenſus ejus comprehendit, petierunt à me ut ipſam illis verterem, quemadmodum in libro* Moreh Nevochim *fecerant*. Idem & ejuſdem Commentarium in cap. 10. tractatus *Sanhedrim* interpretatus eſt, teſte *R. Iacobo Ben Moſe Ben Accaſi*, ideoque ab ipſo aliiſque אבי המעתיקים *Interpretum Pater*, non immerito appellatus. Deinde *R. Iuda* filius *Salomonis* (qui vulgo *Charizi* audit) rogatu *Iudæorum Maſſilienſium* (uti ipſe in præfatione teſtatur) totius operis interpretationem aggreſſus eſt. כאשר דבריהם הבינותי חשתי
ולא התמהמהתי ומצותם הקימותי והעתקתי פירוש זה הרב
ללשון הקדש מלשון ערב *Cum eorum verba intellexiſſem, feſtinavi*

festinavi, & sine mora ipsorum mandata implens Commentarios Doctoris istius in linguam Sanctam ex Arabica transtuli. Ex his, universum opus istud *Hebraicum* facere, ipsi in animo fuisse liquet. quod tamen præstiterit necne nescimus, cum non amplius ipsius operâ traductum (quod sciam) extet quam præfatio *Seder Zeraim* præmissa, cum quinque ejusdem tractatibus prioribus. Fuit hic vir & ingenii & stili elegantis, Poëta eximius, quique *Moreh Nevochim* etiam in linguam *Hebraicam* transtulit, licet versio ipsius alteri illi ab *Aben Tibbon* concinnatæ posthabita fuerit; non forsan, quòd illa *Samuelis Tibbonidæ* elegantior, sed materiæ quæ libro isto tractatur (utpote Philosophicæ) congruentior: cum ut ait ipse (*Charizi* חכמי כל אומה הסכימו כי אין לאדם להעתיק ספר עד ידע שלשה דברים סוד הלשון אשר יעתיק מגבולה וסוד הלשון אשר הוא מעתיק אליה וסוד החכמה אשר הוא מפשר מליה *in hoc omnium gentium Sapientes conspirârint, non esse idoneum libro alicui transferendo, qui non tria hæc calluerit, linguæ è qua vertit, linguæ in quam vertit, & scientiæ cujus notiones explicat, mysteria.* Ipse igitur in rebus (ut videtur) Philosophicis non adeo versatus, minorem eo ex opere laudem reportavit, cum aliàs eloquentiæ & Poëseos

laude celeberrimus eſſet. ut & verſio ipſius *Makamat* ſeu Sermonum *AlHariri*, qui penu elegantiarum *Arabicarum* locupletiſſimum, eáque quæ ipſe *Hebraicè* ad ejus libri imitationem compoſuit abunde teſtantur. [ſed & hîc ſe diſciplinæ *Talmudicæ* haud ſatis gnarum confiteri videtur, obſervaturũ tamen omni diligentià לשמור הענין ולתקן הבנין *ut ſenſum retineat rectéque omnia digerat*.] eodem hic ferè tempore quo *Samuel* iſte floruiſſe videtur, ídque ſuperſtite adhuc *Maimonide*, cujus licet ut defuncti, l. *Makamat*, c. 46. meminerit, ipſius tamen filium *Abrahamum* קטן בשנים וגדול בעניניו *annis juniorem, cætera grandiorem vocat*. Hæc igitur ab his verſa ubi ad manus *Iudæorum Romæ* commorantium perveniſſent, illos totius operis videndi deſiderio flagraſſe tradunt, ideoque quo voti compotes fierent, ſtatuiſſe legatum aliquem in exteras regiones, reliquas ejus operis partes conquiſitum mittere. Eo nomine *R. Shimchah* quendam literis & viatico ab ipſis inſtructum *Barcinonem* profectum, cum *R. Salomoni Aderath*, viro cœtus ibi degentium primario, adventus ſui cauſam indicaſſet, hoc ab eo reſponſum tuliſſe: fruſtra ibi quæri libros iſtos, neque enim loci iſtius incolas linguam *Arabicam* callere. nec tamen ab in-

v. præf. R. Joſephi in Seder Moed.

cepto desisteret, donec *Arragoniæ* regnum adiisset, ibi forsan quod quæreret reperturus eò igitur profectus ad urbem וישקה *VVeshkah* cum pervenisset, ac literas suas cum aliis à *Salomone* isto acceptis, *Iudæorum* præcipuis ostendisset, illi gratum ipsi facere cupientes, duos ordines *Talmudicos, Moed* & *Nasim*, qui soli apud ipsos reperiebantur, in linguam *Hebraicam* vertendos in se susceperunt, eúmque in finem R: *Iosephum, Ben Isaac, Ben* אלפאל *Aluphal* [seu ut alibi scribitur, אלפואל *Alphual*] rogarunt ut in *Seder Moed* transferendo operam suam collocaret, qui & illud lubens præstitit, dubitans interim ne alicubi erraverit, tum quod linguæ *Arabicæ* proprietati magis quam *Hebraicæ* in aliquibus attenderit, more (ut ait) plerorumque interpretum qui linguæ è qua vertunt usum præcipue sequuntur, כאילו הוא דבר טבעי במעתיקים *ac si res interpretibus plane naturalis esset*) tum alias insuper ob causas, & quòd unius tantum exemplaris copiam haberet. Versionem suam absolvit fine mensis *Sivan* anni contractuum נז, 57. scil post millesimum (ut videtur) & quingentesimum. Idem suasu * R. *Salomonis Adrath*, reliquas etiam *Seder Zeraim* partes transtulisse se scribit. *Seder Nasim* autē R. *Iacobi Ben Moseh*, בן עכסאי הנקרא בדרש

al. אושקה *Osca.* *Arab.* وشقة *v. Geogr. nub.*

v. ipsius præf.

* *In Juchasin dicitur R. Salomonem istum jussisse Comm. Maimon. in linguam Hebr. verti anno 57. ipsumque obiisse anno 70.*

Ben

Ben * *Acſai* cognominati *Badreſh*, diligentiæ commendarunt, qui *Maimonidis* in ipſum commentarium *Hebraicè* vertit ope *R. Chaiim* fil. *Salomonis, Ben Baka*, Medici. Inde, eorundem ſuaſu, *Cæſar. Auguſtam* [*Saracoſtam* vocant *Iudæi* & *Arabes*] profectus *R. Shimchah* commentarios ejuſdem in cæteros ordines, excepto *Seder Tahoroth*, *Arabicè* exaratos comperit: quorum qui in *Seder Nezikim*, præter tractatum *Aboth* qui pridem verſus fuerat, tranſtulit doctorum ſuaſu *Salomon* f. *Rabbi Ioſephi*, המכונה בן יעקוב *Ben Iacob* cognominati, queſtus. interim mendoſum & alicubi imperfectum fuiſſe quo uſus eſt exemplar *Arabicum*. Eâdem in urbe *Seder Kodaſhim* traduxit *Nathanael* medicus f. *Ioſi Ben* אלמלי *Almeli*, cum *Romanorum* legatus prædictus *Cæſar Auguſtam* perveniſſet, anno quinquageſimo לפרט *ſupputationis particularis* (annorum ſcil. qui abjectis millenario & centenariis, ſuperſunt) menſe *Ciſlau*. Hic etiam in præfatione ſua exemplar quo uſus eſt mendis ſcatuiſſe conqueritur, aliiſque de cauſis fieri non poſſe ſcribit quin alicubi erraverit, cum & in *Talmude* parum verſatus & exercitatus fuerit; feciſſe tamen ſe hoc non illibenter, cum quod opus videretur Deo gratum, tum quòd linguâ *Ara-*

* *al.* עכאסי *Accaſi.*

• *v. ipſius Præf.*

c. 10. Sanhed. in eodem ordine duplicis verſionis meminit Abarb. in Roſh. Amanah.

Arabicâ הולך ומתמעט ואפשר שיאבדו הפירושים האלו
באבדן הלשון מתוך הקהל כמו שאבדו עד היום הזה מתוך
החכמים שלא ידעו לשון ערב כי כל דבר שאין אדם נהנה
ממנו הרי הוא בחזקת אבוד אצלו *jam sensim decrescen-*
te, fieri posset ut pereunte illâ unà perirent commen-
tarii isti cætui [Iudæorum] *quemadmodum huc usque*
quasi deperditi fuerint sapientibus illis qui linguam
Arabicam *non calleant. Quicquid enim sit è quo non*
capiat quis utilitatem, perinde illi est ac si periisset.
Romanorum legatus ille nescio an ulterius progres-
sus sit, vel alibi sibi *Seder Tahoroth*, qui nunc unicè
desiderabatur, vertendum procuraverit, certum
tamen est & ipsum sive ante, sive post illud tem-
pus, suum etiam invenisse interpretem, cujus
nomen nullæ, quas mihi adhuc videre contigit,
præ se ferunt editiones. Atque hoc pacto, multo-
rum ope interpretum, universæ *Iudæorum* genti
communicati sunt integri *R. Mosis Maimonidis* in
omnes *Mishnæ* partes commentarii; eorúmque
operâ, eosdem typis mandantium, nostris etiam
hominibus. Eorum, quos hic exhibemus tra-
ctatus, partes sunt quædam dignitatis inter cæ-
teras conspicuæ. neque tamen in iis edendis jam
actum agimus, cum priùs non nisi *Hebraicè* editæ
fuerint, prout ab Interpretibus redditæ, non prout
ab

ab ipſo Authore *Arabicè* conſcriptæ fuerint. Quanto autem ſatius ſit Autorum fontes quam interpretum rivulos adire, nemini ignotum eſt. Opus univerſum majoris eſt molis quam cui manum admovere noſtrum permitteret otium. Neque tamen, quas dedimus partes ut mutilum quid aut imperfectum rejiciat Lector Sunt enim ipſæ in ſe, licet præfationum atque appendicum vice toti corpori inſerviant, ſermones integri, & eorum nonnullæ, etiam olim, viris doctis dignæ atque idoneæ viſæ quæ ſeorſim transferrentur, ut de octo capitulis tractatui *Aboth* præmiſſis, & capitis *Chelèk* ſeu decimi *Sanhedrim* appendice jam dictum. Cauſa nobis eas *Arabice* edendi ea fuit, quam innuit *R. Nathanael, Ben Almeli*, verbis jam antea laudatis. ſcil. quod cum lingua *Arabica* apud *Iudæos* in deſuetudinem abierit, metus ſit, ne prorſus perirent theſauri iſti. neſcio enim quo pacto factum ſit, ut paucorum jam manibus terantur quæ *Arabicè* ſcripta ſint, blattiſque ſolùm & tineis commendentur, iis etiam in regionibus ubi ante aliquot ſæcula, non aliam ut vidimus, dialectum facilè intelligerent vel eorum doctiſſimi. Neſcio, inquam, quo pacto, cum fatum illud non ſolum *Iudæorum* libris contigerit, ſed & aliorum

aliorum *Arabicè* ſcribentium monumentis magna ex parte commune ſit: nempe, ut nec eâdem jam diligentiâ conſerventur, vel poſteritati propaganda tranſcribantur, quâ olim cum apud ipſos eâ linguâ quaſi vernaculâ gauderent, unâque cum ejus ſtudio florerent literæ, utriſque idem ferè jam fatum paſſis magnâque veteris gloriæ parte privatis: non quod vel in anguſtiores limites redacta ſit lingua iſta quam olim erat, cum vel latiùs unà cum religione *Mohammedana*, cui neceſſario ſacra, eſt propagata fuerit; nec quòd qui ſummâ jam rerum apud ipſos potiuntur minori erga literas ſtudio ferantur; ſecus enim, quicquid vulgo ſtatuatur, ſe rem habere comperiet qui *Turcarum* annales conſuluerit, ac pluris fieri, majoribus ſumptibus ali, & ad majores honores provehi apud ipſos, quam alibi, doctos; ſed potiùs quòd turbatis ad tempus inter arma ſtudiis, cum jam fato ceſsiſſent literarum Antiſtites, nec in promptu eſſent, qui eaſdem labantes ſuſciperent, & ipſæ unà occubuiſſe videantur, vel grave ſaltem deliquium paſſæ, poſt quod imperio ad homines linguâ pariter & ſede diverſos jam tranſlato, in integrum nullâ medicorum ope adhuc reſtitui potuerint. Quæ animo

perpen-

perpendenti verissimè ac gravissimè dictum videtur illud quod *Ali* à quibusdam acceptum fertur, زوال العلم اهون من موت العلما *Scientiæ ipsius quàm doctorum leviorem esse occasum*, cum utrosque non rarò idem sepulchrum contumulet, nec illa his supersit: adeo ut nihil gravius pati possit sæculum eruditorum jacturâ, utut incolumes plerumque contemptui, si non odio manifesto habere soleat. Sed ne ad limen perductos in diverticula abducamus; Quòd & characteribus *Hebraicis* imprimenda curavimus *Arabica*, ea in re autorem ipsum (è cujus autographo parum abest, quin mihi persuadeam edita esse horum aliqua) imitati sumus; ídque consilio, studiosis, si quid sentiam, non inutili, quò ita ei scribendi rationi assuescant, quâ quotquot ferè è *Iudæis Arabicè* scripserunt usi, ut nunc solent, & olim videntur. ii verò nec pauci nec eruditione vel dignitate cæteris inferiores, qui vel S. Scripturas, vel *Talmud*, *Arabicè* interpretati sunt, atque explicarunt, aliudve aliquod disciplinæ genus scriptis suis excoluerunt. Non solum Autor noster omnia ferè quæ composuit, excepto libro *Yad* (qui tamen etiam in linguam *Arabicam* traductus est) uti diximus, *Arabicè* scripsit, sed & pater ipsi-

us *Maimon*, & filius *Abraham* multa. *Iudas Levita* celebrem iſtum inter Sapientem *Iudæum*, & Regem *Cozarorum*, à quo titulum *Cozari* habet, dialogum eàdem linguâ compoſuit, ut & *R. Bechai* inſignem librum فرايض القلوب vulgò titulo *Hebraico*, *Chobat Hallebaboth*, quod officium cordium ſonat, notum. *Abu Zacharia* & *AbulVValid Marun*, *Ebn Iannahi*, Grammaticorum principes eâdem inter ſcribendum uſi ſunt, quorum hic & Grammaticam & librum Radicum edidit, è quibus non pauca mutuatus videatur *R. David Kimchi*. *R. Ioſeph Maimonidis* diſcipulus, cui ab ipſo liber *More Nevochim* dicatus eſt, celebrem in librum *Canticorum* commentarium, *Auhado'zzaman AbulBaracat* in Eccleſiaſten, alius in Proverbia *Salomonis*, alius in Pſalmos, *Arabicè* ſcripſerunt, *R. Tanchum Hieroſolymitanus* in univerſum (ni fallor) vetus Teſtamentum notas. *R. Abraham Ben Dior*, referente authore *Iuchaſin*, librum qui *Arabicè* vocatur عقيدة الرفيعة *Fides excelſa* compoſuit. Ac teſte *R. Salomone* in ſua ad *Maimonidem* in *Seder Nezikin* præfatione, *R. Saadiah Gaon*, (totius veteris Teſtamenti Paraphraſi *Arabicâ*, & libro *Emunoth* eâdem linguâ ſcripto, clarus) *R. Samuel Ben Hophni*, *R. Sharira*, *R. Hai*,

ורבים נכברים וולתם *cum multis præter ipsos viris inclytis, omnes* עשו חבוריהם בהרכות ובפירושים והתשובות בלשון ערבי *quæ de constitutionibus juris scripserunt, enarrationes & responsa sua* Arabicè *composuerunt*: nec minus גאוני המערב וספרד *insignes* Occidentis & Hispaniæ *doctores*, nominatim *R. Enoc* f. *R. Mosis* qui פירש כל התלמוד בלשון ערבי totum *Talmud Arabicè* enarravit; *R. Samuel Levita Granatensis, R. Isaac AlFesi, R. Isaac Ben Giath, R. Ioseph Hallevi Ben Megash*, & אחרים רבים אין מספר alii ferè innumeri כולם רוב פירושיהם ותשובותיהם בלשון ערבי *quorum omnium interpretamenta, & responsa magnâ ex parte* Arabicè *conscripta reperies*. [Obiter notare liceat, quod de *R. Enocho* narrat *R. Salomon* noster, idē *R. Iosepho* ab aliis tribui. In Chronologia *Davidis Ganz* à doctissimo V. *Guilielmo Henrico Vorstio* e-
" ditâ, dicitur tempore R*af Hai* fuisse R*af Ioseph*
" fil: **Shitanes*, qui erat discipulus R. *Mosis* captivi,
" atq; exposuit omnes sex classes Talmudicas lin-
" guâ *Arabicâ* pro **AlChases* rege *Ismaelis*. qui recal-
" citravit R. *Enocho* fil. R. *Mosis*, à quo cum excom-
" municatus querelam ad Regem deferret, hoc ab
" eo responsum tulit. Isti sunt *Ismaelitæ* recalci-
" trantes, cum autem hoc faciant tibi *Iudæi*, fugio
" ab illis, & jam fugio à te; atque sic fecit. verten-

* *Cognomin*: Abi Thaur. Juchas.

* אלחכים AlHacem, Juchas.

te *Vorſtio*, at obſcuriùs. Non eſt mihi ad manum codex *Davidis Ganz Hebraicus*, at in *Iuchaſin* unde hiſtoriam hanc ſumpſiſſe videtur, verba hæc ſunt, אלו היו ישמעאלים בועטים בי כאשר עשו לך היהודים הייתי בורח מפניהם ועתה ברח לך וכן עשה quæ ſonant, *Si recalcitrarent mihi* Iſmaelitæ *quomodo tibi fecerunt* Iudæi, *fugerem ab illis. tu ergò jam fuge; quod & fecit.*]

In horum, aliorúmve hoc genus Autorum, librum aliquem qui inciderit, pede magis inoffenſo perget, ſi mori ſcribendi iſti aſſuetus priùs fuerit. quem in finem, ſi quid alicui contulerit opus iſtud, Academiæ *Oxonienſis* beneficium gratus agnoſcat, quæ typographiam ſuam ea ipſa de cauſa typis ad hanc rem idoneis inſtrui curavit, quibus plus jam hoc in genere quam aliàs adhuc, quod ſciam, unquam in publicum prodiit. Quod prodiit ne ſine ulteriori examine contemptui habeat, ſuadet magnum *Maimonidis* nomen, qui ut præcipuis reip. literariæ Antiſtitibus viſum eſt, nugari non ſolet. nec dubito quin & hæc penitiùs introſpecta eundem quem cætera ipſius ſcripta genium ſpirent, ſed & in iis repertum iri nonnulla quæ ab ipſo primùm in ordinem redacta, pleniúſque ac fuſiùs quàm ab aliis tradita

 ſint:

ſint. quod de fundamentis fidei *Iudaicæ* hîc ab ipſo in articulos ſuos diſtributis teſtatur *Abarbenel.* Quis totius operis *Talmudici* rationem & hiſtoriam tam dilucidè alibi enucleavit? quis tot diſciplinæ *Iudaicæ* myſteria tam luculentâ *Methodo* expoſuit? His in linguam *Latinam* traducendis, ſi illud ſaltem præſtitero quod מריקמכלי ﭏכלי (ut verbis R. *Ioſephi* utar) *qui è vaſe in vas* [uſui magis accommodum] *transfundit*, vel qui ſitienti ſcutellam præbet quâ aquam è fonte deſumat, operam non prorſus inutilem navaſſe videbor. Si quis interim eadem cum *Hebraicis* conferens me à doctis iſtis *Iudæis* qui in eam linguam ipſa verterunt, in non paucis diſcrepare viderit, antequam vel in hanc vel alteram partem ſtatuat, utraque cum authoris (quæ hic dedimus) *Arabicis* diligenter conferat. Nam & eorum plerique errores quos ſibi exemplarium quæ ſecuti ſunt vitio, aliíſve de cauſis neceſſario committendos perſenſerunt, magna equidem cum modeſtia deprecantur; neque ipſe eò immodeſtiæ perveni ut quempiam mecum errare velim. Lector, quo utilitati ſuæ (cui poſt Dei gloriam dicatus eſt labor noſter) conſulat, in ea quæ veritati maximè conſentanea eſt, interpretatione eligendâ judicio ſuo utatur; &

In præf. ad Terumoth.

& si in utrâque erratum deprehenderit, tertiam ipse reponat.

In Appendice notarum verò miscellaneâ, neq; ad strictas methodi leges ubique exigendâ, quid præstitum sit haud facile erit uno intuitu ob oculos ponere. ad hunc ferè scopum collimant omnia ut studiorum *Rabbinicorum* & *Arabicorum* in genuino S. Scripturarum sensu eruendo, iisque explicandis usum, prolatis exemplis, ostendant, & commendatiorem reddant. Quod vel bonarum literarum amantioribus persuasum dare, forsan non adeo facile erit; multo minus illis, quibus vel quid ultra vernaculam sapere, iis rite interpretandis maximum statuatur impedimentum. Genus hominum planè ἄτοπον καὶ ἄλογον, atque hujus sœculi lues; à quibus quid passus fuerim, (quanto majora, nisi apparuisset Deus μεταχύμενος, passurus! nec tam aliâ forsan de causâ quàm quod & doctos amem, & à doctis, licet indignus, amer) qui noverit, haud adeo mirabitur si impræsentiarum, nec plura, nec meliora præstiterim. Sed liberavit me Deus, virorum insignium, quibus meliora cordi sunt, ope ultro oblatâ: quibus gratias quantas possum maximas refero, aliásque, quibus impar sum, plures adhuc debere me hîc palam testatum

 volo.

volo. Deus, qui hanc mentem illis indidit bona ipsis omnia rependat, & boni omnes bene cupiant. Scitum est illud Poëtæ

من يفعل الخير لا يعدم جوازيه
لا يذهب العرف بين الله والناس

Qui fecerit bonum non destituetur mercede ipsius.
Non perit beneficium inter Deum & homines.

Quòd si in notis istis à viris summis in diversum aliquando abeam, non est quod quis vel me illis detractum ire putet, vel veritatem à tanto illis inferiore prolatam fastidiosè respuat. Obtinuit semper atque obtinebit illud etiam Poëtæ

كم ترك الاول للاخر

Quot reliquit prior posteriori [observanda?]

Imò & doctissimus indoctiori? fuítque vel post diligentissimum messorem spicilegio locus. nec quod vel à tempore vel dignitate posteriore allatum fuerit, ideo minoris æstimandum est. Verissimum est illud ab *AlFiruzabadio* ex *Abil-Abbaso* laudatum

ليس لقدم العهد يفضل الفايل
ولا لحدثانه يهتضم المصيب

Nec

Nec, quòd tempore prior fuerit, plus æquo tribuetur ei qui erraverit,
Nec, quòd posterior, minus ei qui scopum attigerit.

Ingredere, Lector benevole, & si quid usui tibi fuerit, liberè fruere; si quid minùs commodè dictum, amicè corrige, atque erranti comiter viam monstra. והשם יתעלה יישירנו במאמר ובמעשה ויצילנו מן החטא והשגיות למען חסדו





DISSERTATIONUM ELENCHUS.

Ne dubius hæreat Lector in ea quam in his sequimur, legendi ratione, visum est hîc in limine Characteres *Arabicos* & *Hebraicos*, prout in typographia nostra sibi invicem respondent, ipsius oculis subjicere.

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ
א ב ת ת̇ ג ח כ̇ ד ד̇ ר ז ס ש צ צ̇ ט ט̇

ع غ ف ق ك ل م ن ه و ي
ע ג פ ק כ ל מ נ ה ו י



בשם י׳׳ אל עולם

קבצו חכמים ועמד׃ ה
על עמדכם כי
זכר טוב אזכרכם לכו
בנים שמעו לי יראת
י׳׳ אלמדכם שמעו שמוע
אלי ואכלו טוב ותהי
נפשכם כגן רטוב מי
האיש החפץ חיים אוהב
ימים לראות טוב אשר
לא העלה עליו מלך
גדול ולא שחח תחתיו
ולא השיאוהו משיאיו
ולא היה ממפותיו וישם
על לבו אשר לא
יתגאל בפת בג המלך
וביין משתיו יסור הנה
אל טבחי אשר טבחתי
ואל ייני אשר ישנתי
ואל שלחני אשר ערכתי

Congregamini ſapientes & in ſtatione veſtra conſiſtite, dote enim bonâ vos donabo. Accedite filii & auſcultate mihi, timorem Domini docebo vos: diligenter auſcultate mihi & comedite bonum, ſitque inſtar horti irrigui, anima veſtra. Quis eſt vir qui delectatur vitâ, qui amat dies quibus videat bonum, qui non extulit ſuper ſe Regem aliquem magnum, nec ſub ipſo ſe incurvavit; quem non ſeduxerunt ſeductores ejus, neq; fuit inter eos qui ab ipſo pellecti ſunt, qui in corde ſuo ſtatuit non pollutum iri ſe portione eſcæ regis, aut vino compotationis ipſius? divertat huc ad victimam meam quam mactavi, ad vinum meum quod donec inveteraſceret ſervavi, ad eam quam inſtruxi menſam.

Adeſte, veſcimini cibo meo, vinum quod miſcui bibite. Ecce in eo eſt ex omni genere fructuum pretioſorum, recentium ſimul & veterum, vinúmque conditum, ſuccus malogranatorum loqui faciens labia dormientium. Eſt autem ipſum oblatio ſpontanea vini mei, primitiæ omnis frumenti mei, tritura mea & provẽtus areæ meæ. Vinũ ipſius è vinea collis præpinguis, & panis ipſius panis fortium, ſiquis ederit ipſum portio ejus pinguis erit; ſapor ejus ut ſapor olei recentis. Comedite pinguia, & bibite dulcia filii mei. Comedite ſocii, bibite, & inebriamini intelligentes mei. hæc eſt menſa quæ eſt corã Domino. Eſt autẽ ipſa interpretatio Miſhnæ, quã expoliverunt patres veſtri, maceriarũ, quas ſtruxerunt paſtores qui fœtas veſtras ducunt, & fundamentorũ ſuper quæ fundati eſtis radicũ nec non

לכו לחמו כלחמי ושתו ביין מסכתי והנה בו מכל פרי מגדים חדשים גם ישנים ויין הרקח עסיס הרמונים דובב שפתי ישנים והוא תרומת ייני וראשית כל דגני מדושתי ובן גרני ויינו מכרם קרן בן שמן ולחמו לחם אבירים כל אוכלו חלקו שמן וטעמו כטעם לשד השמן אכלו משמנים ושתו ממתקים בני אכלו רעים שתו ושכרו נבוני זה השלחן אשר לפני י״י והוא פירוש המשנה אשר שננו אבותיכם וביאור הגדרות אשר גדרו הרועים מנהלי עלותיכם ועיקרי היסודות אשר המה יסודותיכם והמנהגות

והמנהגות והגזרות
והתקנות אשר תיקנו בעלי
גבורותיכם מן היום אשר
צוה י"י והלאה לדורותיכם
והנה הוא כמגדל דוד עומד
על תליו אלף המגן תלוי
עליו עם כל כלי מלחמות
הנכרים כל שלטי הגבורים
אני משה בן מימון הספרדי
בניתיהו ומים התלמוד
משיתיהו ומספיר התוספ
תא יסדתיהו ובפוך ספרא
רבצתיהו ומזהב ספרי
טחתיהו ובדברי הגאונים
סמכתיהו ובכסף הצרוף
זקקתיהו ובמעבה לבי
יצקתיהו והנה הוא ככרם
חמדה ונטע שעשועים
נטעתיהו ויומי ולילי
נצרתיהו ולרגעים
השקיתיהו עד אשר נצניו
נמלו ואשכלותיו בשלו וכל

consuetudinum decretorum & constitutionum quæ constituerunt vestrum potentissimi, à die quem præcepit Dominus, ac deinceps per generationes vestras. Atque ecce est illa instar turris Davidicæ super tumulum suum constitutæ, in quâ mille suspensi sunt clypei, cum omnibus electorum instrumentis bellicis, omnia potentium scuta. Ego Moses f. Maimonis Hispanus ipsam extruxi, è mari Talmudis extraxi, è saphiro Tosiphtæ fundamenta ejus jeci, ipsam carbunculo Siphræ stravi, auróq; Siphri oblevi, verbis excellentium fulcivi, argento puro constrinxi, & in argilla cordis mei fudi. Estq; ecce, illa sicut vinea desiderabilis, quã plantatione deliciarum consitam interdiu ac noctu custodivi, & ad momenta irrigavi, donec consummati fuerint flores ipsius, & maturuerint botri, omnisq; uva

parva

parva ſeaperuerit,& omnis in ea arbor genimas emiſerit, dederíntq; mandragoræ odorem. Portas ejus quas aperui non obſeravi, neque interdiu aut noctu clauſi, ſed omni recto & mundo liberè ipſam permiſi, & pro munere diſcipulis miſi. Atque ecce alligavi ipſam omnibus qui verba tranſcribunt, ſedentibus corã Domino, ut ſit ex quo comedant ad ſaturitatem, & operimentum durabile.

הסמדר פרתח · וכל
עץ בו פורח והדוראים
נתנו ריח פתחתי את
שעריו ולא נעלתיהו ויומם
ולילה לא סגרתיהו ולכל
ישר ונבר שמטתיהו ומנחה
אל התלמידים שלחתיהו
והנני אסרתיהו על כל
אשר מלין מעתיק
ליושבים לפני יי׳ לאכל
לשבעה ולמכסה עתיק

אעלם

אעלם אן כל שריעה אנזלהא
אללה עלי משה רבינו
אנהא אנמא אנזלת עליה
מע תפסירהא פיקול אללה לה
אלנץ תם יקול לה תפסירה
ותאוילה ומא תצמן דלך
אלנץ אלמחכם וכאן צפה
תעלימה לישראל עלי מא
אצף לך כאן יאתי לכבאה
פאול מן ידכל עליה אהרן
פיתלו עליה אלנץ אלמנזל
עליה מרה ואחרה ויעלמה
תפסירה תם ירתפע אהרן
וירגע עלי ימין משה רבינו
וידכל בער דלך אלעזר
ואיתמר ולראה פיתלו איצא
עליהמא משה מתל מא
תלי עלי אהרן תם ירתפעא
וירגע אחרהמא ען שמאל
משה רבינו ואלתאני עלי ימין
אהרן תם ידכל בעד דלך
שבעים זקנים ויעלמהם
איצא משה מתל מא עלם
אהרן ובניו תם ידכלון
בעד דלך גמהור אלנאס
כל מבקש י׳י ויתלו

Scias omnia legis præcepta quæ à Deo ad *Mosen* magistrum nostrum demissa sunt, demissa ad ipsū fuisse una cum interpretatione sua, eloquente Deo ipsi primùm textum, deinde explicationem & interpretationem ejus, & quid comprehenderet textus iste authenticus. Modus autem edocendi illa Israelem ejusmodi erat qualem tibi descripturus sum. Recipiente se [*Mose*] in tentorium suum, primus ipsum conveniebat *Ahron*, cui textum ad se [cœlitùs] demissum semel enarrabat, ipsúmque ejus interpretationem docuit; illo deinde surgente atque ad dextram *Mosis* se sistente, ingrediebantur *Eleazar* & *Ithamar* filii ipsius, quibus etiam dictabat *Moses* idem quod dictaverat *Ahroni*; tum surgentibus ipsis, cedentibúsque uno ad sinistram *Mosis* Magistri nostri, altero ad dextram *Ahronis*, ingrediebantur postea septuaginta Seniores quos docebat *Moses* eo modo quo docuerat *Ahronem* & filios ipsius. ingrediebatur postea cœtus populi promiscuus, omnis nempe quærens Dominum, qui-

 bus

חואיצא עליהם חתי
יסמע אלגמיע מנה פיכון
אהרן קד סמע דלך אלנץ
ארבע מראת מנמשה וולראה
סמעאה מנה תלאת מראת
ואלזקנים מרתין וסאיר אלנאס
מרה ואחדה תם ירתפע משה
ענהם וירגע אהרן ויתלו דלך
אלנץ אלדי חפט אלדי סמעה
מן משה ארבע מראת כמא
וצפנא עלי גמיע אלחאצרין
וירתפע אהרן איצא פיכון
אולראן קד סמעאה ארבע
מראת איצא תלת
מן משה וואחדה מן אהרן
פירגע אלעזר ואיתמר איצא
בעד ארתפאע אהרן ויתליאן
דלך אלנץ בעינה אלדי סמעאה
ארבע מראת כמא בינא עלי
גמיע אלחאצרין וירתפעא
ען אלהעלים איצא פיכון
שבעים זקנים קד סמעוא
דלך אלנץ ארבע מראת איצא
מרתין מן משה ומרה מן אהרן ומרה מן אלעזר ואיתמר
פירגע איצא שבעים זקנים בעד דלך ויתלון דלך אלנץ
עלי

bus etiam idem recitavit donec omnes ab ipſo [illud] audirent. Audierat autem jam *Ahron* à *Moſe* textum illum quater, filii ipſius ter, Seniores bis, reliquus cœtus ſemel. Deinde diſcedente ab ipſis *Moſe*, repetebat *Ahron* textum iſtum quem memoria tenebat à *Moſe* quater auditum, uti deſcripſimus, omnibus qui aderant: tum diſcedebat etiam *Ahron*: atque ita duo etiam *Ahronis* filii jam quater audierant [illud quod dictum eſt;] à *Moſe* ter, & ab *Ahrone* ſemel. Poſt *Ahronis* igitur diſceſſum repetebant *Eleazar* & *Ithamar* eundem textum, quem quater audierant, uti explicavimus, coram toto præſentium cœtu, atque à docendo ſurrexerunt. Atque hoc pacto factum eſt ut etiam ſeptuaginta ſeniores jam textum iſtum quater audierint, bis à *Moſe*, ſemel ab *Ahrone*, nec non ab *Eleazaro* & *Ithamaro* ſemel. recitabant ergò & ſeptuaginta Seniores textum iſtum populo ſemel, ut & om-

עלי אלגמהור מרה ואחדה
פיכון אלנאס קד סמעוא דלך
אלנץ ארבע מראת איצא
מרה מן משה ותאניה מן
אהרן ותאלתה מן בניו
וראבעה מן [illegible]עים זקנים תם
יפתרק אלנאס יעלם בעצהם
בעצא מא סמעוא מן אלרסול
ויכתבון אלנץ פי סגלאת
ויפתרקון אלרוסא עלי גמיע
ישראל ללתעלים ואלתרדיס
אלי אן יחפטוא דלך אלנץ
ויהכמו קראתה תם יעלמון
איצא תפסיר דלך אלנץ
אלמנזל מן קבל אללה ודלך
אלתפסיר גמל מעאן פכאנוא
יכתבון אלנץ ויחפטון אלנקל
והכדא יקולון אלחכמים
עליהם אלסלאם תורה
שבכתב ותורה שבעל פה
וקאלוא עליהם אלסלאם
פי אלבריתא וידבר יי
אל משה בהר סיני מה
תלמוד לומר בהר סיני והלא
כל התורה כולה נאמרה מסיני אלא לומר לך
מה שמטה נאמרו כללותיה ופרטותיה ודקדוקיה

nes quater illum audirent, primò à *Mose*, secundò ab *Ahrone*, tertiò à filiis ipsius, quartò à septuaginta Senioribus, qui tum discedentes alii alios docebant illud quod à Dei nuntio acceperant, textum autem voluminibus inscribebant. tum dispersi sunt primores populi per totum Israëlem ad eos docendos atque instituendos, donec memoria tenerent textum illum, ejusque lectionem callerent. Deinde docebant etiam illos interpretationem textus istius à Deo demissi, quæ sensus ejus universos contineret. Textum autem scripto, traditionem memoriæ mandabant; atq; ita dicunt sapientes (quibus pax) Lex quæ scripta est, & Lex quæ ore tradita. Dixerunt etiam in *Baraitha*, Et allocutus est Dominus *Mosen* in monte Sinai. Quid sibi vult quod dicit In monte Sinai? Annon tota lex tradita est de Sinai? Verum hoc dictum est ut tibi indicet, quòd sicut præceptum de anno intermissionis cum generalibus, particularibus & minutiis quæ ad

cularibus,

מסיני אף כל המצות נאמרו
כללותיהן ופרטותיהן
ודקדוקיהן מסיני מתלא
אקול לך אן אללה קאל לה
בסוכות תשבו שבעת
ימים תם אעלמה תעאלי אן
הדה אלסוכה [illegible]מה ללדכור
לא ללאנאת ולא תלזם
אלמרצא ולא אלמסאפרין ולא
יכון סקפהא אלא במא ינבת
מן אלארץ ולא תסקף לא
באלצוף ולא באלחריר ולא
באלאואני ולו ממא ינבת מן
אלארץ מתל אלחצר ואלתיאב
ואלאכל ואלשראב ואלנום
פיהא טול אלסבעה איאם
ולא יכון פי פצ׳אהא אקל מן
סבע קבצ׳את טולא פי סבע
קבצ׳את ערצ׳א ולא יכון
פי ארתפאעהא אקל מן
עשר קבץ׳ פלמא גא אלרסול
עליה אלסלאם נזל הדה
אלשריעה ותפסירהא הכדא
סת מאיה ותלאת עשרה
שריעה הי ותפסירהא
צארת סגלאת מכתובה
באלנצוץ

ipsum [spectant] datum sit è Sinai, ita & reliqua præcepta cum generalibus, particularibus & minutiis suis data sunt è Sinai; ut e. g. tibi dicam quòd dixerit ipsi Dominus, *In Tabernaculis habitabitis septem diebus*, tum docuerit ipsum necessaria esse tabernacula ista Viris non fœminis, neque obligari ad ea ægrotos neque itinerantes, neque tecta ipsis de aliis [rebus] quàm quæ è terra germinant [imponenda.] neque enim obtegenda esse vel lanâ, vel serico, vel vasis, etiamsi ex iis quæ producit terra [confectis,] veluti storeis aut vestibus: nec non, edendum, bibendum, atque dormiendum in ipsis esse septem dies integros, neque debere minus quàm septem palmas longitudine, ac totidem latitudine continere, altitudine autem non minus quàm decem palmas. Veniens ergò Legatus Dei (c. p.) attulit [secum] hoc præceptum cum interpretatione ipsius; eodémque modo 613 præcepta una cum interpretationibus. Præcepta autem voluminibus inscribebantur, expositiones

באלנצוץ ואלתפסיר מרוי פלמא כאן
פי אכר אלארבעין עאם פי ראש
חדש שבט גמעהם עליה אלסלאם
וקאל להם קד קרב זמאן מותי
ולכן מן סמע מני רואיה ונסיהא
יגי ויסאל נוצחהא לה ומן אשכלת
עליה מסאלה יגי ונבינהא לה קאל
אלכתאב הואיל משה באר את
התורה הזאת לאמר והכדא
נצוא אלחכמים פי ספרי כל
ששכח הלכה אחת יבוא וישנה
וכל שיש לו לפרש יבוא ויפרש
פצחחוא · ענה אלרואיאת
ואסתפאדו אלתפאסיר טול תלך
אלמדה אלתי מן ראש חדש שבט
אלי סאבע אדר פלמא כאן
קבל מותה געל אליד פי אלנסך
ונסך תלתה עשר ספר תורה
גוילים כלהא מן בא בראשית
אלי לאם ישראל ואעטי ספר
לכל שבט ליקתדוא בה ואלתאלת
עשר אעטאה ללויים וקאל להם
לקוח את ספר התורה וכו' תם
טלע אלגבל פי נצף נהאר סאבע
אדר עלי מא צחח אלנקל פכאן

ore tradebantur. Fine autem anni quadragesimi, initio mensis *Shebat*, convocavit ipsos *Moses*, (c.p.) dicens, Appropinquavit jam tempus mortis meæ; si quis ergo traditionis alicujus à me acceptæ oblitus fuerit, accedens petat ut eam ipsi declarem, & si quæstio aliqua cuipiã intellectu difficilis videatur, accedat ut eam ipsi explicem. hoc est quod dicit Scriptura, *Voluit Moses explanare legem istã, dicendo, &c.* atq; ita dixerunt sapientes in [libro] *Sifre, Si quis oblitus fuerit constitutionis alicujus veniat & eam secundo audiat, & si quis opus habeat explanatione, accedat ut ipsi explanetur.* traditionũ ergo veritatem ab eo didicerunt, atq; explicationes acceperunt toto illo temporis spatio quod inter initium mẽsis *Shebat* & diem septimum *Adar* intercedit. Cum autem jam prope esset ut moreretur, manum describendis libris admovens, tredecim exaravit legis exemplaria, in pergameno omnia, à litera *B* vocis *Bereshith* usq; ad *L*, vocis *Israel* [quâ terminatur lex,] quorum singula singulis tribubus, quibus uterentur, distribuit, decimum tertium autem dedit Levitis, dicens illis *Accipite librum legis &c.* tum Deut. 1. 5.

montem circa meridiem septimi *Adar* (uti traditione verâ accep-

 tum

tum est) conscendit. Fuitque hoc *mors ejus* respectu nostri, eo quod ipso privati sumus, at ipsius respectu *vita*, ob eum ad quem evectus est [gradum.] atque ita dixerunt [magistri] (q. p.) *Moses Doctor noster non est mortuus, verum ascendit ut serviret [Deo] in excelsis.* verùm sermo de his valdè prolixus est, nec hujus loci. Mortuo ergo *Mose*, cum *Josuam* iis quæ ad ipsum demissæ fuerant explicationibus instructum reliquisset, *Josua* ejusque sæculi homines secundum eas sententiam dixerunt. Quicquid autem *Mosi* acceptum ferret ipse aut seniorum aliquis, nulla de eo controversia, nulla incidit dissensio, at si quid erat è ramis de quo nihil à *Mose* acceptum fuerat, quid de eo statuendum esset eliciebatur collatione, ope tredecim regularum quæ ipsi [*Mosi*] traditæ sunt in Sinai; istis nempe tredecim argumentandi modis quibus legis sensus eruitur. Eorum autem quæ isto modo eliciebantur quædam erant de quibus nulla omnino incidit dissensio, cum unanimi omnium consensu recepta essent, alia verò de quibus accidit inter duas conjecturas discrepantia, prævalente apud unum quod ipse opinatus fuerat, apud alium quod ipse conjectando

דלך מותה פי חקנא לעדמנא איאה וחיאה פי חקה למא ארתקי אליה והכדא קאלו עליהם אלסלאם משה רבינו לא מת אלא עלה ומשמש במרום ואלכלאם עלי הדא טויל גדא גדא ומא הדא מכאנה פלמא מאת עליה אלסלאם והו קד חמל יהושע מא נזל עליה מן אלתפסיר פתפקה פיה יהושע ואהל עצרה פכל מא רוי ענה הו או אחד אלזקנים ליס פיה כלאם ולא וקע פיה אכתלאף ומא לם יסמע מן אלנבי עליה אלסלאם פיה כלאם מן אלפרוע אסתכרג אלחכם פיה באלקואנין אלתלאתה עשר אלמנזלה עליה פי סיני והי שלש עשרה מדות שהתורה נדרשת בהן פמן תלך אלמסתכרגאת אמור לם יקע פיהא אכתלאף בל כאן עליהא אלאגמאע ומנהא מא וקע פיה אלאכתלאף בין אלקיאסין וקאס הדא קיאסא וקוי ענדה וקאס הדא קיאסא וקוי ענדה לאן

אלמקאיס אלגדליה יערץ פי
קיאסאתהא הדא אלערץ
פאדא חדת הדא אלאכתלאף
תבע אלאכתר לקול אלה תעאלי
אחרי רבים להטות ואעלם
אן אלנבוה גיר מפידה פי אלנטר
פי תפסיר אלתורה ואסתכראג
אלפרוע בשלש עשרה מדות
כל מא יפעלה יהושע ופינחס
פי מעני אלנטר ואלקיאס הו אלדי
יפעלה רבינא ורב אשי ואנמא
פצילה אלנבי ופעלה פי אלשריעה
אי פעל באן פהו לעמרי מן אלאצול
אלכבירה אלעטימה אלתי עליהא
אעתמאד אלדין ואסאכרה ולקד
ארי אן הדא מוצע ינבגי לי פיה
אן אבין הדא אלאצל ודלך לא
ימכן אלא בעד תקכים ארעא
אלאנביא ללנבוה ובמא דא
תצח אלנבוה או הדא איצא
אצל כביר קד והם פיה גמלה
עאמה אלנאס בל עדד מן
כואצהם ודלך אנהם יטנון אן
אלנבוה לא תצח למרעיהא
אלא באן יפעל מענזה נחו
מענזה מן מענזאת משה

jectando allecutus. hoc enim inter sententias quæ è locis probabiliter argumentandi eruuntur, evenire solet. accidente autē hujusmodi dissensione in plurium sententiam itum est, juxta Dei mandatum quo *ad plures inclinare* jubet.

Scias autem ad disquisitionem in explicanda lege & eliciendis ope tredecim modorum consectariis nihil conferre prophetiam, sed quod fecerunt *Josua* & *Phineas* respectu disquisitionis & ratiocinationis, idem esse quod fecerunt Rabina & Rab Ashe. Quod ad excellentiam autē Prophetæ spectat eorumq; quæ circa legem fecerit, cujuscunq; tandem generis fuerint, est illud certe magni momenti fundamentum ex iis quibus fundatur religio. Porrò videtur mihi hic locus esse explicandi fundamentum istud, quod tamen fieri nequit nisi præmissâ distinctione modorum quibus prophetiam sibi vendicant Prophetæ, quâque ratione vera comprobetur prophetia. cum hoc etiam magnum fit fundamentum in quo errant, non solum universum hominum vulgus, sed & potioris notæ non pauci. putantes scil. non credendum prophetiam sibi vendicanti, nisi post editum miraculum par alicui è miraculis *Mosis*

רבינו ויכרק עאדה ולאכר כמא
פעל אליהו פי אחיא בן אשה
אלמנה או מתל מא שהר מן
איאת אלישע והדא: אצל גיר
צחיח לאן כל מא פעלה
אליהו ואלישע וגירהמא מן אלאנביא
מן אלמענזאת פלם יפעלוא
דלך לתתבית נבותהם אד
אלנבוה קד כאנת צחת להם
קבל דלך ואנמא פעלוא תלך
אלמענזאת למא אחתאגו אליהא
פלקרבהם מן אלה תמם
ארארתהם כמא ועדוא
אלצאלחין ותגזר אומר ויקם לך
ואנמא תצח אלנבוה במא נצפה
פי כלאמנא הדא אלדי נאשבתה
פאקול אולא אן קואעד
שריעתנא פי אלנביין עלי מא
אצפה ודלך אן מדעיי אלנבוה
ינקסמון אולא קסמין מתנבא
בשם עבודה זרה או מתנבא
בשם יי ואלנבוה בשם עבודה
זרה תנקסם קסמין אלקסם
אלאול אן יקום נבי ויקול אן
אלכוכב אלפלאני אנזל עלי
רוחאניתה פקאל לי אעבדני
בכדא או אדעוני בכדא וכדלך אן דעי אלי צנם או טלסם
מן

Doctoris nostri, & necesse esse ut ordinariū rerum cursum perrumpat, sicut fecit *Eliah* in resuscitando viduæ filio, aut ut factum est in deprædicatis *Elishæ* miraculis. Regula autem hæc minimè vera est, cū omnia quæ patrarunt *Elias*, *Elisha*, cæteriq; Prophetæ, non in eum finem fecerint ut iis Prophetiã suã conconfirmatū irent: cum jamantea de ea certo cōstaret, sed ea poscente necessitate ediderint, cum pro ea quâ apud Deū erant propinquitate, voluntatem ipsorū perfecerit, juxta illud piis promissum, [Job 22. 28,] *Et cū statues verbū, ratū erit tibi.* Vera autē cōprobatur prophetia eo modo quo hoc, quem exorsus sum, sermone descripturi tibi sumus. Dico igitur, primò, canones in lege nostra de prophetis traditos, ita se habere. sc. eos qui prophetiæ munus sibi vēdicant in duo distingui genera, eorum qui in nomine Idoli, & eorum qui in nomine Domini vaticinãtur. Prophetia autem in nomine Idoli duplicis rursus est generis, primum cum surgens Propheta dixerit, Hujusmodi stella influxu suo spirituali in me demisso, dixit, Hoc modo me colite, vel, hoc modo me invocate, nec non cum ad Idoli aut *Telesmatis*

מן אלטלאסים וקאל אן דלך
אנבאני בכדא ואכברני בכדא
או אמרני באן נאמר בעבאדתה
עלי אלוגה אלפלאני כמא כאן
יפעל נביאי הבעל ונביאי האשרה
ואלקסם אלתאני אן יקול אן אתאני
וחי מן אללה אן יעבד אלמעבוד
אלפלאני או תסתנזל אלרוחאניה
אלפלאניה עלי אלוגה אלפלאני
ויצף וגהא מן וגוה אלעבאדאת
ואלאפעאל אלתי יפעלהא אהל
דלך אלשאן כמא תאצל ענדנא
פי אלשריעה פהדא איצא
מתנבא בשם עבודה זרה
לאן הדא אלאסם יעם אלדי
יקול אנהא נפסהא אמרת
בעבאדתהא או בשי מן אלאשיא
או אלדי יקול אן אללה אמר
בעבאדה שי מן אלמכלוקאת
פאדא סמענא מן אלמרעי
אחד האתין אלרעותין ותבתת
אלבינה עליה במא נא חכם
אלשרע פחכמה אן יקתל
באלכנק לקולה תעאלי והנביא
ההוא או חולם החלום ההוא
יומת ולא ילתפת לרעואה ולא
תטלב מנה איה ולו פעל מן

alicujus cultum invitat dicens, Hoc mihi illud indicavit, hoc mihi nuntiavit, vel præcepit mihi ut juberem ipsum tali modo coli, quomodo facere solebant Prophetæ *Baal*, & Prophetæ *Luci*. Secundum cum dixerit quispiam, venit ad me à Deo revelatio, colendum esse Idolum tale, aut spiritualem ejusmodi influxum tali modo eliciendum (rationem interim aquam cultus, & actiones aliquas describens quibus utuntur qui tali dediti sunt cultui, quemadmodum inter fundamenta legis nostræ traditur) hic etiam inter Prophetas Idololatricos censendus est, cum hoc nomen comprehendat non solum illos qui dicant ipsum Idolum se coli jussisse, aut aliud aliquid mandâsse, sed & eos qui dicant Dominum creaturæ alicujus cultum præcepisse. Cum igitur audierimus quempiam quolibet horum modorum, se Prophetam venditâsse, atque hoc manifestò de ipso probatum fuerit, debet ille strangulatione è medio tolli, sicut dicit Deus, Propheta autem ille, vel somnians somnium morte afficietur; neque habebitur ratio [muneris] quod sibi vendicat, neq; requiretur ab ipso signum; imo etsi miracula

Deut. 13.5.

miracula ediderit ad profeſſionem iſtam confirmandam, quibus nihil unquam magis mirum audivimus, nihilominus ſtrangulabitur nullâ miraculorũ iſtorum habitâ ratione, Cauſa enim ob quam rata fuerint iſta miracula, ea eſt quam aſſignat Scriptura (dicens) *Quoniam tentat*
Deut. *vos Dominus Deus veſter, &c.*
13.3. Teſtimonium enim intellectus qui profeſſionem ejus falſi arguit, oculi qui miracula ipſius viderit teſtimonio firmius eſt, cum apud intellectu præditos demonſtratione certa probatũ ſit, non debere magnificari, neque coli præter unum qui omnia condidit, & ab omnibus perfectione ſũma diſtinctus eſt.

Porrò, qui in nomine Domini vaticinantur, duplici etiã ſunt in genere. 1 Cum quis in nomine Domini prophetans ad ipſũ homines allicit, & ad eum colendum incitat, dicens, Deum præceptũ aliquod præceptis ſuis addidiſſe, aut præceptũ aliqnod de numero eorũm quæ continet liber legis detraxiſſe. Neq; intereſt quicquam addiderit an abſtulerit, ſive iis quæ in textu legis habentur ſive ipſorum explicationi traditione acceptæ. Uti ſiquidem addat vel detrahat iis quæ in textu habentur, hoc modo, Dixit mihi Deus,

אלמענזאת לתתבית הדא
אלדעוי מא לם נסמע אגרב
מנה לכנק ילא ילתפת לתלך
אלמענזאת לאן עלה תבאת
תלך אלמענזאת מא נצה
אלכתאב כי מנסה יי׳ אלהיכם
אתכם וכו׳ לאן שאהד אלעקל
אלמכדב לדעואה אקוי מן שאהד
אלעין אלמשאהד למענזאתה
אד קד תברהן ענד אהל אלעקול
אן לא ינבגי אן יעטם ולא
יעבד גיר אלואחד אלדי אוגד
אלמוגודאת ואנפרד באלכמאל
אלכמאלאת ומתנבא בשם
ינקסם קסמין

אלקסם אלאול אן יתנבא
באסם אללה וידעו אליה
ויחץ עלי עבאדתה ויקול אן
אללה קד זאד פי אלשראיע
שריעה או נקץ מנהא שריעה
מן גמלה אלשראיע אלתי
אשתמל עליהא כתאב אלתורה
ולא פרק בין זיאדתה ונקצאנה
פי אלנצוץ או זיאדתה ונקצאנה
פי אלתפסיר אלדי רוי אמא זיאדתה
ונקצאנה פי אלנצוץ מתל אן
אללה

אללה קאל לי אן אלערלה עאמין
פקט ומן בעד אלעאמין יחל אכל
אלתמרה אלמגרוסה או וקול אן
אללה קאל לי ארבעה אעואם
יחרם אכלהא בכלא מן
קולה תעאלי שלש שנים יהיה
לכם ערלים וכו' ומא אשבה
דלך או יגיר פי אלנקל אי שי
גיר ולו כאן טאהר אלנץ יסאעדה
מתל אן יקול אן קולה פי
אלתורה וקצות את כפה לא
תחוס עיניך אנה קטע אליד
חקיקה ואנה ליס הו קנס המביש
כמא גא אלנקל וינסב דלך
ללנבוה ויקול אן אללה קאל לי
אן קולה וקצות את כפה
עלי טאהרה פהדא איצא
יקתל באלכנק לאנה נביא שקר
ונסב ללה מא לם יקול
לה ולא ילתפת איצא אליה
ולא יטלב להדא איה ולא
מענזה לאן אלנבי אלדי אענז
גמיע אלעאלמין במענזאתה
ואוקר דלה פי קלובנא תצדיקה
ואלאימאן בה כמא צמן תעאלי
פי קולה וגם בך יאמינו לעולם

Spatiũ quo pro præputiatis habendi ſint fructus, duorum tantum annorum eſſe, poſt quos fructibus ſativis veſci licitum: vel dicendo, Dixit mihi Dominus, quatuor annis illicitum erit illis veſci, loco ejus quod dixit Dominus, *Tribus annis incircũciſi erunt vobis, &c.* atq; ita in ejuſmodi aliis. nec non ſi aliquam, quamcunq; tandem in traditione mutationem fecerit, etiam favente ipſi textus literâ. e g. ſi dicat, dictum ejus in lege, *Et abſcindes manũ ejus, non parcet oculus tuus*, de abſciſſione re verâ intelligendum eſſe, non autem de mulcta pudore [alium] afficienti conſtitutâ, prout traditione acceptum eſt; atque hoc prophetiæ acceptum ferat, dicens, dixit mihi Dominus dictum ſuum, *Et abſcindes manum ejus*, prout ſonat intelligendum: hic etiam ſtrangulatione tollendus erit cum Propheta mendax ſit, Deo illud affingens, quod Deus ipſi non dixit; neq; ejus ob ſignum aut miraculum ab ipſo patratum ratio habebitur; cum Propheta ille qui miraculis ſuis totum mundum ad ſtuporem adegit, cuiq; ut crederemus, fidémq; haberemus infixit Deus cordibus noſtris (aſſerente ipſo Deo, cum dixit. *Et tibi credent in ſæculũ*) jam

Deut. 25.12.

jam antea nobis denunciaverit, non prodituram à Deo aliam ab ista legis lationem. Atque hoc est quod dicit,
Exod. 19.14. *Non est in cœlis ipsa ut dicas, Quis ascendet pro nobis in cœlum, &c.* Et quod dicit, *In corde tuo, & in ore tuo*, hoc innuens, vel sententias quæ ore traduntur, vel conclusiones quæ speculatione, (unâ ex potentiis è corde oriundis) eliciuntur, quibus etiam aliquid vel addi vel detrahi vetuit, dicens, *Non*
Deut.4.2. & 12.32. *addes illi, neque diminues de eo.* ideóque dixerunt Majores quibus pax. *Non est Prophetæ concessum ut aliquid ab isto tempore immutet.* Cùm ergò sciamus ipsum in eo quod sibi vendicat, in Deum mendacem esse, eíque affingere quod ab ipso non sit illi dictum, necesse est ut eum morte afficiamus, declarante Scriptura dum dicit,
Deut. 18.20. *Propheta qui addiderit, &c. morietur Propheta ille.*

Secundò. Cum [quis] ad Deum [colendum] homines invitat, atque ad præceptum ejus custodiendum incitat nec non ut legem observent denunciat, ídque citra additionem, vel diminutionem (sicut dixit ultimus
Mal.4.4. eorum, *Mementote Legis Mosis*

Sectio sexta. *De Declaratione nominum nude expressorum, plenioris explicationis gratiâ.* R. *Eliezer* ita simpliciter appellatus, cujus mentio fit in *Mishna* est Rab. *Eliezer* filius *Hircani*, *Rabban Juchanani* fil. *Zaccai* discipulus. & Rab. *Josua* simpliciter, est R. *Josua* f. *Chanina* discip. *Rabban Juchanan* f. *Zaccai*, & Rab. *Judah* cujus simpliciter mentio fit, Rab. *Judah* filius *ElAii*, de quo in *Talmude* indefinite dictum est, *Factum pii cujusdam*, atque illud nomen ejus apud ipsos notum est: & Rab. *Eleazar* simpliciter, Rab. *Eleazar* filius *Shemui* Sacerdot. qui σύγχρονος erat *Rabban Gamalie*-

lis, apud quem cùm desideraret legere *Rabbenu* sanctus, non siverunt eum discipuli ipsius nisi parum quid legere. R.*Shimeon* simpliciter in *Mishna* commemoratus est, Rab. *Shimeon* fil. *Juchaii* discip.Rabbi *Akibæ* ob illud quod ipsi cum *Cæsare* intervenerit celebris, R. *Eleazar Ben.* R.*Simeon*.est filius ipsius, & *Ben Azaii* & *Ben Zoma*, & *Ben Nanesi* sunt illi *Simeon* fil. *Azaii*, & *Simeon* fil. *Zomæ*, & *Simeon* fil. *Nanesi*, *Ben Batira* est, R. *Josuah* f. *Batiræ*, & *Ben Bagbagi* Rabbi *Juchanan* fil. *Bagbagi* & *Juchanan* Sacerdos maximus est *Juchanan* f. *Matathiæ* celebris, cujus mentio fit in precibus in Historia victoriæ in Reges *Græciæ*. Cùm autem voluissent R. *Meir*, & R. *Nathan* ad pudorem redigere *Rabban* Gamalielem patrem *Rabbenu Hakkadosh* in re quam longum esset narrare, ipsos à consessu suo amovit, quare cùm ab alterutro ipsorum sententia aliqua referatur, si Rab. *Meiro* accepta ferenda sit, dicitur *Alii dicunt*, quod si Rab. *Nathani*, dicitur, *Sunt qui dicant*. Verùm quod dicit in *Misna*, *Nomine* Rab. *Ishmaelis dixit*

גמליאל אלדי ראם אלקראה
עליה רבינו הקדוש פלם
יתרכוה תלאמדה יקרי עליה
גיר יסיר ור' שמעון אלמדכור
פי אלמשנה כתם הו ר' שמעון
בן יוחאי תלמיד ר' עקיבה
אלמשהור כברה מע קיסר ור'
אלעזר בר' שמעון הו אבנה
ובן עזאי ובן זומא ובן ננס הם
שמעון בן עזאי ושמעון בן
זומא ושמעון בן ננס ובן בתירא
הו ר' יהושע בן בתירה ובן
בנבג הו ר' יוחנן בן בנבג ויוחנן
כהן גדול הו יוחנן בן מתתיה
אלמשהור אלמדכור פי אלצלואת
פי קצה אלטפר במלכי יון וכאן
ראם ר' מאיר ור' נתן אכגלא
רבן גמליאל ואלד רבינו
הקדוש עלי כבר יטול וצפה
פאבעדהמא רבן גמליאל מן
מגלסה וענד מא כאן תרוי
רואיה ען אחרהמא אן רוית
ען ר' מאיר קיל אחרים
אומרין ואן רוית ען ר' נתן קיל
יש אומרין אמא קולה פי
אלמשנה משום ר' ישמעאל
אמר

אמר תלמיד ראח לפני ר'
עקיבה פהו ר' מאיר וקולהם
הדנים לפני חכמים פהם
כמסה אנאס ר' שמעון בן עזאי
ור' שמעון בן זומא ור' שמעון
בן ננס וחנן וחנניה איש אונו
ור' מאיר יתכמי איצא בר
נהוראי ואלמעני ואחד ואסמה
אלאצל ר' נחמיה אמא קולה
פי אלמשנה חכמים פקד
יכני בחכמים ען אחד אלאשכאץ
אלמתקדמה אסמאהם וקד
יסמי בה אלגמהור כלה וכתיר
מא יבין פי אלתלמוד ויקול
מאן חכמים ר' פלוני ואנמא
יפעל דלך אדא וגד ראוין
כתירין קד אכדוא בקול דלך
אלחכם פלכון אהל דלך
אלמדהב כתירין יסמיה חכמים
ואן כאן מנסוב לואחד ואמא
קולה בית שמאי ובית הלל
פיריד בה אלטאיפה. אלאכדה
במדהב שמאי ואלטאיפה אלאכדה
במדהב הלל או תלאמיד
אלשכץ הכם אהל ביתה ור'
הו רבינו הקדוש והו ר' יהודה
הנשיא אלסאדס מן הלל הזקן

Discipulus quidam coram Rab. Akibâ [intelligendùm] eſt de Rab. *Meir*. Quod autem dicunt *Judicantes coram Sapientibus*, ſunt iſti quinque vir', ſcil: Rab. *Simeon* fil. *Azai*, R. *Simeon* fil. *Zomæ*, Rab. *Simeon* fil. *Nanesi*, *Chanan*, & *Chananiah* vir *Ono*. Rab. *Meir*, aliàs appellatur R. *Nahurai*, (quorum utriuſque idem eſt ſignificatus,) nomen *autem ejus primariò fuit Rab. *Nehemiah*. Cùm autem in *Miſhna* dicit *Sapientes*; aliquando hoc titulo deſignatur unus tantùm eorum quorum nomina præceſſerunt, aliàs autem totus cœtus. ita frequenter in *Talmude* explicationis gratiâ dicit, *Quinam ſunt Sapientes iſti?* R. ὁ δεῖνα. Hoc autem facit quando invenerit multos quod ab iſto Sapiente dictum fuerit amplexos eſſe, ideóque cum multi fuerint qui eamſequantur ſententiam, Sapientes indigitat, licèt ille cui accepta fertur unus ſit. Ubi autem dicit *Domus Shammai, & Domus Hillelis*, innuit cœtum qui *Shammai* & *Hillelis* ſententiam amplectuntur, cum diſcipuli alicujus domeſtici ipſius [habeantur.] Rabbi autem eſt *Rabbenu Hakkadoſh*: éſtque ille Rab. *Judah* princeps, ſextus ab *Hillele* ſene, Author

thor *Mishna*. Ubicunque autem dicit in *Mishna*, *Reverâ*, est constitutio *Mosis* è *Sina*, ubi simpliciter dicitur *Mishna*, illud est in quo concurrunt, atque idem sentiunt universi, ita ut nulla sit de eo controversia, aut illud quod alii ad alios [successivè] usque à *Mose* derivarunt uti initio sermonis nostri explicavimus. Proximus autem *Kabbalistarum* cui acceptum fertur dictum illud est R. *Meir*, atque hoc est quod volunt cùm dicant, *Mishnah* absolutè positum est Rab. *Meir*, nisi in quibusdam locis absolutè positis, quæ [exhibent sententiam] Rab. *Meir* solius, in qua ab eo discrepatur, aut [sententiam] alius à Rab. *Meir*; quæ explicat *Talmud*. Cúmque nos sententias decisuri simus ex ejus mente, cujus obtinet sententia, in singulis per totam *Mishnam*, consuetudinibus quantum tibi quod ad hoc propositum sufficiat habiturus es.

Sectio septima. *De Gradibus ipsorum, prout Author* [*Mishnæ* ipsos] *disposuit*. Distribuuntur illi quorum facta est mentio in *Mishna*, (qui sunt uti præmisimus centum viginti octo) in tres gradus. Cum quis apud ipsum in mag-

והו אלמרון ללמשנה וחית מא
יקול פי אלמשנה באמרת
פהו הלכה למשה מסיני
אמא סתם משנה פהו מא
וקע עליה ראי אלגמהור ואסתוי
נטרהם פיה ולם יקע פיה
כלאף או נקל אלכאפה ען
אלכאפה ען משה עלי מא
פצלנא פי צדר כלאמנא
וראויה אלאקרב אלדי נסב אליה
אלקול ר׳ מאיר והדא הו מעני
קולהם סתם משנה ר׳ מאיר
אלא בעץ סתמות פקד תכון
לר׳ מאיר וחדה ועליה
אלכלאף או תכון לשכץ אכר
גיר ר׳ מאיר ואלתלמוד יבינהא
וענד קטענא נחן אלהלכה
עלי מדהב מן הי פי כל
הלכה .מן גמיע אלמשנה
תשתפי מן הדא אלגרץ

אלפצל אלסאבע פי מראתבהם
עלי מא פעל אלמרון קסם
מראתב אלאשכאץ אלדין דכר
פי אלמשנה והם קכ״ח כמא
קדמנא תלת מראתב פמן כאן
ענדה מעטם גדא פי אעלי
עליין

עליין סמאה באסמה נחו קולה
הלל ושמאי ושמעיה ואבטליון
ד̇לך לעט̇מהם אד̇ לא ימכן
וג̇וד כנאיה ירפע בהא ד̇כרהם
כמא לא יכני אלאנביא
ואלד̇ין הם ענדה דון הד̇ה
אלמרתבה יכניהם ברבן נחו
קולה רבן גמליאל ורבן יוחנן
בן זכאי ואלד̇ין הם ענדה דון
הד̇ה אלמרתבה יכניהם בר'
נחו קולה ר' מאיר ור' יהודה
ויכני אהל הד̇ה אלמרתבה
איצ̇א באבא מת̇ל קולה
אבא שאול וקד יסקט אלכנאיה
מנהם תסמחא נחו קולה
שמעון אחי עזריה ואלעזר איש
ברתותא פג̇מלה מן סמאהם
באסמאהם מן טריק אלתעט̇ים
הם האולא שמעון הצדיק
אנטיגנס איש שוכו יוסי בן יועזר
יוסי בן יוחנן יוחנן כהן גדול
יהושע בן פרחיה נתאי הארבלי
חוני המעגל אליהועיני בן
הקף חנמאל המצרי יהודה בן
טבאי שמעון בן שטח עקביה
בן מהללאל שמעיה ואבטליון

no honore fuerit, atque omnium ſupremus, illum nomine ſuo appellat, ex. grat. *Hillel*, *Shammaus*, *Shemaiah*, *Abtalion*, quod magnitudinis ipſorum [indicium] eſt, cùm non potuerit reperiri Epitheton aliquod quo fama ipſorum illuſtrior redderetur, uti neque Prophetæ Epitheto aliquo celebrantur. At qui apud ipſum gradu his inferiori fuerint, illos appellat *Rabban*, ut cùm dicit, *Rabban Gamaliel*, & *Rabban Juchanan* fil. *Zaccai*. Qui his denique gradu inferiores, audiunt apud ipſum *Rabbi*, ut cùm dixit, R. *Meir*, R. *Juda*. Appellat etiam eos qui hoc gradu ſunt *Aba*, ut cùm dicit, *Aba Saul*. aliquando tamen ultro omittitur ipſorum titulus, veluti cùm dicit, *Simeon* frater *Azariæ*, & *Eleazar* vir *Bartuta*. Omnes autem illi quos honoris gratiâ nominibus ſuis appellavit, hi ſunt, *Simeon Juſtus*, *Antigonus*, Vir *Soco*, *Joſua* f. *Joezer*, *Joſi* f. *Juchanan*, *Juchanan* Sacerdos Summ: *Joſua* f. *Perachiæ*, *Nathæus Arbelita*, *Honi Hammaggel*, *Elihoini* f. *Hakkaphi*, *Chanameel Ægyptius*, *Juda* filius *Tabbai*, *Simeon* fil. *Setahi*, *Akabiah* filius *Mahalelis*, *Semaiah*, *Abtalion*,

חנן וארמון הלל ושמאי ונחום
הלבלר והנניה בן חזקיה בן
גרון וכבא בן בוטא וכל מן
תגדה מדכור באסמה דון
האולא פאנמא אסקט ﭏכנאיה
מן אסמה תסאמח

ﭏפצל ﭏתאמן פי נסבתהם
ללבלאד וﭏצנאיע וﭏאשכאץ
ואלקבאיל גמלה האולא
אלאשכאץ אלראויין דכרהם
ﭏמרון תעריף באנחא פמנהם
מן נסבה לצנאעתה ליערפה
נחו קולהם נחום הלבלר ור'
שמעון השזורי ומנהם מן
נסבה לבלדה נחו קולה איש
חדיד ואיש אונו ואיש ברתותה
ומעני קולה איש צרדה ואיש
ירושלם וגירהמא מן ﭏמואצע
אנה עﭏם דלך ﭏמוצע וגלילה
באנה יקול אן דלך ﭏשכץ
מן אהל דלך ﭏמוצע בﭏחקיקה
יתסמי איש ומנהם מן יערפה
באסם אחיה או אביה נחו קולה
ר' פלוני בר' פלוני או ר' פלוני אחי
פלוני ודלך כתיר ומנהם מן ערפה
בקבילה נחו קולה פלוני הכהן
ﭏפצל

talion, Chanan, Admon, Hillel, Shammai, Nahum Hallabdar, Hananiah f. Hezekiæ, f. Garonis, Baba fil. *Butæ*, si quos autem præter hos nominibus suis indigitatos reperies, Epitheta à nominibus ipsorum ultro separata esse [scias.]

Sectio octava, *De Descriptione ipsorum respectu habito ad patriam, artes personas, tribus*. E numero Authorum quos majoris explicationis gratiâ descripsit [aliis] modis, alii sunt quos ab artibus suis descripsit, quò notiores ipsos faceret, ut cùm dicit, *Nahum, Hallablar* [*i.* Librarius] & R. *Simeon Hashazuri*, alii, quos à patria, ut cùm dicit, vir *Hadid*, vir *Ono*, vir *Bartuta*, [oriundus] at cùm dicit, vir *Zereda*, vir *Jerusalemi*, aliorúmve locorum, hoc innuit fuisse ipsum doctissimum atque celeberrimum è locis illius [incolis,] ac si diceret Personam istam è loci istius incolis, meritò appellari *Virum*; alii quos à nomine patris, vel fratris, ut cùm dicit, R.N. f.R.N. aut R. N. frater R N. quod sæpè occurrit; ali.i denique quos à tribu suâ, ut cùm dicit, [illegible] Sacerdos.

אלפצל אלתאסע פי אלאשכאץ
אלדין: בינהם יקע אלאכתלאף
פי אלאכתר אמא אלאשכאץ
אלדין תגד בינהם אלאכתלאף
פי אלמשנה פי אכתר אלאמר
פהם ר' מאיר ור' יהודה ור'
שמעון ור' יוסי האולא אלארבעה
תגד אלאכתלאף בין כל אתנין
מנהמא ובין ארבעתהם איצא
ור' אלעזר איצא קד תגד לה
אלאכתלאף מע כל ואחד מן
האולא אלארבעה ולכן אקל מן
אלאכתלאף אלואקע בין אלארבעה
וכדלך ר' עקיבה ור' אליעזר ור'
יהושע תגד אלאכתלאף בין כל
ואחד מנהם ובין תלאתתהם
איצא ולכנה אקל מן אכתלאף
אלארבעה אלמתקדמין ותגד
אלאכתלאף איצא בין ר'
עקיבה ור' ישמעאל ור' טרפון
ור' אלעזר בן עזריה לכן אקל מן
אלאכתלאף אלמתקדם ואליהם
פי אלאכתלאף בית שמאי ובית
הלל ואליהם פי אלאכתלאף רבן
גמליאל או רבן שמעון בן גמל"ש או ר' מע כל ואחד מן אלמתקדם
דכרהם פבין האולא אלאשכאץ הו אלאכתלאף פי אכתר אלמשנה
אלא פי שואד

Sectio nona, *De illis inter quos in plerisque accidit discrepantia.*

Illi quos invenies in *Mishna* in plerisque inter se discrepare sunt, R. *Meir*, R. *Juda*, R. *Simeon*, & R. *Josi*, inter utrumvis horum par, imò & inter singulos quatuor, discrepantiam reperies. *Rabbi Eleazarem* etiam reperies ab unoquoque ipsorum discrepare, verùm rariùs quàm ipsi inter se discrepent. Similiter R. *Akibam*, & R. *Eliezerem*, & R. *Josuam*, reperies unumquemq; à cæteris dissentire, nec non singulos tres invicem, rariùs tamen quàm prædictos quatuor. Reperies etiam differentiam inter R. *Akibam*, R. *Ismaelem*, R. *Tarphonem* & R. *Eleazarum* f. *Azariæ*, sed minorem discrepantiâ prædictâ. Proximi his in discrepando sunt Domus *Shammai*, & Domus *Hillelis*; post hos autem *Rabban Gamaliel*, aut *Rabban Simeon*, f. *Gamalielis*, aut *Rabbi* cum unoquoq; è prædictis; atque inter has personas discrepantia est in maximâ *Mishnæ* parte, paucis tantùm exceptis.

Sectio decima, *De partitione sententiarum ab ipsis traditarum secundùm raritatem & frequentiam*. Sapientum istorum quibus acceptae feruntur sententiae in *Mishna* eo modo quo [illos] partiti sumus, alii sunt quorum nomine multae referuntur sententiae, veluti R. *Meir*, & R. *Judah*: alii quorũ nomine paucae traditae perhibentur, veluti R. *Eliezer* f. *Jacobi*, uti dixerunt *Mishna*, R. *Eliezeris* fil. *Jacobi* est *cabus* & *purus* i. e. parum quid, at quod in usu. Jam verò gradus multitudinis aut paucitatis sententiarum ab ipsis traditarum est juxta frequentiam aut raritatem discrepantiarum [quae ipsis contigerunt] quarum Sectione praecedente meminimus. Súntq; ex ipsis quorum non recipitur in *Mishna* praeter unam tantùm sententiam, neque aliis occurrit nomen ipsorum in aliquo judicio ad legem spectante; qui sunt numero triginta octo: Scil. *Nahum Halablar*, & Rab. *Measha*, qui memorantur in c. *Peak* tantùm, ita ut non alibi repetatur aliquod ipsorum dictum. Ut & *Hananiah* fil. *Hacinai*, & R. *Josi* f. *Hachotephi Ephrataeus*, in *Celaim* tantùm. Rab. *Eleazar Hasma*, & R. *Josi* fil. *Meshullam*,

אלפצל אלעאשר פי תקסים
רואיאתהם פי אלקלה ואלכתרה
האולא אלחכמים אלראוין
ללמשנה כמא פצלנא מנהם
מן תדורת באסמה רואיאת
כתירה מתל ר מאיר ור' יהודה
ומנהם מן תדורת רואיאת
קלילה מתל ר אליעזר בן יעקב
כמא קאלוא משנתו של ר
אליעזר בן יעקב קב ונקי יעני
אנהא קלילה ומעמול בהא
ותכה כתרה רואיאתהם
וקלתהא עלי מא דכרנא פי
אלפצל אלדי קבל הדא מן כתרה
אכתלאפהם וקלתה ומנהם
מן לם תתכת לה פי אלמשנה
גיר רואיה ואחדה פקט ולם
יתכרר לה אסם פי שי מן
אחכאם אלשריעה והם תמניה
ותלתון שכצא נחום הלבלר
ור' מיאשא פי מסכת פאה פקט
ולם יתכרר להם כלאם
בוגה פי מוצע אכר וחנניה
בן חכינאי ור' יוסי בן החוטף
אפרתי פי כלאים פקט ור'
אלעזר חסמא ור' יוסי בן משולם
פי

פי תרומות פקט ור׳ חצפית פי שביעית ור׳ אלעזר בן יהודה איש ברתותא ודוסתאי איש כפר דמאי פי ערלה פקט נחום המדי פי שבת פקט ור׳ אלעאי ור דוסתאי בר׳ ינאי פי ערובין פקט ור׳ שמעון בן הסגן ובן כוברי פי שקלים פקט ויהודה בן טבאי ושמעון בן שטח ויוסי בן יועזר ויוסי בן יוחנן ונתאי הארבאלי ויהושע בן פרחיה פי חגיגה פקט ושמעון התימני ונחמיה איש בית דלי פי יבמות פקט ור׳ אליעזר בנו של ר׳ יוסי הגלילי ור׳ יהושע בן הורקנוס פי סוטה פקט ידוע הבבלי פי מציעאה פקט ר׳ שמעון בן יהודה פי שבועות פקט ור׳ שמעון בן בתירה ור׳ נחוניה בן אלנתן איש כפר הבבלי ור׳ יוסי הכהן ור יקים איש הדיד ומנחם בן סגנאי פי עדיות פקט ושמעון אחי עזריה ויוסי בן חוני פי זבחים פקט ור׳ אלעזר בר׳ שמעון פי תמורה פקט ור׳ יעקב פי נגעים פקט ור׳ אלעזר בן פיאבי פי מסכת

in *Terumoth* tantùm. R. *Chotspit* in *Shebiit*. Rab. *Eleazar* fil. *Jude* vir *Bartuta*, & *Dotsibai* vir *CafarDema*, in *Orlah* tantùm. *Nahum Medus*, in tract. de Sabbatho tantùm. Rab. *Elaaius* & Rab. *Dosithens* fil. *Janai*, in tract. *Erubin* tantùm. Rab. *Simeon* fil. vicarii Sacerdotum, & fil. *Cobari*, in *Shekalim*. *Judah* fil. *Tabbai* & *Simeon* fil. *Setahi*, & *Josi* fil. *Joazeris*, & *Josi* fil. *Joannis*, & *Nahaus Arbelita*, & *Josuah* fil. *Perachia*, in *Chagigah* tantùm. *Simeon Temanita*, & *Nehemiah* vir *Beith Deli*, in *Tebamoth* tantùm. Rab. *Eliezer* fil. Rab. *Josi Galilai*, & Rab. *Josua*. fil. *Hyrcani*, in *Sotah* tantùm. *Jeduah Babylonius* in *Metziah* tantùm. Rab. *Simeon* fil. *Juda*, in *Shebuoth* tantùm. Rab. *Simeon* fil. *Batira*, & Rab. *Nachoniah* fil. *ElNathanis* vir *Cafar Babylonius*, & Rab. *Josi* Sacerdos, & Rab. *Jakim* vir *Hadid*, & *Menachem* filius *Saganai* in *Edaioth* tantùm. *Simeon* frater *Azariæ*, & *Josi* fil. *Honi*, in *Zebachim* tantùm. Rab. *Eleazar* filius Rab *Simeonis*, in *Temurah* tantùm. Rab. *Jacob* in *Negaim* tantùm. Rab. *Eleazar* filius *Phiabi* in tract. *Taharoth* tantùm. Rab. *Joannes*

R 2

nes fil. *Jesuæ*, fil. soceri Rab. *Akibæ*, in *Yadaim* tantúm. Ex his jam commemoratis alicui non est in omnibus judiciis *Mishna* præter unam sententiam quæ ei accepta fertur, eáque in eo quem designavimus tractatu. Atque ita ad finem perductum est illud quod visum est nobis præmittere. Pergimus jam ad explicationem uti promisimus.

טהרות פקט ור' יוחנן בן ישוע בן
חמיו של ר' עקיבה פי ידים פקט
פהאולא ﭏאשכ֗אץ כלהם
ﭏמ֗עדודון ליס לואחד מנהם פי
גֿמיע אחכאם ﭏמשנה גיר רואיה֗
ואחדה֗ פי אלמסכתא אלתי
חדדנא. וקד כמל לנא ﭏגרץ֗
ﭏד֗י דאינא בתקדימה ונחן ﭏאן
אכ֗דון פי ﭏשרח כמא צ֗מנא





שרח אלפרק אלעאשר מן מסכת סנהדרין לר׳ משה בר מימון

Explicatio Capitis decimi Tractatus SANHEDRIN *Authore* R. MOSE *fil.* MAIMONIS.

כל ישראל יש להם חלק לעולם הבא שנא׳ ועמך כלם צדיקים לעולם ירשו ארץ ואלו שאין להם חלק לעולם הבא האומר אין תחיית המתים ואין תורה מן השמים ואפיקורוס ר׳ עקיבה אומר אף הקורא בספרים החיצונים והלוחש על המכה ואומר כל המחלה אשר שמתי במצרים לא אשים עליך אבא שאול אומר אף ההוגה את השם באותיותיו

Omni Israelitæ in futuro seculo sors est: Hi tamen ex Israelitis vitæ æternæ exsortes erunt: Qui negat in vitam revocandos esse mortuos: legem esse à cœlo: Epicureus. R. Akiba ait: Is quoque, qui libros extraneos legit: qui adsusurrat plagæ hæc verba: Omnem morbum, quem imposui Ægyptiis, non imponam tibi. Nam ego Dominus medens tibi. *Abba Schaül: Is quoque, qui nomen [tetragrammaton] suis literis pronunciat.* Exod. 15. 26.

ראית באן אתכלם הנא פי אצול כתירה מן אלאעתקאדאת גלילה אלקדר גדא אעלם אן אהל אלשריעה אכתלפת אראהם פי אלסעאדה אלתי ינאלהא אלאנסאן באמתתאל

Visum est mihi hîc de multorum magni admodum momenti articulorum fundamentis loqui. Scias eorum qui Legem amplectuntur sententias, de beatitudine quam assecuturus est homo mandata ista

quæ præcepit nobis Deus, per manus *Mosis* Doctoris nostri præstando, & de miseria quæ nos ob earum transgressionem consequetur, pro diversitate intellectuum, valdè discrepare: quin & multùm in hac [materia] confundi intellectus, adeò ut vix reperias quempiam cui hoc argumentum liquidò innotuerit; imò haudquaquam reperies de eo sermonem ab aliquo liberiùs institutum qui non sit admodum confusus.

Quidam ergò existimant Beatitudinem esse hortum *Edenis*; eum autem, locum esse in quo sine ulla corporis molestia aut labore edatur & bibatur, & in quo domus sint è lapidibus preciosis, & lecti holoserici, fluvii vino & unguentis odoratis fluentes, cum multis ejusmodi aliis.

Miseriam autem esse *Gehennam*; eámque locum igne, qui in ipso corpora torreat, æstuantem, in quo crucientur homines variis pœnarum generibus, quæ longum esset explicare. Quam sententiam suam confirmat hæc secta multis Sapientum dictis

הדה אלשראיע אלתי שרענא
אללה בהא עלי יד משה רבינו
ופי אלשקאוה אלתי תלחקנא
ענד אלתעדי עליהא אכתלאפא
כתירא גדא עלי חסב
אכתלאף אלעקול ותשושת
פי דלך אלאדהאן תשושא
כתירא חתי אנך יכאד לא
תגד בתה שכצא צפי לה
הדא אלבאב נעם ולא תגד
פיה כלאמא מרסלא לאחד
אלא עלי תשויש כתיר פטאיפה
תעתקד אן אלסעאדה אנמא
הי גן ועדן ואנה מוצע יוכל
פיה וישרב דון שקא גסם
דון תעב ואן יכון פיה ביות
מן אחגאר עאליה ומנאבר חריר
ואנהאר תגרי מן כמר ואדהאן
טיבה וכתיר מן הדא אלנוע
ואן אלשקאוה גהנם ואנה
מוצע מאגג נארא תחרק פיה
אלגתת ויתעדב אלנאס פיה
אנואע מן אלעדאב יטול
שרחהא ותסתדל הדה
אלטאיפה עלי הדא אלאעתקאד
באקואל כתירה מן אקואל
אלחכמים

אלחכמים עליהם אלסלאם
תטאבק לעמרך טואהרהא
רעואהם או אכתרה וטאיפה
תאניה תעתקד ותטן אן
אלסעאדה אלמרתגאה אנמא
הי ימות המשיח מהרה יגלה
ואן דלך אלזמאן יכון אלנאס
כלהם מלוך דאימין ותעטם
גתתהם ויעמרון אלארץ כלהא
אלי אלאבד ודלך אלמשיח
בזעמהם יעיש מא דאם
אלבארי גל תנאוה ואן פי
דלך אלזמאן תנבת אלארץ תיאב
מנסוגה וכבז מכבוז וממתנעאת
כתירה מתל הדה ואלשקאוה
הי אן לא יכון אלאנסאן פי
דלך אלזמאן ולא יזכי
למשאהדת הדה ויסתדלון איצא
עלי דלך באקואל כתירה
מוגודה ללחכמים ובנצוץ מן
אלמקרא יואפק טואהרהא
רעואהם או בעצה וטאיפה
תאלתה תועם אן אלסעאדה
אלמרתגאה הו אחיא אלמואת
ודלך אן יעיש אלאנסאן בעד
מותה ורגע מע אהלה

quorum sensus literalis *iis* quæ ab ipsis dicuntur, in plerisque saltem, convenit.

Alii secundò profitentur, & putant Beatitudinem quæ speratur, esse *Dies Messiæ*, (qui citò manifestetur;) atque eo tempore futuros homines Reges perpetuò victuros, procerâ corporis staturâ, qui terram totam, usque in æternum obtineant. Quin & *Messias* iste, ex ipsorum sententia, victurus est quamdiu duraverit ipse Creator Benedictus; proferétq; tunc temporis terra vestes contextas, & panem coctum, cum multis ejusmodi quæ fieri non possunt. Miseriam autem in eo consistere quòd non sit homo istis temporibus [victurus] neq; dignus habeatur qui ea videat: ad quæ etiam probanda multa afferunt, quæ apud Sapientes occurrunt dicta, nec non Sacræ Scripturæ textus, qui primâ fronte sententiæ eorum (in parte saltem) favere videntur.

Alii, tertiò, autumant Beatitudinem quæ speratur, esse Resurrectionem mortuorum: scil. ut, post mortem, vitæ denuo restitutus homo domesticis suis & propinquis [comitatus] redeat, edátque

&

& bibat non ampliùs moriturus. Quod etiam probare nituntur dictis Sapientum, & quibusdam in textu locis huic sententiæ consentaneis.

Alii, quartò, asserunt Betitudinem quam assecuturi sumus, præstando mandata, esse quietem corporis, & spes hujus mundi in eodem fruendas; veluti fertilitatem terræ, facultatum & liberorum copiam, longitudinem vitæ, sanitatem corporis, statum securum, quódque regno apud nos stabilito in hostes nostros dominaturi sumus. Infelicitatem autem, quæ nos cùm transgressi fuerimus invadet, esse his quæ diximus contraria, qualia nos hoc exilii tempore patimur. Quin & hoc sibi probare videntur ex omnibus in Lege textibus, qui benedictiones & maledictiones continent, aliísque pluribus, nec non omnibus quæ in Scriptura afferuntur narrationibus.

Alii, quintò, qui & plures sunt, hæc omnia conjungunt, dicentes illud quod speratur; esse, venturum *Messiam*, & mortuos resuscitaturum, qui Paradisum

וקראבתה ויאכל וישרב ולא ימות אכתר ואלשקאוה אן לא יעיש ויסתדלון איצא עלי הדא באקואל ללחכמים ובבעץ פואסק פי אלנצוץ תטאבק הדא אלראי וטאיפה ראבעה תזעם אן אלסעאדה אלתי ננאלהא באמתתאל אלשראיע הי ראחה אלגסם ואלאמאל אלדניויה פי הדה אלדניא מתל כצב אלבלאד וכתרה אלמאל ואלאולאד וטול אלעמר וצחה אלגסם ואלאמאן וכון אלמלך פינא וכוננא מתכלמין עלי מן עאדאנא ואן אלשקאוה אלתי תלחקנא אדא כאלפנא צד הדה אלאחואל עלי מא נחן בסבילה פי זמאננא הדא זמאן אלגלות ויסתדלון בזעמהם בגמיע נצוץ אלתורה מן אלברכות ואלקללות וגירהא ובגמלה אלאכבאר אלמדונה פי אלמקרא וטאיפה כאמסה והי אלאכתר תגמע בין הדה אלאשיא כלהא ותקול אן אלתרגי הו אן יגי אלמשיח ויחיי אלמותא וידכלון

וידכלון גנ זערן ויאכלון תם
וישרבון ויצחון מדה דואם
אלסמואת ואלארץ ואנמא הדה
אלנכתה אלגריבה אעני העולם
הבא פקליל אן תגד בוגה מן
תמר לה בבאל או יפכר פיהא או
יתכד הדא אצל או יסאל ען
הדה אלאסמיה עלי אי שי תקע
והל הי אלגאיה או אחרי הדה
אלארא אלמתקדמה הי אלגאיה
ויפרק בין אלגאיה ובין אלסבב
אלמודי אלי אלגאיה ולא תגד בוגה
מן יסאל פי הדא או יתכלם פיה
ואנמא יסאל אלנאס כלהם אלעאם
ואלכאץ כיף יקום אלאמואת
עראיה או מכסיין והל בתלך
אלתיאב בעינהא אלתי ידפן פיהא
יקום ברקמהא ונקשהא וחסן
כיאטתהא או בסתרה תסתרה
פקט ואדא גא אלמשיח הל יסוי
בין אלגני ואלפקיר או יכון פי
איאמה אלקוי ואלצעיף וכתיר מן
חדה אלמסאיל מע אלאחיאן ואנת
יא הדא אפהם עני הדא
אלמתל ותניר תנעל גרצך
לתסמע כלאמי פי הדא

ingressi ibi comedent & bibent, bonâ fruentes valetudine quamdiu duraverint cœli ac terra. Verùm quod ad articulum hunc admirandum (*viz.* Mundum futurum,) paucos omnino reperies quibus in mentem venerit, quive de eo cogitent, vel pro fundamento sumant, aut de nominibus istis interrogent cuinam rei competant; & num ille, vel alius aliquis juxta sententias prædictas finis sit; aut qui inter finem, & causam quæ ad ipsum perducit, distinguant: neque invenies prorsus qui de hoc sciscitetur, aut qui de eo aliquid dicat. Verùm illud de quo quærunt universim, tum vulgus, tum melioris notæ homines, est, Quomodo resurrecturi sint mortui, nudi an amicti? & num iisdem quibus sepulti erant, vestibus, iísque eodem quo fuerant modo accupictis, variegatis, ac pulchrè consutis? an velamento quod ipsis operiendis tantùm sufficiat? &, cùm venerit *Messias*, num æquales fient dives & pauper? aut futuri sint sub ipso alii fortes, alii infirmi? Cũ multis ejusmodi quæstionibus omni tempore [ventilatis.] Tu verò [Lector] hanc à me parabolam accipias, quò deinde animum ad ea quæ mihi in his

his omnibus dicenda restāt, audienda apponas. Fingas puerum minorennem ad præceptorem deductum, quò eum legem edoceat, quod certè magnum illi, ob eam quam inde assequetur perfectionem, bonum est; nisi quòd ipse, præ annorum defectu & intellectûs sui imbecillitate; magnitudinem boni istius, quantámque ad perfectionem ipsum perducturum sit, haud percipiat: coget necessitas præceptorem istum qui ipso perfectior est, illum ad legendum de re aliquâ, quæ ipsi pro eâ quâ est ætate tenerâ desiderabilis videatur, provocare. Dicet ergò illi, Lege, ut tibi juglandem, aut ficum, aut saccari portiunculam demus; ita fiet ut legat & studeat, non ipsius lectionis gratiâ, (cùm ipsius dignitatem non intelligat) sed ut edulium istud, (cujus esus ipsi lectione præstantior & majus bonum sine dubio videtur,) accipiat: ideóque lectionem molestiam putat & laborem, quem tamen suscipit ut eo finem istum desiderabilem assequatur, scil. nucem juglandem, aut saccari particulam. Cúmq; grandior jam & intellectu auctus, minoris æstimet illud quod antea præferebat, atq; aliud jam eligat, allicietur etiã eo-

בלת אנזל אן טפלא צגיר אלסן
ארכל ענר מודב ליעלמה
אלתורה ודלך כיר עטים לה
למא יחצל לה מן אלכמאל גיר
אנה לצגר סנה וצעף עקלה לא
יפהם מקדאר דלך אלכיר ולא מא
יודיה אליה מן אלכמאל פאלצרורה
תצטר אלמעלם אלדי הו אכמל
מנה אן יחרצה עלי אלקראה
באשיא מחבובה ענדה לצגר
סנה פיקול לה אקרא
ונעטיך גוז או תין או נדפע
לך קטעה סכר פיקרי ויגתהד
ליס לנפס אלקראה לאנה לא
יעלם לדלך קדר אלא
לינאל דלך אלטעאם ואכל
דלך אלטעאם ענדה אפצל
מן אלקראה ואכתר כיר בלא
שך ולדלך יחסב אלקראה שקא
ותעב יתעבדה לינאל בדלך
אלתעב תלך אלגאיה אלמחבובה
והי חבה גוז או קטעה סכר
פאדא כבר ותמכן עקלה
וצעף ענדה דלך אלשי אלדי
כאן יתדרה קבל ורגע יותר
גיר דלך שהי איצא בדלך אלשי
אלאתיר

אלאתיר ענדה פיקול לה מעלמה
אקרי ותשתרי לך קרמא חסנה
או תוב עלי צפה כדא פינתהד
איצא חיניד לא לנפס אלקראה
בל לדלך אללבאס ודלך
אלתוב ענדה אפצל מן אלעלם
והו גאיה אלקראה פאדא
צאר אכמל עקל וצעף ענדה
הדא אלקדר איצא טמע במא
הו אכתר מן הדא פיקול לה
מעלמה אחפט הדה אלפרשה
או הדה אלפרק ונדפע לך
דינאר או דינארין פיקרי איצא
ויגתהד ליאכד דלך אלמאל
ואכד אלמאל ענדה חיניד
אשרף מן אלקראה לאן גאיה
אלקראה. ענדה חיניד אן
יאכד אלדהב אלדי רגי בה
פאדא צאר אכתר. תמייז
וצעף איצא ענדה הדא
אלקדר וראי אן דלך קדר
כסיס טמע במא הו אתר מן
דלך ויקאל לה אקרא לתציר
רב ודיין יעטמך אלנאס ויקפון
אמאמך וימתתלון אואמרך
ויעטם אסמך פי חיאתך

quod jam ipsi optabilius videtur; dicente ei præceptore, Lege, ut tibi calceos pulchros, aut istiusmodi vestem emamus; quo fiet ut tum etiam diligentiam adhibeat, non ipsius lectionis gratiâ, sed istius indumenti; cùm vestis ista præstantior ipsi scientiâ videatur, sitque lectionis finis. Porrò cùm intellectu adhuc perfectior evaserit, adeò ut minoris pendatur ipsi hoc etiam pretium, allicietur aliquo adhuc hoc majori; dicente ipsi præceptore suo, Discas hanc Sectionem, aut hoc Caput, quò tibi aureum aut duos aureos donemus. Leget enim rursus, & diligentiâ adhibebit, quò nummos istos accipiat, cùm lucrari nummos ipsi tunc temporis præstantius videatur lectione. Finis enim Lectionis apud ipsum est ut aurum, quod sperare jubetur, accipiat. Cùm autem majoris adhuc fuerit judicii, ut hoc etiam pretium ipsi vilius habeatur, cum ipsum spernendum quid esse perceperit, alliciendus erit eo quod hoc potius erit; ac dicetur ipsi, Disce, ut Doctor sis, aut Judex, & magni te faciant homines, tibíque assurgant, & jussis tuis obsequantur, ac celebre sit nomen tuum, &

ובעד ממאתך מתל פלאן
ופלאן פיקרי ויגתהד לינאל
הדה אלרתבה פתכון אלגאיה
ענדה תעטים אלנאס ואגלאלהם
לה ותנאוהם עליה והדא
בלה מדמום ואנמא ילתגי לדלך
לצעף עקל אלשכץ אלדי יגעל
גאיה אלעלם שיא אכר גיר
אלעלם פיקול לאי שי נעלם הדא
אלעלם אלא לננאל בה הדיאנה
עלי אלחקיקה והדא הו ענד
אלחכמים שלא לשמה אי אנה
ימתל אלשראיע ויעמלהא
ויקרא ויגתהד לא לדלך אלשי
פי נפסה בל לשי אכר ונהונא
אלחכמים ע"ה ען הדא
וקאלוא לא תעשם עטרה
להתגדל בהם ולא קרדום
לחפור בהם ישירון אלי מא
בינת לך אנה לא יגעל גאיה
אלעלם לא תעטים אלנאס לה
ולא אכתסאב אלמאל
ולא יתכד דין אללה מעישה ולא
תכון ענדה גאיה אלעלם. אלא
עלמה פקט וכדלך ליס גאיה
אלחק אלא אן יעלם אנה חק
ואלשראיע

dum vivis & post mortem tuam, qualis hic vel ille; atque ita leget, & studebit ut assequatur gradum istum, eritque ipsi finis, ut magni ab hominibus fiat, celebretúrque, ac laudibus evehatur. Hæc interim omnia vituperio digna sunt, ad quæ tamen confugitur ob imbecillitatem intellectûs istius, qui finem scientiæ aliam ab ipsa scientia facit, dicens, Quorsum disceremus hanc scientiam, nisi ut eâ aliquid acquiramus? quod reverâ stultitia est. Hoc autem est quod apud Sapientes dicitur *Shelo Lishmah*, *Non sui ipsius gratiâ* [discere,] *viz:* ut quis obsequatur præceptis, eáque faciat, legátque & studeat, non ejus rei ipsius gratiâ sed alîus cujuspiam, quod vetârunt Sapientes, q. p. dicentes, *Ne facias ea coronam ut iis glorieris, neque securim, ut iis fodias,* [quibus verbis] digitum intendunt ad illud quod tibi explicavi; scil. ne statuat [quis] finem scientiæ, vel ut magni fiat ab hominibus, vel opes acquirat, neq; cultum Dei victûs parandi instrumentum faciat, neque sit ipsi alius scientiæ finis quàm ipsum scire: eodémque modo ne sit alius ipsi veritatis finis, quàm ut sciat ipsam veram esse, &

ואלשראיע חק פנאיתהא
אמתתאלהא ולא ינח ללאנסאן
אלכאמל אן יקול אן עמלת הדה
אלפצאיל ואגתנבת הדה אלקבאיח
אלתי נהי אללה ענהא באי שי
נגאזא לאן דלך מתל קול אלצבי
ארא קרית אי שי ירפע לי פיקאל
לה אלאמר פלאני לאנא ארא
ראינא צעף עקלה אלדי לם
יפהם הדא אלקדר וטלב ללגאיה
גאיה נגאובה עלי קדר גהלה
ענה כסיל כאולתו וקד נהונא
אלחכמים ען הדא איצא אעני
אן יגעל אלאנסאן גאיה עבאדתה
ואמתתאלה ללשראיע אמרא מן
אלאמור והו קול אלפאצל אלכאמל
אלמדרך אלחקאיק אנטיגנס איש
שוכו אל תהיו כעבדים
המשמשין את הרב על מנת
לקבל פרס היו כעבדים
המשמשין את הרב על מנת
שלא לקבל פרס ואנמא
ארארוא בדלך אן יעתקד אלחק
לנפס אלחק והדא הו אלמעני אלדי
יעברון ענה בעובד מאהבה
וקאלו עה״ במצותיו חפץ מאד

præcepta vera esse, & finem ipsorum esse ea præstare: neque convenit homini perfecto dicere, Si fecero bona ista, & fugero turpia ista, quæ vetuit Deus, quâ re remunerabimur? Perinde enim hoc foret, ac si diceret puer, Quando legero, quidnam mihi dabitur? ac diceretur ipsi, Res ista talis. videntes enim infirmitatem intellectûs ipsius qui gradum istum non apprehendit, sed finis [veri] finem [alium] quærit, respondetur ipsi secundùm stultitiam ipsius [sicut dicitur]
Responde stulto juxta stultitiam Prov.26 5
suam. Vetuerunt autem hoc etiam Sapientes, scil. ut statuat homo finem cultûs sui, & obsequii erga mandata rem aliquam. quò spectat dictum [viri] præstantis perfecti qui verum optimè perspexit, *Antigoni* [nempe] *Socensis*, *Ne sitis instar servorum qui serviunt Domino, eâ conditione ut accipiant mercedem, sed sitis ut servi qui serviunt Domino etiam nullâ expectatâ mercede*; quo voluerunt amplectendam veritatem veritatis ipsius gratiâ: atq; hoc est quod innuunt cum dicunt, *Serviens* [Deo] *ex amore*. Dixerunt etiam, quibus pax, *In præceptis ejus delectatur valde*. Dixit Rab *Ele-*

 azar,

אמר ר׳ אלעזר במצותיו ולא בשכר
מצותיו ומא אעטם הדא אלדליל
ומא אבינה פאנה דליל ואצח
עלי מא תקדם לנא מן אלקול
ואעטם מן הדא קולהם פי נץ
ספרי שמא תאמר הריני למד
תורה בשביל שאהיה עשיר
בשביל שאקרא רבי שאקבל
שכר בעול הבא ת״ל לומר
לאהבה את י״י כל שאתם
עושין לא תעשו אלא מאהבה
פקד תבין הדא אלמעני וצח
אנה גרץ אלשרע וקאעדה
אעתקאד אלחכמים ולא יתעאמי
ענה אלא גאהל גבי קד אתלפתה
וסוסה אלאפכאר אלסכיפה
ואלתכילאת אלנאקצה והדה
הי דרגה אברהם אביני אנה
כאן עובד מאהבה ונחו הדא
אלטריק ילזם אלנזוע ולעלם
אלחכמים עליהם אלסלאם אן
הדא אלמעני עזיז גדא ומא
כל אחד ידרכה ואן אדרכה
פליס יואפקה מן אול מרה ולא
יראה אעתקאדא צחיח לאן
אלאנסאן לא יפעל אלעבאדה אלא
לינאל

zar, Praeceptis ejus, & *non mercede praeceptorum ipsius.* Quantum autem, & quàm perspicuum est hoc argumentum? Est enim ratio manifesta illius quod in superioribus diximus. Hoc tamen ipso majus est dictũ ipsorum in textu libri *Sifre, Ne fortè dicas, Ecce ego disco Legem ea propter ut sim dives, ea propter ut vocer Rabbi, ut accipiam mercedẽ in saeculo futuro: docem*r* dicere ad diligendum Dominum, quicquid feceritis ne faciatis nisi ex amore tantùm.* Manifesta ergò est haec sententia, constátque eam Legis scopum esse, & fundamentum ejus quod profitentur sapientes, nec adeò caecus est quis ut eam non perspiciat, nisi stultus, hebes quem cogitationum ineptarum & imaginationum vitio satum suggestus perdidit. Fuit autem iste gradus *Abrahami* patris nostri, quod scil. fuerit *Serviens* [*Deo*] *ex amore*, & ad hanc viam sedulò nitendum est. Cùm autem perspectum haberent sapientes, quibus pax, obscuram admodum esse hanc sententiam, quámq; non omnes capiunt, & si intellexerint, non tamen ei statim assentiunt, neq; pro vera habendam esse censent. Neq; enim facit quis opera aliqua nisi ut iis

לינאל בקא נפע או ידפע
מצרה או יכון פעלה דלך עבת
פכיף יקאל ללמתשרע אפעל הדה
אלאפעל ולא תפעלהא לא
לכוף מן עקאב אללה ולא לרגי
תואבה הדא צעב גדא לאן ליס
כל אלנאס ידרכון אלחקאיק
ויכונון מתל אברהם אבינו
פאבאחו ללגמהור אן יקרוא
עלי אעתקאדהם מן פעל
אלחסנאת לרגי אלתואב
ואגתנאב אלסיאת כוף אלעקאב
ויחצון עלי דלך ותקוי עזאימהם
פיה חתי ידרך אלמדרך פיערף
אלחק ואלטריקה אלאכמל מא הו
כמתל מא נפעל באלצבי ענד
אלתעלים עלי מא מתלנא ונקרוא
עלי אנטיגנס איש שוכו פי
תצריחה פי אלגמהור במא צרח
וקאלוא פי דלך חכמים הזהרו
בדבריכם וכו׳ עלי מא סנבין פי
אבות ולא הם אלגמהור כאסרון
מרה ואחדה פי כונהם ימתתלון
אלשריעה לכוף אלעקאב ורגי
אלתואב לכנהם גיר כאמלין
ואנמא יסתחב להם דלך

consequatur utilitatem, aut repellat damnum, sin minus futura est actio ipsius frustranea. Quomodo ergò dicetur ei qui Legem amplectitur, Facias hæc opera, aut, hæc ne facias, non ob metum pœnæ [à] Deo, neque spe mercedis ab ipso consequendæ. Durum admodum hoc erit, quia non omnes rerum veritatem capiunt, ut sint *Abrahamo* patri nostro similes. Ideo permiserunt vulgo ut in opinione sua maneant; scil. facienda esse bona spe præmii, & mala metu pœnæ fugienda; útque ad hoc excitentur, & in sententia sua hac de re confirmentur donec rebus meliùs apprehendendis [valeat] qui eas intelligere vult, ac quid verum, & quæ via perfectior sit dignoscat, quemadmodum cùm puero inter docendum juxta similitudinem præmissam, agimus: quare *Antigona Socensi* vitio vertērūt quòd sententiam suam palàm coram vulgo protulent, ideóq; dixerunt Sapientes, *Cavete verbis vestris, &c.* uti in *Abothexplicaturi* fumus. Nec tamē prorsus operam perdunt isti è vulgo dum legi, metū pœnæ, & spe præmii obsequuntur, verum nondum sunt perfecti: probatúrque in ipsis illud, quò ita acquiratur

acquiratur ipsis habitus atque exercitatio in obedientia Legis, ut indè ad veritatem transitum facientes, servi ex amore evadant, atque hoc est quod dicunt, *Semper det homo operam Legi, etiamsi non ipsius gratiâ, quoniam ex hoc [quòd præstet ipsam] non sui gratiâ, eò perveniet [ut &] sui gratiâ* [præstet.] Ex iis autem quæ scire debes, est, in verbis Sapientum, quibus pax, [interpretandis,] distribui homines in tres classes, Prima (atq; hi plurimi sunt eorum quos vel quorum scripta vidi, aut de quibus audivi) eorum est qui ea juxta sensum literalem intelligi volunt, neq; ea ullatenùs interpretantur, adeo ut his impossibilia quævis necessariò existere videantur. Hoc autem fecerunt, quòd scientiarum prorsus rudes sint, & à disciplinis alieni, neque in eo perfectionis gradu ut ipsi sibi monitores sint, nec alium qui eos moneret, invenerint. putant ergò isti noluisse Sapientes in omnibus indubibitatæ veritatis dictis suis aliud, quàm quod ipsi ex iisdem perceperint, eáque prout sonant verba intelligenda, etiamsi quod primò multis in ipsorum dictis apparet prorsus absurdum sit, adeò ut si juxta illud quod præ se ferunt verba

לתחצ֗ל להם מלכה וריאצ֗ה פי
ﭏמתתﭏ ﭏשריעה וינתקלון ﭏי
ﭏלחק ויצירון עובדים מאהבה
והו קולהם ע֗ה לעולם יעסוק
אדם בתורה אפילו שלא לשמה
שמתוך שלא לשמה בא לשמה
וממא יג֗ב אן תעלמה אן כלאם
החכמים ע֗ה אנקסמו ﭏנאס
פיה ת֗לת֗ פרק אלפרקה֗ ﭏאילי
והי אכת֗ר מן ראיתה ומן ראית
תו֗ﭏפה ומן סמעת בה חמלה
עלי ט֗אהרה ולﭏ תתאולה
בוג֗ה ותציר ענדהא ﭏממתנעאת
כלהא ואג֗בה ﭏוג֗וד ואנמא
פעלוא ד֗לך לג֗הלהם בﭏעלום
ובעדהם מן ﭏמעארף וליס הם
מן ﭏכמﭏ מן חית ינתבהון מן
תלקי אנפסהם ולא וג֗דוא
מנבהא ינבההם פהם ירון אן
לם ירידוא ﭏחכמים בג֗מיע
אקוﭏהם ﭏמחכמה אלא מא
פהמוא הם מנהא ואנהא
עלי ט֗אהר הא ואן כאנת
ט֗אהר בעץ֗ כלאמהם מן
אלשנאעה פי חיז לו וצף עלי

אעתבארא וקאלוא כיף יכון פי
אלדניא שכץ יתכיל הדא ויראה
ראיא צחיחא נאהיך ען
אסתחסאנה והדה אלטאיפה
אלמסכינה ירתי לגהלהא לאנהא
עטמת אלחכמים בזעמהא והי
קד אחטתהם גאיה אלחטאט והי
לא תשער ואן כאן לעמר אללה
הדה אלטאיפה תדהב במחאסן
אלדין ותטלם בהגתה ותגעל
דין אללה פי עכס מא אריד
בה לאן אללה יקול פי מחכם
אלתנזיל אשר ישמעון את
כל החוקים וכו׳ והדה אלטאיפה
תסרד מן טואהר כלאם
אלחכמים מא אדא סמעתה
אלמלל קאלו רק עם ככל ונבל
הגוי הקטן הזה ואכתר מן
יפעל הדא אלדרשנין אלדין
יפהמון אלנאס מא לם יפהמוה
הם פיא ליתהם אד לא יפהמוא
לו סכתוא מי יתן חחרש
תחרישון ותהי לכם לחכמה
או כאן יקולון מא נעלם
מא אראד אלחכמים בהדא
אלכלאם ולא כיף יתאול כל

considerantes, dicéntque, Quomodo fiet, ut quot in mundo sunt hominum quispiam hoc imaginetur, & pro verâ habeat sententiâ? tantum abest ut illud laudare velit. [Digna] autem est misera hæc secta, cujus defleatur stultitia; nam dum se Sapientes extollere putat, in infimum eos gradum dejicit: nesciens interim se ita facere. Quinimo certissimè secta ista religionem honore suo spoliat, ejúsque splendorem obfuscat, Legémq; Dei in contrariũ ei ad quod ipsa dirigitur detorquet. Nã cùm Deus in ipso legis textu dicat, *Qui audient omnia statuta ista & dicent, Tantũ populus sapiens & intelligens gens magna ista*, genus hoc hominum contexit è sono verborum Sapientum illud quod si audierint gentes [aliæ] dicerent, Certè populus stultus & fatuus est gens ista parva. Qui autem plurimùm hoc faciunt, sunt Homiliastæ, qui ea hominibus explicant, quæ ipsi non intelligunt, atque utinam cùm non intelligant, tacere vellent, *Quis dabit tacendo taceretis, & esset vobis ad Sapientiam?* aut dicerent saltem, Nescimus quid velint Sapientes hoc dicto, aut quomodo exponendum sit; verùm ipsi illud se intel-

Deut. 4.6.

Job 13.5.

intelligere putant, atque hoc satagunt, ut hominibus explicent illud quod ipsi intellexerint, non quod dixerint Sapientes; coram vulgo explicationes [tract.] *Beracoth* & capitis *Chelek*, prout verba ad literam sonant, proferentes.

Classis secunda, numerosa etiam est, istorum scil. qui cùm dicta Sapientum legerint aut audiverint, atque juxta sonum verborum acceperint, rati nolùisse Sapientes aliud quàm quod præ se ferunt verba, incipiunt stultitiæ, fœditatis & absurditatis incusare illud quod absurdum non est; ac frequenter verbis Sapientum illudunt, se illis sapientiores & perspicatiores esse judicantes, atque illas, quibus pax, deceptos fuisse, judicii expertes, omnium rerum ignaros adeò ut nihil prorsus intelligerent. Eorum qui hanc opinionem amplectuntur plerique sunt ex iis qui se medicos profitentur, quíque circa astrorum effectus ineptiunt. Sunt enim hi, opinione suâ, acuti, Sapientes, Philosophi; at quàm longè absunt ab eo ut pro hominibus habeantur apud vere Philosophos. Sunt autem hi stultiores Classe priori, magísque fatui, Secta cer-

יזעמון פהמה ויגעלון אידיהם פי
תפהים אלנאס מא פהמוא הם
באנפסהם לא מא קאל אלחכמים
ויעלנון עלי ראוס אלגמהור
ברשות ברכות ופרק חלק
וגירהמא עלי טאהרהא חרפא
בחרף ואלטאיפה אלתאניה כתירה
איצא והם אלדין ראוא כלאם
אלחכמים או סמעוה פהמוה
עלי טאהרה וזעמוא אן מא
אראדוא אלחכמים בדלך גיר מא
דל עליה טאהר אלכלאם
פאקבלוא עלי תספיהה ותקביחה
ותשניע מא ליס בשניע וילעינו
על דברי חכמים מע אלאחיאן
ויזעמון אנהם אעקל מנהם
ואדכי דהן ואנהם עליהם אלסלאם
מנכדעין נאקצי אלראי גאהלין
בגמלה אלוגוד חתי לם ידרכוא
שיא בוגה ואכתר מן יקע פי הדא
אלאעתקאד מדעיי אלטב ואלהאזיין
בקצאיא אלנגום לאנהם בזעמהם
חדאק חכמא פלאספה ומא
אבעדהם מן אלאנסאניה ענד
אלפלאספה עלי אלחקיקה והם
אגהל מן אלפרקה אלאולי ואכתר
גבאוה והי טאיפה מלעונה

לתהאפתהא לאשכאץ עטמא
אלקדר קד באן עלמהם ענד
אלעלמא ולו אנהם ראצוא
אנפסהם פי אלעלום חתי יעלמון
כיף ינבגי אן יוקע אלכלאם פי
אלאלאהיאת ושבההא מן אלאמור
ענד אלגמהור וענד אלכואץ ויחכמון
אלגז אלעמלי מן אלפלספה לבאן
להם הל אלחכמים עלמא או לא
וכאן ינפהם להם מעאני כלאמהם
ואלטאיפה אלתאלתה והי לעמר
אללה קלילה גדא חתי לא יקאל
להא טאיפה אלא כמא יקאל
ללשמש נוע והם אלאקואם אלדין
תקרר ענדהם עטם אלחכמים
וגודה אפכארהם במא וגד פי טי
כלאמהם כלמאת תדל עלי
מעאני צחיחה גדא ואן כאנת
קלילה ומפתרקה פי מואצע מן
מדונאתהם לכנהא דלת עלי
כמאלהם ואדראכהם אלחקאיק
ותקרר איצא ענדהם אמתנאע
אלממתנע וגוב אלואגב פעלמוא
אנהם ע״ה לא יתכלמון פי
מהאל פתיקנוא אן כלאמהם
לה טאהר ובאטן ואנה כל

tè maledicta, quòd hæc effutiat contra viros magnos de quorum scientia apud doctos liquidò constat. Quòd si disciplinis operam navarent ut scirent quomodo de Theologicis & ejusmodi rebus sermo, tum apud vulgus, tum apud doctiores, instituendus sit, & partem Philosophiæ practicam tenerent, tum demum constaret fuerintne Sapientes [nostri] viri docti, annon: & manifestus esset ipsis eorum quæ ab illis dicta sunt, sensus. Secta tertia paucorum admodum est, adeò ut non aliter secta audiat quàm sol species; sunt autem illi apud quos de merito Sapientum, & bonâ ipsorum intentione, inde constat, quòd dictis ipsorum involuta reperiantur verba, quæ sensus admodum veros innuant, quæ pauca licet fuerint, eáq; sparsim in [diversis] locis librorum ab ipsis compositorum posita, indicant quâ fuerint perfectione, ipsósque rerum veritatem apprehendisse. Constat etiam ipsis de eorum quæ fieri non possunt impossibilitate, ejúsque quod necessarium est necessitate, norúntq; illos, q. p. non locutos fuisse deeo quod fieri non possit, undè certò statuunt subesse verbis ipsorum exterius [quid]

 &

& interius, ac quotiescunq; loquantur de rebus impossibilibus habere verba ipsorum rationem ænigmatis & parabolæ, iste enim mos fuit Sapientum magnorum, ideóque orsus est princeps Sapientum librum suum, dicendo, *Ad intelligendum parabolam & facundiam, verba Sapientum, & ænigmata eorum*. Novit autem qui verborum significatus; novit *Chiddah* esse orationem cujus scopus in interiori ejus parte, non in cortice habetur: quemadmodum dicit, *proponam jam vobis ænigma &c*. Sermones enim doctorum omnium sunt de rebus sublimibus, quæ sunt finis, ipsi autẽ ænigmatici sunt & parabolici. Quomodo autem vitio vertetur (heus homines) quòd scientiam tradant per parabolas & similitudines rerũ humilium & vulgarium, cùm videas hominum sapientissimos idem fecisse [instinctu] Sp. Sancti, ipsum nempe *Salomonem* in *Proverbiis*, & *Cantic. Canticorum*, & parte *Eccles*. & quomodo reprehendatur qui verba ipsorum interpretatus, ea à sensu, quem præ se ferunt abducat, ut ita intellectui cõsentanea sint, & veritati librísq; cœlitùs datis congrua, cùm ipsi expressa Scripturæ verba ita exponant, ut à verbis abducant, & pro parabolicis ha-

Prov. 1. 6.

מא יקולון מן אשיא אניר
ממכנה אנמא כלאמהם פיהא
עלי סביל אלגז ואל מתל והכרא
שאן אחכמא אכבאר ולהרא
צדר כתאבה רייס אחכמא
וקאל להבין משל ומליצה
דברי חכמים וחידותם וקד עלם
מן ערף אלגה אן חידה הו
אכלאם אדי נרצה פי באטנה
לא פי טאהרה וכמא קאל
אחודה נא לכם חידה וכו׳ לאן
כלאם אהל אעלם כלהם
פי אאמור ארפיעה אתי הי
אגאיה אנמא הו לגז ומתל וכיף
יסתנכר יא קום תאליפהם אעלם
עלי טריק אמתל ואלתשביה
באמור כסיסה עאמיה ותרי
אחכם אנאס קד פעל דלך
ברוח הקודש אעני שלמה פי
משלי שיר השירים ובעץ
קוהלת וכיף יסתנכר תאויל
כלאמהם ואכראגה ען טאהרה
חתי יטאבק אלעקל ויואפק
אלחק וכתב אלתנזיל והם
באנפסהם יתאולון נצוץ אכתב
ויפרגונהא ען טאהרהא ויגעלונהא
מתל

מתׄל והו ﭏחק כמא נגׄרהם
יקולון אן קול ﭏכתאב הו הכת
את שני אריאל מואב כלה
מתׄל וכׄלך קולה הו הכה
את הארי בתוך הבור וכׄ
מתׄל וקולה מי ישקיני מים
וסאיר מא גׄרי כל דׄלך מתׄל
וכׄלך ספר איוב בגׄמלתה
קאל בעצׄהם משל היה ולם
יבין לאי מעני גׄעל הו ﭏמתל
וכׄלך מתי יחזקאל קאל בעצׄהם
מתׄל הידה וכתׄיר מתׄל הׄדא
פאן כנת יא הׄדא מן אחרי
ﭏפרקתין ﭏאוליתין פלא תנטׄר
כלאמי פי שי מן הׄדא ﭏגרץׄ
לאן לא יטאבקך מנה שי
בל יוריך ותשנאה וכיף
תׄואם ﭏאגׄדיה ﭏכׄפיפה
ﭏכמיה ﭏמעתדלה ﭏכיפיה
לשכׄץ קד אעתאד ﭏאגׄדיה
אלסו ﭏתׄקילה בל תאדיה
וישנאהא אלא תרי קול מן
אעתאד אכל ﭏבצל ﭏתׄום
ואלסמך פי אלמן מה הו
ונפשינו קצה בלחם הקלקל
ואן כנת מן אהל ﭏפרקה

beant, quod verum est? inveniemus enim eos dixisse dictum Scripturæ *Ipse percussit duos Ariel Moab*, totum esse figuratum: eodémque modo quod dixit, *Ipse percussit Leonem in medio cisternæ* &c. figuram esse. Item dictum ipsius, *Quis potabit me aquâ?* cæteráque quæ [ibi] narrantur omnia figuram esse. Similiter liber *Jobi* integer, juxta quosdam parabola fuit, nec quem in finem posita sit declaratur. Eodémque modo quod locutus est *Ezekiel*, dixerunt quidam eorum, Parabolam fuisse, multáque sunt ejusmodi. Quòd si fueris (heus tu) utriusvis harum Sectarum priorum verbis meis de re aliqua huc spectante ne attendas, neq; enim expediet tibi ex iis quicquã; sed è contra tibi nocitura sunt, túque illa odio habiturus: quomodo autem convenient alimenta quãtitate tenuia, qualitate benè temperata, viro qui assuetus fuerit alimentis malis, crassis? sunt enim ipsi noxia, & fastidio futura. Annon vides quid dixerit qui assuetus fuerat cepis & allio & piscibus, de Manna, *Quid hoc est, & anima nostra aversatur panem levem, &c.* Quòd si ex iis fueris qui tertiæ

2 Sam. 23. 20.

Ib. v. 15.

Classis sunt, quotiescunque occurrit tibi quid in verbis eorum quod refugiat intellectus, fac ibi subsistas, ac scias ænigma esse & parabolam, ac pernoctes animo occupatus, ac cogitationibus defixus in ejus interpretatione, sollicitè rationem veri indagans, & sententiam rectam, sicut dicit, *Adinveniendum verba voluntatis, & scripturam rectitudinis, verba veritatis.* Perpende autem verba mea, è quibus utilitatē, volente Deo, capturus es. Ac jam de eo quod institui dicere incipiam. Scias, sicut nec cœcus colores, nec surdus voces, neque impotens veneris voluptatem veneris percipit; ita nec corpora voluptates animi proprias assequi; & quemadmodum piscis elementum ignis non habet cognitum, cùm ipse in ejus contrario degat; ita nec in mundo hoc corporeo voluptates mundi spiritualis dignosci; ac certè non est apud nos ulla omnino præter eam corporis, & quam sensus è cibo, potu, & venere percipiunt, voluptas. quicquid ultra est; nobis planè incompertum est; adeò ut illud cogitationum primordiis, aut aliter quàm multâ adhibitâ diligentiâ discernere atq; apprehendere ne-

Eccles. 12. 10.

אלתאלתה ומתי מא ורד עליך
שי מן כלאמהם ממא יבערה
אלעקל תקף ענרה ותעלם אנה
לגז ומתל ותכית שניל אלכאטר
עאמר אלפכרה פי תאוילה
מהתם לוגור מדהב אלחק
וראי אלצואב כמא קאל
למצוא דברי חפץ וכתוב ישר
דברי אמת פתאמל כלאמי
תפר אן שא אללה תעאלי ואאן
אבתדי באלכלאם פי מא ארדתה
אעלם אנה כמא לא ידרך
אלאעמי אלאלואן ולא ידרך אלאצם
אלאצואת ולא אלענין שהוה
אלגמאע כדלך לא תדרך אלאגסאם
אללדאת אלנפסאניה וכמא לא
יעלם אלחות אסטקס אלנאר
לכונה פי צדה כדלך לא יעלם
פי הדא אלעאלם אלגסמאני בלדאת
אלעאלם אלרוחאני בל ליס ענדנא
בוגה לדה גיר לדה אלאגסאם
פקט ואדראך אלחואס מן אלטעאם
ואלשראב ואלנכאח ומא סוי דלך
פהו ענדנא גיר מוגוד ולא
נמיזהא ולא נדרכהא עלי
באדי אלראי אלא בעד תחקק
כתיר

כתיר ואנמא תכרלך לכונא פי
אלעאלם אלגסמאני פלא נדרך אלא
לדתה פאמא אללדאת אלנפסאניה
פהי דאימה גיר מנקטעה וליס
בינהא ובין הדה אללדאת נסבה
בותה מן אלוגוה ולא יצח לנא פי
אלשרע ולא ענד אלאלאהיין מן
אלפלאספה אן נקול אן אלמלאיכה
ואלכואכב ואלאפלאך ליסת להא
לדה בל להם לדה עטימה גדא
במא עקלוה מן אלבארי עז וגל
והם כדלך פי לדה דאימה גיר
מנקטעה ולא להם לדה גסמאניה
ענהם ולא ידרכונהא לאן ליס
להם חואס מתלנא ידרכון בהא
מא נדרך נחן וכדלך נחן אדא
תזכי מנא מן תזכי וצאר לתלך
אלדרגה בעד אלמות לא ידרך
אללדאת אלגסמאניה ולא ירידהא
אלא כמא יריד אלמלך אלעטים
אלמלך אן יכלע מן מלכה וירגע
ילעב אלכרה פי אלאסואק וקד כאן
פי זמאן מא בלא מחאלה יפצל
אללעב בתלך אלכרה עלי אלמלך
ודלך פי חין צגר סנה ענד גהלה
באלאמרין גמיעא כמא

queamus. Atque ita se res habeat necesse est, cùm in mundo simus corporeo, ideóque non aliam quàm ejus voluptatem percipiamus, quod ad voluptates autem spirituales, eæ perpetuæ sunt, nunquam cessaturæ, nec ulla est omnino inter ipsas & has proportio, neque nobis vel lege vel Metaphysicorum inter Philosophos [sententiâ] conceditur, ut Angelis, stellis, & sphæris, nullam esse voluptatem asseramus. Quinimo magna admodum iis, ex eo quod de creatore intelligunt, oritur voluptas: atque inde fit ut perpetuâ fruantur & quæ nunquam cessat voluptate: non est tamen ipsis voluptas [aliqua] corporea, nec eam percipiunt, cùm non sint illis, ut nobis sensus quibus ea quæ nos percipimus assequantur: eodémque modo, cùm è nobis quis dignus factus fuerit qui gradum istum post mortem consequatur non, ampliùs voluptates corporeas percepturus est, eásve appetiturus magis quàm Rex, magni regni Dominus, regno suo exui cupiat, ut ad pili lusum in plateis redeat, etiamsi fuerit tempus quo sine dubio lusum istum pili regno anteferret, viz. cùm adhuc puer utramque rerum istarum simul expertus non fuisset: sicut

&

נפצל נחן אליום אללדה אלגסמאניה
עלי אלנפסאניה וארא תאמלת
אמר האתין אללדתין תגד כסאסה
אללדה אלואחדה ורפעה אלתאניה
ולו פי הדא אלעאלם ודלך אנא נגד
אכתר אלנאס בל כלהם יחמלון
אנפסהם ואגסאמהם מן אלשקא
ואלתעב מא לא מזידא עליה כי
ינאל רפעה או יעטמה אלנאס והדה
אללדה ליסת בלדה טעאם ולא
שראב וכדלך כתיר מן אלנאס
יותר אלאנתקאם מן עדוה עלי
כתיר מן לדאת אלגסם וכתיר מן
אלנאס יגתנב אעטם מא יכון מן
אללדאת אלגסמאניה כשיתה אן
ינאלה פי דלך כזי או חשמה מן
אלנאס או טלב תנא חסן פאדא
כאנת חאלנא פי הדא אלעאלם
אלגסמאני הכדא פנאהיך פי
אלעאלם אלנפסאני והו העולם הבא
אלדי תעקל אנפסנא מן אלבארי
פיה מתל מא תעקל אלאגראם
אלעלויה או אכתר פאן תלך
אללדה לא תתגזא ולא תתצף ולא
יוגד מתאל תמתל בה תלך אללדה
בל כמא קאל אלנבי מתעגבא מן
עטמהא

& nos hodie voluptatem corpoream, ei quæ animæ propria est anteferimus. Cùm autem voluptatum istarum binarum qualitatē perpenderis, unius vilitatem, & alterius dignitatem, etiam in hoc mundo, facilè dignosces. Homines enim plerosque, vel potiùs omnes, cernimus animis ac corporibus suis molestiam & laborem quo nullus gravior esse potest imponere, ut gradum sublimem consequantur, aut magni ab hominibus fiant; non est autem hæc voluptas eadem cum illa quæ à cibo aut potu provenit. Similiter multi vindictam de inimicis sumendam multis corporis voluptatibus præferunt: quin & multi etiam maximas inter corporis delectationes fugiunt, vel opprobrii & dedecoris ipsas secuturi metu, vel famæ consequendæ desiderio. Cùm ergò ita comparatæ sint res in hoc etiam mundo corporeo, quanto magis in futuro, ubi animæ nostræ de Creatore, quantum corpora cœlestia, aut etiam amplius, percepturæ sint. Neque enim voluptas ista in partes distribuitur, neq; enarrari potest, neq; reperitur similitudo aliqua quâcum comparari possit, verùm, uti dixit Propheta, ejus magnitudinem admiratus, *Quàm magna*

עטמהא מה רב טובך אשר
צפנת ליראיך פעלת לחוסים
בך והכדא קאלוא עה העולם
הבא אין בו לא אכילה ולא
שתיה ולא רחיצה ולא סיכה
ולא תשמיש אלא צדיקים יושבים
ועטרותיהם בראשיהם ונהנין
מזיו השכינה יריד בקולה
עטרותיהם בראשיהם בקא
אלנפס בבקא מעלומהא וכונהא
הי והו שי ואחד כמא דכרוא
מהרה אלפלאספה בטרק יטול
שרחהא הנא וקולה
נהנין מזיו השכינה יריד בדלך
אן תלך אלאנפס תכתלד כמא
תעקל מן אלבארי כמא
תכתלד חיות הקודש וסאיר
טבקאת אלמלאיכה כמא
עקלוא מן וגודה פאלסעאדה
ואלגאיה אלקצוי הי אלוצול אלי
הדא אלמלא אלאעלי ואלחצול
פי הדא אלחד ובקא אלנפס כמא
וצפנא אלי מא לא נהאיה כבקא
אלבארי גל תנאוה אלדי הו סבב
בקאהא לאדראכהא לה כמא
יבין פי אלפלספה אלאולי והדא

est bonitas tua quam recondisti timentibus te, & fecisti sperantibus in te! Ps. 31. 19. atque ita dixeruut, q p. *In mundo futuro nec est esus, nec potus, nec lotio, nec unctio, neq; usus lecti conjugalis, verùm sedent justi coronas in capite gestantes, & voluptatem è splendcre majestatis divina capientes,* ubi verbis istis, *Coronas in capite gestantes,* innuit duraturam esse animam duratione objecti scientiæ suæ, esséque ipsam & ipsum rem unam, sicut & à Philosophis peritioribus multis modis quos hîc explicare longum esset declaratum est: eo autem quod dicit, *Voluptatem capientes è splendore divina Majestatis,* animas istas eo quod de creatore intelligunt, oblectari, quemadmodum animalia sancta, & reliqui angelorum ordines eo quod de essentia ipsius percipiunt. Beatitudo autem & finis ultimus est ut quis ad hunc cœtum supremum pertingat, & gradum istum consequatur, durétque anima in eo quem descripsimus statu, in æternum, juxta durationem creatoris gloriosi, qui causa est durationis ejus, eo quod ipsum apprehendat, quemadmodum in Philosophia prima traditum est: atque hoc certè bonum est

 magnum

magnum, cui æquari aliud non potest, cuique nulla voluptas similis est. quomodo enim comparabitur quod perpetuum est sine termino, rei quæ finem habet? atque hoc
Deut. 4. 40. est quod dixit Deus, *Ut benè sit tibi, & prolonges dies*: cujus dicti explicationem traditione accepimus, *Ut bene sit tibi*, in sæculo quod totum est bonum, *& prolonges dies*, in sæculum quod totum est longum. Miseria autem perfecta est ut excisa pereat anima, ne durationem consequatur, quod est *Cereth*, cujus in lege fit mentio. Significatus autem *Cereth* est, Excidium animæ, quemadmodum explicavit, dicens, *Exscindendo exscindetur anima
1 Sam. 25. 29. ista*: dicunt autem q.p. *Exscindendo in hoc sæculo, Exscindetur in sæculo futuro*: dicitque Scriptura, *Sit anima Domini mei colligata in fasciculo vitæ &c.* Quicunque enim voluptates corporeas sectatur, & rejectâ veritate quod falsum est amplectitur, gradu isto excelso excidit, & materia tantum separata remanet. Sæculum verò futurum sensibus corporeis nequaquam apprehendi indicat Propheta hoc ipsius dicto, *Ocu-
Is. 64. 4. lus non vidit, O Deus, præter te quid faciat expectanti ipsum.* Ad quod explicandum dixerunt,

הו אלכיר אלעטים אלדי לא כיר
יקאס בה ולא לדה ימתל בהא
וכיף ימתל אלדאים אלדי לא
נהאיה באלשי אלמנקטע והו קולה
תעאלי למען ייטב לך והארכת
ימים וגאנא אלנקל עלי אידיהם
בשרח דלך למען ייטב לך
לעולם שכולו טוב והארכת
ימים לעולם שכולו ארוך
ואלשקאיה אלכאמלה הו אנקטאע
אלנפס ותלאפהא ואן לא תחצל
באקיה והו אלכרת אלמדכור פי
אלתורה ומעני אלכרת אנקטאע
אלנפס כמא בין וקאל הכרת
תכרת הנפש ההיא וקאלוא
עליהם אלסלאם הכרת בעולם
הזה תכרת לעולם הבא וקאל
אלכתאב והיתה נפש אדוני
צרורה וכו' פכל מן כלד אלי
אללדאת אלגסמאניה ונכר אלחק
ואתבע אלבאטל אנקטע מן דלך
אלעלו ויבקי מאדה מנקטעה פקט
וקד בין אלנביא אן העולם הבא
ליס ידרך באלחואס אלגסמאניה
והו קולה עין לא ראתה אלהים
זולתך יעשה למחכה לו וקאלוא
פי

פי שרח דׄלך כל הנביאים כולם
לא נתנבאו אלא לימות המשיח
אבל העולם הבא עין לא ראתה
אלהים זולתך ואנמא אלועד ואלועיד
אלמדׄכור פי אלתורה פתאוילה
מא אצף לך ודׄלך אנה יקול לך
אן אמתתׄלת הדׄה אלשראיע
נעינך עלי אמתתׄאלהא ואלכמאל
פיהא ונקטע ענך אלעואיק כלהא
לאן אלאנסאן לא תמכנה
אלעבאדה לא מריץׄ ולא גׄאיע
ולא עאטש ולא פי פתנה
פועד בזואל הדׄה כלהא
ואנהם יצחון ויתהנון חתי
תכמל להם אלמערפה ויזכו
לחיי העולם הבא פליס גאיה
אלתורה אן תכׄצב אלארץׄ
ותטול אלאעמאר ותצח
אלאגסאם ואנמא יעאן
עלי אמתתאלהא בהדׄה
אלאשיא כלהא וכדׄלך
אן תערוא כאן עקאבהם
אן תחדת תלך אלעואיק
כלהא חתי לא ימכנהם
אן יעמלוא צאלחה וכמא
קאל תחת אשר לא

Omnes Prophetæ universim non prophetarunt, nisi de diebus Messiæ, at quod ad mundum futurum oculus non vidit, ô Deus, præter te. Quod autem ad promissa & minas quorum mentio est in lege, eorum interpretatio hæc est quam tibi indicaturus sum: scil. dicere ipsum, si obsecutus fueris istis præceptis opem tibi feremus ad ea præstanda, & perfectionem iis [acquirendam] omniáque quæ te impediant tollemus: neque enim potest quis ipsi cultum præstare si vel morbo laboret, vel fame opprimatur, vel siti, neque bello [vexatus.] Hæc igitur omnia se amoturum promittit, ipsósque bonâ valetudine & tranquillitate fruituros, quo perficiatur ipsis scientia, & vitâ mundi futuri digni fiant. Neque enim is legis finis est, ut uberes proventus faciat terra, & producantur hominum vitæ, ac convalescant corpora, verùm ut his rebus omnibus adjuventur homines ad ipsam præstandam. Eodemque modo si transgressi essent hoc erit ipsis in pœnam, quòd contingerent ipsis ista impedimenta omnia, adeò ut bonum facere non possent, ut & dixit, *Propterea*

1 Sam. 28. 18. *terea quod non colueris Dominum &c.* ubi autem sententiam hanc admirandam perpenderis, invenies perinde se habere ac si dixisset, Si quædam horum præceptorum ex amore sedulò præstiteris, opem tibi ad ea omnia [præstanda] feremus, à te obstacula & impedimenta auferendo. quod si aliqua ipsorum neglexeris, ea vili pendens, impedimenta tibi quæ ab iis omnibus impedient, immissuri sumus, adeò ut perfectionem, consequi non valeas neq; duratione: atq; hic sensus est ejus quod dicunt, q. p. *Merces præcepti præceptum, & merces transgressionis transgressio*. Quod autem ad Paradisum, locum, scil. fertilem in sphærâ terræ, aquis irriguum, fructibus abundantem, quem futurum est ut Deus hominibus detegat, iisque viam ad ipsum monstret, ut in eo oblectentur, ac in quo forsitan reperientur plantæ admodum miræ, magnæ utilitatis ac suavitatis, ab his quæ nobis notæ sunt, diversæ. hæc omnia ejusmodi sunt quæ fieri possunt, atque longe ab intellectu remota, sed concessu facilia, etiamsi eorum non meminisset lex, multo magis cùm in lege expressa fuerint,

עבדת את י״י וכו׳ פאדא
תאמלת הדא אלתאמל אלעגיב
תגדה כאנה יקול אן פעלת
בעץ׳ הדה אלשראיע במחבה
וחרץ נעינך עליהא כלהא
כאן נזיל ענך אלעואיק ואלמואנע
ואן צ׳יעת מנהא בעצ׳הא
אסתכפאפא נגלב לך מואנע
תמנעך מן גמיעהא חתי לא
יחצל לך כמאל ולא בקא
והדא הו מעני קולהם ע״ה
שכר מצוה מצוה ושכר עברה
עברה ואנמא גן ועדן פמוצ׳ע
כ׳ציב מן כרה אלארץ׳ כת׳יר
אלמיאה ואלת׳מאר סיכשפה
אללה ללנאס פי אלמסתקבל
וידלהם עלי טריקה
פיתנעמון בה ולעל יוגד
פיה נבאתאת גריבה גדא
עט׳ימה אלנפע כת׳ירה אללדה
גיר הדה אלמשהורה ענדנא
והדא כלה גיר ממתנע ולא
בעיד בל קריב אלאמכאן
לו לם תדכרה אלשריעה
פכיף וקד כאן הדא פי אלשריעה
ושהר

ושהר ואנמא גהנם פהי עבארה
ען אלם ירדך אלרשעים לם יכן
פי אלתלמוד צפה הדא אלאלם
בל בעצׂהם יקול אלשמס תקרב
מנהם פתחרקהם ויסתדל
בקולה כי הנה היום בא
בוער כתנור וכו׳ ובעצׂהם יקול
חרארה גריבה תחדת פי
אגׂסאמהם פתחרקהם ויסתדל
מן קולה רוחכם אש תאכלכם
ותחיית המתים קאעדה מן
קואעד שריעה משה לא דין
ולא ארתבאט באלמלה אליהודיה
למן לא יעתקד דלך לכנהא
ללפצׂלא ונץ בראשית רבה
גבורת גשמים לצדיקים ולרשעים
ותחית המתים לצדיקים בלבד
וכיף יעיש אלטאלמון והם אמואת
ולו פי חיאתהם והכדא קאלוא
ע״ה רשעים אפילו בחייהם
קרואין מתים וצדיקים אפילו
במיתתן קרואים חיים
ואעלם אן אלאנסאן ימות
צׂרורה וינחל למא תרכב
מנה. ואנמא ימות המשיח
פהו

& manifesta. Quod ad Gehennam verò est illud nomen cruciatus quo torquendi sunt mali, cujus descriptio manifesta in Talmude non habetur. Dicunt autem nonnulli, appropinquaturum ipsis solem eósque torrefacturum, ad quod probandum adhibent dictum ipsius, *quia ecce dies venit, ardens instar fornacis, &c.* autumant alii, æstum mirum in corporibus ipsorum oriturum, qui ea comburat, quod probant dicto ipsius, *Spiritus vester, ignis comedet vos.* Quod ad resurrectionem autem mortuorum, est ea fundamentum è fundamentis legis *Mosis*, quam si quis non credat, non est ipsi in Judæorum Religione sors aut locus. Pertinet ea ad solos virtute præstantes. Expresse enim dicitur in *Bereshith Rabba, Demissio pluviæ justorum simul est & injustorum, at resurrectio mortuorum justorum tantùm.* Ac quomodo victuri sunt injusti, cùm mortui sint etiam dum vivunt? ita dixerunt, q. p. *Mali etiam dum vivunt mortui appellantur: at justi etiam post mortem vivi audiunt.* Scias autem hominem necessariò mori, & in illud è quo compositus est resolvi. Quod ad dies *Messiæ* autem sunt

Mal. 4 1.

Is. 33. 11.

פהו זמאן ירגע אלמלך פירה
לישראל וירגעון אלי אלשאם ויכון
דלך אלמלך אלקאים קאערה
מלכה ציון ויעטם אסמה
וימלא אפאק אלארץ אעטם מן
מלך שלמה ואכתר ותסאלמה
אלמלל והטוערה אלכלאר
לעטים ערלה ועגאיב תטהר עלי
ידיה וכל מן יקום עליה יקטעה
אללה ויתלה פי ידה וגמיע נצוץ
אלמקרא תשהר בסעאדתה
וסעאדתנא בה ולא יתגייר פי
אלוגוד שי עמא הו עליה אלא
גיר אן אלמלך יכון לישראל ונץ
ללחכמים אין בין העולם הזה
לימות המשיח אלא שעבוד
מלכיות בלבד ויכון פי
איאמה אלקוי ואלצעיף
באלאצאפה אלי גירה לכן
פי תלך אלאיאם תסהל
עלי אלנאס מעאישהם גדא
חתי ישקא אלאנסאן אקל
שקא יכון ויצל אלי פאיד
עטים והדא הו מעני קולהם
עתידה ארץ ישראל להוציא
גלוסקאות

sunt illi tempus, quo restituendum est *Israeli* regnum, ipsiq; in *Palæstinam* redituri. Erit autem Rex iste potens, cujus regni metropolis erit *Zion*, cujus nomen celebre ac ultimas terræ partes famâ impleturum, *Salomone* major ac ditior, quocum pacem inituræ sunt gentes & obsequium ipsi præstitutæ provinciæ, ob insignem ipsius justitiam & quæ ab ipso fient miracula. Quod si quis in ipsum insurrexerit perditum illum in manum ipsius tradet Deus. Omnes autem scripturæ textus, tum ipsius, tum nostram quam per eum [consequemur] felicitatem prædicant. At non mutabitur in rerum natura quicquam ab eo quo nunc est statu nisi quod regnum penes Israelem futurum sit. ita expresse dixerunt Sapientes, *Non est inter seculum, hoc & dies Messiæ* [discrepantia] *præter subjugationem regnorum tantum*. Eruntque sub ipso alii aliis fortiores & debiliores; verùm istis diebus facilis admodum paratu hominibus erit victus adeò ut quam minimâ fieri possit molestiâ magnum quis assequatur lucrum, atque huc spectat quod dicunt, *Futurum est ut producat terra Israelis placen-*

גלוסקאות וכלי מילת לאן אלנאס
יקולון אדא וגד אחד שיא יאסרא
מהיא וגד פלאן כבז מכבוז
וטעאם מטבוך ודליך עלי
הדא קול אלנץ ובני נכר
אכריכם וכורמיכם דליל אן
תם אלחרת ואלחצאד ולדלך
חרג הדא אלחכם אלקאיל
להדא אלכלאם עלי תלמידה
ענד מא לם יפהם ענה הדא
אלגרץ ותן אלכלאם עלי טאהרה
פגאובה עלי קדר אדראכה וליס
דלך הו אלגואב ואלדליל עלי אנה
לם יחאקקה אסתדלאלה כאל
תען כסיל כאולתו ואלפאידה
אלעטימה פי דלך אלזמאן הו אן
נסתרח מן שעבוד מלכות
הרשעה אלתי תעוקנא ען
אלפצאיל כלהא ויכתר אלעלם
כמא קאל כי מלאה הארץ דעת את
ייותנקטע אלפתן ואלחרוב כמא
קאל ולא ישאו גוי אל גוי חרב פיצח
ללדי יכון פי תלך אלאיאם
כמאל כתיר ירתקי בה
לחיי העולם הבא ואלמשיח ימות
ויליא בנה ואבן אבנה וקד בין

tas & veſtes melotas [*ſericeas*:] dicunt enim vulgo, cùm quis rē facilè & in promptu invenerit, *Invenit ὁ δεῖνα, panem piſtum & cibum coctum*, quod ut indicant Scripturæ verba, *Eruntq́; alienigenæ agricolæ veſtri & vinitores veſtri*: ita ſimul futurā tunc tēporis arationem & meſſem probāt, quare iratus eſt Sapiens ille qui hanc ſententiam protulit Diſcipulo ſuo qui hanc ipſius ſententiam non intelligens, verbis prout ſonant acceptis ipſi pro modulo captus ſui reſponſum, quod revera nullum eſt reddidit. neque enim ipſum prout veritati conſentaneum eſt reſpondiſſe, argumento eſt quod reponit, *Ne reſpondeas ſtulto, juxta ſtultitiam ſuam*. Magna autem temporum iſtorum fœlicitas erit quòd tunc à jugo regni mali quod nos ab omnium virtututum ſtudio retinēt, liberabimur, ac multiplicabitur ſcientia, ſicut dixit, *quia replebitur terra ſcientiâ Domini*, tollentúrque lites & bellâ ut & dixit, *Nec tollet gens in gentem gladium*, conceſſâ illis qui tunc vivent perfectione magnâ quâ ad vitam ſæculi futuri pertingant. Morietur autem *Meſſiah*, regnabúntque poſt ipſum filius & nepotes. . Mori-

Iſ.61. 5.
Prov. 26.
Hab 2 14.
Mic. 3 2.

Moriturum enim ipsum indicat
Is. 42. 4. Deus, *Non caligabit, nec frangetur donec ponat in terra judicium, &c.* At diutissimè duraturum est regnum ipsius, ac longævi tunc homines futuri. Sublatis enim doloribus & molestiis prolongantur vitæ: neq; certè alienum à vero est, duraturum regnum ipsius ad quædam annorum millia. afferunt enim, Bonorum consortium ubi coaluerit non facile dissolvi. Non autem adeo desiderandi sunt dies *Messiæ;* ut vel multiplicentur frumentum & opes, vel ut equis vehamur, aut adhibitis instrumentis musicis compotemus, ut existimant qui confusi sunt intellectu; verùm eos optarunt Prophetæ & avidè expectarunt viri præstantes ob illam quæ tunc futura est bonorum societatem, conversationem probam, & scientiam, Regísque justitiam & insignem scientiam, gradúmque quo ad creatorem suum est, propinquum (sicut ipsi dixit, *Tu es*
Ps. 2.7. *filius meus*) quódque tota *Mosis* Lex sine fastidio perturbatione aut coactione præstanda sit, sicut promisit, *Non docebunt quisque proximum suum, &c. quoniam omnes me*
Jer 31.34. *cognoscent à magno corū usq; ad*

אלה מותה קאל לא יכהה ולא
ירוץ עד ישים בארץ משפט וכו'
וידום מלכה דואמא עטימא
גדא ותטול אלאעמאר איצא לאן
בארתפאע אלאחזאן ואלאנכאד
תטול אלאעמאר ולא יסתנכר
דואם ממלכתה אלאף אלסנין
לאן אלחכמא קד קאלו אן אלגמע
אלפאצל אדא אנתמע קליל אן
יפתרק ולם תסתרגב איאם
אלמשיח לא ליכתר אלזרע ואלמאל
ולא לנרכב אלכיל ונשרב באלאת
אללהו כמא יטן אלמכתלטיי
אלעקול ואנמא תמנאתהא
אלאנביא ותשוקתהא אלפצלא
למא יכון פיהא מן אלגמע
אלפאצל ואלסירה אלחסנה
ואלעלם ועדל אלמלך ועטים
עלמה וקרבה מן באריה
כמא קאל לה בני אתה
ואמתתאל גמלה שריעה
משה מן גיר מלל ולא
קלק ולא גבר כמא ועד לא
ילמדו איש את רעהו וכו'
כי כולם ידעו אותי למגדולם
ועד

וער קטנם ונתתי תורתי בלבם
והסירותי לב האבן מבשרכם
וכתיר מן הדה אלנצוץ פי הדה
אלאגראץ פינאל בהדה אלאחואל
העולם הבא נילא קויא ואלגאיה
אנמא הי העולם הבא ונחוהא
חו אלסעי ולדלך נטר הדא אלמויר
באלחק פי אלגאיה אלקצוי ותרך
מא סוי דלך פקאל כל ישראל יש
להם חלק לעולם הבא ומע
כונהא אלגאיה לא ינבגי למן יריד
אן יכון עובד מאהבה אן יעבד
לינאל העולם הבא כמא בינא
פי מא תקדם ואנמא יעבד עלי
וג׳ האצף ודלך אנה אדא אעתקד
באן תם עלם וצל אלי אלאנביא
מן קבל אללה עלמהם בה אן
אלפצאיל הי כדא ואלרדאיל הי
כדא לזמה מן חית הו אנסאן
מעתדל אן יאתי אלפצאיל ויגתנב
אלרדאיל פאדא פעל הדא
כמל פיה מעני אלאנסאן ואנפצל
ען אלבהאים ואדא חצל אנסאן
כאמל כאן מן פצול אלאנסאן
אלדי לם יעוקה עאיק אן תבקא
נפסה בבקא מעלומהא והדא
הו העולם הבא כמא בינא

parvum eorum : ponámque Legem meam in corde ipsorum, & auferam cor lapideum è carne vestra, &c. (cùm multis ejusmodi Scripturæ locis eodem spectantibus :) quibus rationibus firmitèr apprehenditur sæculum futurum. Quod autem ad finem ultimum, est ille sæculum futurum, quò enitendum. Ideóq; finem illum respiciens [Doctor] iste veridicus, omissis aliis, *Omni Israelitæ* (inquit) *sors est in sæculo futuro.* Quamvis autem sit ipsum finis, non tamen debet ille qui se servum ex amore præstare velit, ideò Deum colere ut mundũ futurũ acquirat; uti in præcedentibus explicavimus; sed eâ quam descripturus sum ratione: sc. qd ubi crediderit collatam prophetis à Deo scientiam quâ eos docuit ita se habere virtutes, ita vitia, oporteat ipsum, quà hominem rectè dispositum, virtutes sectari, vitia autem fugere: quod cùm fecerit, impletum est in ipso, illud quod hominis nomine innuitur, ipséque à bestiis distinctus. Cúmque jam evaserit homo perfectus, est è differentiis hominis, cui non obstat impedimentum aliquod, hoc, ut anima ipsius duratione ejus qd scit, perduret, qd est (uti explicavimus) sæculum futurũ.

atque hùc spectat illud quod
Ps 32.10. dicit, *Ne sitis ut equus & mulus quibus non est intellectus, &c.* i. e. quibus, illud quod eos retinet, ne liberè evagentur, aliquid est exteriùs additum, frœnum putà aut capistrum; homini verò non ita, cùm quod ipsum retineat ipse sit; *viz.* forma ipsius humana, quæ ubi perfecta fuerit ipsum retrahet ab eo quod perfectioni ipsius obstat, qualia sunt quæcunque Vitiorum nomine appellantur: at è contra incitabit ad illud quo perficiatur; nimirum Virtutes. Atque hoc est quod ex iis omnibus quæ de insigni hoc ac magni momenti argumento locuti sunt liquere arbitror: Compositurus sum autem librum in quo explicationes mysticas quæ in *Talmude* aliisque libris reperiuntur, omnes simul collectas explicabo, atque interpretatione veritati congruâ exponam, quam etiam totam ex ipsorum verbis confirmans, indicabo quænam ex illis prout sonant [accipiendæ;] quænam parabolæ sint; quænam, cùm in somno acciderint, oratione tamen liberiori enarrentur: quasi vigilantibus contigissent, quo etiam explicaturus sum tibi o-

והדׄא הו מעני קולה אל תהיו
כסוס כפרד אין הבין וכו׳ יעני
אלתי מאנעהא ען אלהסיב
אנמא הו שי מן כׄארג כאללגׄאם
ואלזמאם ליס יכון אלאנסאן
כדׄלך ואנמא יכון מאנעה
מנה נפסה אעני צורתה
אלאנסאניה אדׄא כאנת
כאמלה הי תמנעה ממא
ימנעה אלכמאל והי תתסמי
רדׄאיל והי תחצׄה עלי מא
יכמל בה והי אלפצׄאיל
והדׄא הו אלדׄי תחצל ענדי
מן גׄמלה כלאמהם פי הדׄא
אלמעני אלרפיע אלטעמים אלכתר
וסאולף תאליפא אגׄמע פיה
גׄמיע אלדרשות אלמוגׄודה פי
אלתלמוד וגירה ואכינהא
ואתאולהא תאוילא יטאבק
אלחקאיק ואסתדל עלי דׄלך כלה
בכלאמהם איצׄא ונטׄהר מא
מנהא עלי טׄאהרה ומא
מנהא מתׄל ומא מנהא
גׄרי פי אלנום וׄכרוה בקול
מרסל כאנה גׄרי פי אליקטׄה
ופי דׄלך אלתאליף נבין לך
אעתקאראת

אעתקאראת כתירה ופיה נבין
גמלה אלאשיא אלתי אעטיתך
מנהא פי כלאמי הדא
אנמורגאת יסירה תקיס עליהא
ולא ינתקד עלי מא גרי פי כלאמי
מן אלתסמח פי בעץ אלאלפאט
ומעאני ינתקדהא אהל אלחכמה
לאני תסמחת פי הדא אלקדר
לנפהם מן לם תתקדם לה
חנכה בשי מן הדא אלגרץ
לרפיע אלדי לא ידרכה כל אלנאס
ולפטה אפיקורוס הי לפטה
סריאניה מענאהא אלאסתכפאף
ואלתהאון באלשריעה או בחמלה
אלשריעה ולדלך יטלקון הדא
אלאסם עלי מן לא יעתקד
קואעד אלשרע או מן יהון
אלחכמים או אי תלמיד חכמים
כאן או אסתאדה וספרים
החיצונים קאלוא ספרי מינים
וכדלך ספרי בן סירא וכאן
רגל ולף כתב פי הדיאן מן
מעאני אלפראסה לא עלם פיהא
ולא פאידה אלא תלאף אלדהר
פי פאת נחו הדה אלכתב
אלמוגודה ענד אלערב מן כתב

piniones multas, résque non paucas, quarum exempla tibi aliquot in hoc sermone meo dedi è quibus de reliquis conjecturam facias. Ne autem mihi vitio vertatur illud quod in oratione mea accidit, ut verbis quibusdam & notionibus, quæ improbant sapientes, liberiùs utar; hanc enim mihi libertatem indulsi, quò intelligere facerem illum, qui non priùs in aliquibus ad materiam hanc sublimem, quam non omnes capiunt, spectantibus, institutus fuerit.

Quod ad nomen *Epicurus*, vox est *Syriaca*, cujus significatus est, Despectus & contemptus legis aut eorum qui legem præ se ferunt; ideóque nomen hoc generaliter ei qui fundamenta legis non crediderit, quíve Sapientes, aut quemlibet ipsorum discipulum, aut præceptorem suum contemptui habuerit, attribuitur. Libros exoticos vocant, libros hæreticorum, eodémque modo libros *BenSiræ*. Fuit autem ille vir quidam qui libros de rebus futilibus ad artē cōjectandi spectantibus, quibus nulla inest vel scientia, vel utilitas, sed inane temporis dispendium, composuit: quales sunt & libri isti qui reperiuntur apud *Arabes*, Historici

 scil.

sc. & de rebus gestis Regũ, *Arabumq́*, genealogiis, & Cantilenarum, cũ ejusmodi aliis, in quibus neque ulla est scientia, nec utilitas ad corpus redundans, verùm mera temporis jactura.

Qui adsusurrat plagæ: eâ nempe conditione, ut cum emissione sputi fiat; quoniam in hoc est contemptus nominis divini. *Et qui pronuntiat nomen literis suis*: ut scil. proferat *Yod, He, Vau, He*, quod est nomen expressum. Quin & alia recensent quæ qui fecerit nullam est [ibi] habiturus partem. Dicunt enim, *Qui pudore afficit socium suum coram multis, non est illi pars in mundo futuro*: *neq; ei qui sociũ suum agnomine appellat*: *aut qui contemptu socii sui sibi gloriam quærit*. Neque enim horum factorum aliquod, etiamsi parva alicui videantur, aliunde procedit, quàm ab animo vitioso neutiquam perfecto, quíque vitæ sæculi futuri idoneus non sit. Porrò, ex iis quæ opus est ut hìc tibi commemorem, (est enim hic locus illi commemorando aptissimus,) est, articulos legis nostræ, ejúsque fundamenta numero tredecim esse. Fundamentum primum est, *Esse Creatorem* (cui laus:) Scil. Esse qui sit perfectissimo es-

אלתואריך וסייר אלמלוך ואנכאב
אלערב וכתב אלאגאני ונחוהא
מן אלכתב אלתי לא עלם פיהא
ולא פאידה גסמאניה אלא
תלאף אלזמאן פקט והלוחש
על המכה בשרט ברקיקה
לאן פי דלך אהאנה אלשם
וההוגה את השם באותותיו
אן יתהגא יוד הא ואו הא אלדי
הוא שם המפורש וקד דכרוא
אשיא גיר הדה ופאעלהא אין
לו חלק קאלוא המלבין פני חבירו
ברבים אין לו חלק לעולם הבא
והקורא לחבירו בכנויו והמתכבד
בקלון חברו לאן לא יצדר פעל
מן הדה אלאפעאל ואן כאנת
צגיר בזעם אלזאעם אלא ען
נפס נאקצה לם תכמל ולא
תצלח לחיי העולם הבא
וממא יגב אן אדכרה הנא
והדא אחק מוצע בדכרה אן
אצול שריעתנא וקואעדהא
תלת עשרה קאעדה

אלקאעדה אלאולי

וגוד אלבארי סבחאנה ודלך
אן תם מוגוד באכמל אנחא
אלוגוד

אלוגוד הו עלה וגוד אלמוגודאת
כלהא ובה קואם וגודהא
ומנה תסתמד אלבקא ולו קדרנא
ארתפאע וגודה לבטל וגוד כל
מוגוד ולם יבק מסתקל
בוגודה ולו קדרנא ארתפאע
אלמוגודאת כלהא גירה למא
בטל וגודה תעאלי ולא נקץ
לאנה תעאלי גני גיר
מפתקר פי וגודה לגירה וכל
מא סואה מן אלעקול אעני
אלמלאיכה ואגראם אלאפלאך
ומא דונהא אלכל מפתקר פי
וגודה אליה והדה אלקאעדה
אלאולי הי אלמדלול עליהא
בכלמה אנכי

ואלקאעדה אלתאניה

וחדה תעאלי ודלך אן הדא
עלה אלכל ואחד ליס כואחד
אלגנס ולא כואחד אלנוע ולא
כאלשכץ אלואחד אלמרכב אלדי
הו ינקסם לאחאד כתירה ולא
ואחד כאלגסם אלבסיט אלואחד
באלעדד אלדי יקבל אלאנקסאם
ואלתגזי אלי מא לא נהאיה בל
הו תעאלי ואחד בוחדה ליס

sendi modo; quíque sit causa quòd sint ea quæ sunt omnia, quóque sustineatur essentia ipsorum, & à quo durationem habeant, [adeò ut] si supposuerimus sublatam esse essentiam ipsius, tolleretur protinus essentia omnium quæ sunt, nec duraret quicquam sibi ad hoc ut esset sufficiens: Quòd si supposuerimus sublata esse quæ sunt omnia præter ipsum, non tolleretur essentia ipsius, nec defectum pateretur. Est siquidem Ipse celsissimus nullius indigens ad hoc ut sit, cùm quicquid præter ipsum est, sive Intelligentiæ, (Angeli, scil. & orbes cœlestes) sive quæ infra eas sunt omnia, ipso, ad hoc ut existant, indigeant Atq; hoc est fundamentum primum, quod innuitur voce, *Ego Dominus, &c.*

Fundamentum secundum est *Unitas Dei.* scil. Illum [qui] omnium causa est, unum esse; non tamen ut unum genere, vel specie, vel ut individuum unum compositum quod in unitates multas dividitur; vel ut corpus simplex unum numero quod divisionis & distributionis in partes infinitas capax est, verùm eum unũ esse unitate cui non sit alia

aliqua ullo modo similis. Atque hoc est fundamentum secundum, quod indicatur dicto ipsius, *Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est.*

Fundamentum tertium est, *Amotio corporeitatis à Deo.* scil. quòd *Unus* iste non sit corpus, neque potentia in corpore, neque accidant ipsi corporum accidentia, veluti motus, & quies, vel per se, vel per accidens: ideóque negârunt, q. p. ipsi attribuendas esse conjunctionem & separationem, dicentes, *Neque sessus, neque statio, neque* Oreph *neque* Ippui. id est, neque separatio (qd per *Oreph* intelligunt) neq; conjunctio: quoniam nomen *Ippui* desumptū est ab eo quod
Is. 11. 14. dicitur, *Et volabunt in humerum Philistæorum*: i. impellent illos humero utpote iis conjuncti. Dicit autem Propheta *Cui assimilabitis Deum, &c. & cui assimulabitis me ut sim æqualis, &c.* quòd si corpus esset, assimilaretur corporibus. Sicubi igitur in Scripturis epithetis corporum propriis describitur, e. g. motu à loco ad locum, quòd surgat & quòd sedeat, aut loquatur, & quæ hujusmodi sunt, esse ea omnia Metaphorica, & quemadmodum dicunt, *Locuta est lex*

כמתלהא והדה כונה והדה אלקאעדה אלתאניה הי אלמדלול עליהא בקולה שמע ישראל
יי׳ אלהינו ייי אחד

ואלקאעדה אלתאלתה

נפי אלגסמאניה ענה ודלך אן הדא אלואחד מא הו גסם ולא קוה לגסם ולא תלחקה לואחק אלאגסאם מתל אלחרכה ואלסכון לא באלדאת ולא באלערץ ולדלך נפו ענה עליהם אלסלאם אלאתצאל ואלאנפצאל וקאלוא לא ישיבה ולא עמידה ולא עורף ולא עפוי יענון לא אנפצאל והו עורף ולא אתצאל לאן עפוי מן קולה ועפו בכתף פלשתים יעני ירפעונהם באלכתף לאתצאלהם בהם וקאל אלנבי ואל מי תדמיון אל וכו׳ ואל מי תדמיוני ואשוה וכו׳ ולו כאן גסם לשבה אלאגסאם וכל מא גא פי אלכתב מן וצפה באוצאף אלאגסאם מתל אלתנקל ואלקיאם ואלקעוד ואלכלאם ונחו דלך פהי כלהא מגאז וכמא קאלוא דברה תורה כלשון

לשון בני אדם וקד תכלם אלנאס
פי הדא אלבאב כתיר, והדה
אלקאעדה אלתאלתה הי אלמדלול
עליהא בקולה כי לא ראיתם
כל תמונה יעני לם תדרכוה
דא תמונה לאנה כמא קלנא לא
גסם ולא קוה לגסם

ואלקאעדה אלראבעה.

אלקדם ודלך אן הדא אלואחד
אלמוצוף הו אלקדים עלי אלאטלאק
וכל מוגוד גירה פהו גיר קדים
באעתבארה אליה ודלאיל הדא
פי אלכתב כתירה והדה
אלקאעדה אלראבעה הי אלמדלול
עליהא בקולה מעונה אלהי קדם

ואלקאעדה אלכאמסה

אנה תעאלי הו אלדי ינבגי אן יעבד
ויעטם ויעלן בתעטימה
וטאעתה ולא יפעל דלך למן
דונה פי אלוגוד אן אלמלאיכה
ואלאפלאך ואלאסטקסאת ומא
תרכב מנהא לאנהא כלהא
מטבועה עלי אפעאלהא לא
חכם להא ולא אכתיאר אלא
חבה תעאלי ולא תתכד
וסאיט ללתוצל אליה בל נחוה

linguâ hominum. Multa autem de hoc argumento dixerunt homines. Hoc igitur fundamentum tertium est, quod innuitur eo quod dixit, *Quia non vidistis omnem similitudinem*, *&c.* i. e. non apprehendistis ipsum sub aliquâ similitudine, cùm ipse (ut diximus) neque sit corpus, neque potentia in corpore. Fundamentum quartum est, *Æternitas:* scil: Unum hunc quem descripsimus, esse simpliciter æternum, quicquid autem præter ipsum existit, non esse, respectu ipsius, æternũ. Hujus probationes in Scripturis multæ sunt, atque ad ipsum intenditur digitus, eo quod dixit, *Habitaculum est Deus aeternus.* (Deut. 4. 15.; Deutr. 32. 27.)

Fundamentum quintum, *Illum esse qui colendus sit*, cujúsque veneratio & obsequium prædicanda, neque hoc alicui [eorum] qui ipso essentiâ inferiora sunt, Angelorum nempe, stellarum, orbium cœlestium, elementorum, aut quicquid ex iis componitur, præstandum; cùm hæc omnia naturâ ad opera sua perficienda ordinata sint, neque sit ipsis arbitrium aut electio, sed amor Dei tantùm; neque assumenda esse ea pro mediatoribus, quorum ope ad ipsum accedamus, verùm ad ipsum

[unum]

[unum] dirigendas esse cogitationes, & ab omnibus, ipso excepto, avertendas. Atque hoc Fundamentum quintum prohibitio est cultûs Idololatrici, in quò vetando maxima legis pars occupatur. Fundamentum sextum est *Prophetia*, scil. sciendum esse, reperiri in genere humano quosdam indole admodum præstanti magnáque perfectione præditos, quorum cùm animæ ad recipiendam formam intellectûs dispositæ fuerint, ac deinde intellectus iste humanus cum intellectu agente conjungatur, nobilis quædam ab eo in ipsos influentia derivatur; sunt autem hi Prophetæ, hæc prophetia, hícque ejus significatus; quod Fundamentum plenè dilucidare longum foret valdè. Neque verò hoc nobis propositum est, ut horum fundamentorum singula demonstrationibus probemus, aut quomodo percipi possint ostendamus, cùm hoc omnium esset scientiarum aggregatio, verùm ut historicè tantum ea enarremus. Scripturæ autem loca quibus Prophetarum muneri testimonium perhibetur, multa sunt.

Fundamentum septimum est *Prophetia Mosis* doctoris no-

תעﭏי תקצד ﭏאפכאר ותצ̇רב
עמא רונה והד̇ה ﭏקאעדה
ﭏכ̇אמסה הי ﭏנהי ען עבודה
זרה ואכתר ﭏתורה פי ﭏנהי
ענהא

וﭏקאעדה ﭏסאדסה

ﭏנבוה וד̇לך באן יעלם אן הד̇א
ﭏנוע ﭏאנסאני קד יוג̇ד פיה
אשכ̇אץ להם פטר פאיקה ג̇דא
וכמﭏ כתיר ותתהיא נפוסהם
חתי תקבל צורה ﭏעקל תם
יתצל ד̇לך ﭏעקל ﭏאנסאני
בﭏעקל ﭏפעﭏ פיפיץ̇ עליהם
מנה פיץ̇ כרים ואולאיך הם
ﭏאנביא והד̇ה הי ﭏנבוה והד̇א
מענאהא ותביין הד̇ה ﭏקאעדה
עלי ﭏכמﭏ יטול ג̇דא וליס
קצדנא תברהן כל כאעדה
מנהא ותביין וג̇וה אדראכהא
אד̇ הד̇א הו ג̇מלה ﭏעלום
כלהא ואנמא נד̇כרהא עלי
ג̇הה אלכ̇בר פקט ונצוץ
ﭏתורה תשהד בנבוה אנביא
כתירין

וﭏקאעדה ﭏסאבעה

נבוה משה רבינו וד̇לך
באן

כאן יעתקד אנה אביהן שלכל
הנביאים אלמתקדמין קבלה
ואלמתאכרין בעדה אלכל הם
דונה פי אלרתבה והו צפי אללה
מן גמיע אלנוע אלאנסאני אלמדרך
מנה תעאלי אכתר ממא
אדרך וידרך כל אנסאן וגיר ויוגד
ואנה עליה אלסלאם תנאהא
פי אלעלו ען אלאנסאניה חתי
אדרך אלרתבה אלמלכותיה
וצאר פי רתבה אלמלאיכה לם
יבק לה חגאב אלא וכרקה
ולא עאקה עאיק גסמאני
ולא שאבה שי מן אלנקץ
קלילא ולא כתיר ותעטלת
מנה אלקוי אלכיאליה
ואלחסיה פי מדרכאתה ודהשת
קותה אלנזועיה ובקי עקל
פקט ולהדא אלמעני כני ענה
בכונה יכאטב אללה דון
ואסטה אלמלאיכה ולקד כאן
נבין הנא הדא אלמעני
אלגריב ונחל מקפלאת נצוץ
אלתורה ונבין מעני פה אל פה
וגמלה הדא אלפסוק וגירה מן

stri. scil. ut credatur, ipsum omnium Prophetarum, qui vel ante ipsum vel post ipsum fuerint, patrem esse, qui omnes gradu sunt ipso inferiores, ipsúmque è toto genere humano à Deo electum esse, qui de ipso plus quàm apprehenderit, aut apprehensurus est, alius quispiam qui vel fuerint, vel futuri sint hominum, apprehendit; ipsum autem eò ultra humanæ naturæ terminos evectum, ut ad regni [cœlestis] gradum pertigerit, & in Angelorũ ordinem relatus fuerit, adeò ut non restaret ipsi velum quod non perrumperet, neque obstaret illi remora aliqua corporea, neque admistum ei fuerit quicquam omninò, sivè minus sive plus, defectûs: quin & sublatæ sunt ab eo potentiæ imaginatrices & sensitivæ cum suis apprehendendi modis, obstupuitque facultas ejus appetitrix manente tantum intellelectu; quam ob rationem, indè quòd Deum allocutus sit sine mediatione, Angelorum cognomen accepit. Porrò sententiam istam miram hoc loco elucidare, unáque textus Legis obseratos recludere, necnon [verborum, istorum] *Ore ad os*, intellectum cum toto isto contextu, aliísque eòdem spectantibus enodare

Vocant eum Arabes كليم الله

nodare voluissemus, nisi viderem notiones istas valdè subtiles esse, quæque fusiori tractatione, præfationibúsque & similitudinibus indigeant; priúsq; probandum esse dari Angelos, & Ordines, in quos à Creatore distincti sunt, diversos; ac de animâ, omnibúsque ejus facultatibus dicendum: atque hoc pacto ampliatum iri circulum, adeo ut loquendum esset etiam de formis quas tribuerunt Prophetæ Creatori & Angelis. Neque sufficerent ad absolvenda quæ ad hanc solam spectant materiam, etiamsi quàm compendiosissimè agerem, vel centũ folia; quare illud loco suo relinquam, sive in lib. explicationis allegoriarum quẽ promisi, sive in lib. Prophetiæ in quo jam defixus sum, aut in lib. quem de explicatione horũ fundamentorum compositurus sum. Jam autem ut ad septimi hujus fundamenti scopum revertar, Dico propheticam *Mosis* distinctam esse à prophetia reliquorum Prophetarum quatuor differentiis. Prima est, Quòd quemlibet [aliorum] Prophetarum non allocutus fuerit Dominus, nisi per mediationem, at *Mosen* sine mediatore, sicut dixit, *Ore ad os allo-*

נרצה לולא אני ראית אן הדה
מעאני רק קה גדא ותחתאג
אלי בסט כתיר ומקדמאת
ומתאלאת ואן יבין קבל
וגוד אלמלאיכה ואכתלאף
רתבהם מן אלבארי ואן תבין
אלנפס וגמיע קואהא ותתסע
אלדאירה אלי אלכלאם פי אלצור
אלתי דכרהא אלאנביא
ללבארי וללמלאיכה ולא יפי
בהדא אלגרץ וחדה ולו אוגזת
גאיה אלאיגאז מאיה ורקה
פלדלך אתרכה למוצעה אמא
פי כתאב תאויל אלדרשות אלתי
ועדת בה או פי כתאב
אלנבוה אלדי נאשבתה או
פי כתאב אולפה פי שרח
הדה אלקואעד וארגע אלי
גרץ הדה אלקאעדה אלסאבעה
פאקול. אן נבוה משה
אנפצלת ען נבוה גמלה
אלאנביא בארבעה פצול
אלפצל אלאול אן אי נבי
כאן לא יכלמה אללה
אלא בואסטה ומשה דון
ואסטה כמא קאל פה אל פה
אדבר.

אדבר בו ואלפצל אלתאני
אן כל נבי לא יאתיה אלוחי
אלא פי חאל אלנום כמא קאל
פי מואצע בחלום הלילה
ויחלום בחלום בחזיון לילה
וכו' וכתיר מן הדא אלגרץ
או באלנהאר בעד סבאת יציב
אלנבי וחאלה תתעטל פיהא
חואסה ותכלי פכרתה שבה נום
והדה אלחאלה תתסמי מחזה
ומראה וענהא יקול במראות
אלהים ומשה יאתיה אלכטאב
באלנהאר והו עומד בין שני
הכרובים כמא ועדה אללה
ונועדתי לך שם ודברתי אתך
שם וכו' קאל תעאלי אם יהיה
נביאכם יי' במראה אליו אתודע
בחלום אדבר בו לא כן
עבדי משה ואלפצל אלתאלת אן
אלנבי אדא אתאה אלוחי ועלי
אנה במראה ועל ידי מלאך
תכור טבאעה ותכתל בניתה
וירד עליה הול עטים
גדא יכאד ינפטר מנה כמא
בין פי דניאל פי כלאם
גבריאל לה במראה קאל ולא

quar ipsum. Secunda, quòd ad cæteros prophetas omnes non perveniret visio nisi inter dormiendum, sicut dixit in diversis locis, *in somnio, noctu*; & *somniavit: In somnio in visione noctis &c.* cujusmodi multa sunt: aut tempore diurno, post soporem, qui Prophetæ obtingeret, aut statum quo cessantibus ab officio suo sensibus vacuæ relinquerentur cogitationes ipsius, ut in somno fieri solet, qui status vocatur *Machazeh*, & *Mareeh*, i. Visio de quibus dicit, *In visionibus Dei*: at ad *Mosen* interdiu delatus est sermo stante ipso inter binos Cherubin, sicut promisit ipsi Deus, *Et conveniam te illic, ibiq; loquar tecum* &c. dixit Deus, *Si fuerit è vobis Propheta, Dominus in visione ipsi fiam notus, in somnio loquar ad eum, Non sic servus meus Moses, &c.* Exod. 29, 42. Num. 12, 6, 7.

Tertia differentia, quòd cùm ad Prophetam facta esset revelatio, etiamsi in visione & mediante Angelo, infirmari tamen natura ipsius, & debilitari corporis status irruente in ipsum consternatione admodum magnâ, quò parum aberat, quin animam ageret; uti in *Daniele*, alloquente ipsum *Gabriele* per visionẽ, liquet; dicit enim: *Neq,*

Dan.10.8. *remansit in me fortitudo, &c.* Necnon, *Fui ego soporatus super faciem meam, & facies mea* vers. 16. *ad terram.* Dicit etiam, *In visione conversi sunt dolores mei in me.* At cum *Mose* non ita se res habuit, quem, veniente ad ipsum alloquio, nulla prorsus apprehendit perturbatio, sicut dicit, Exod. 33. 11. *Et allocutus est Dominus Mosen facie ad faciem, sicut alloquitur vir socium suum.* i. quemadmodum nulla accidit homini commotio ab alloquio socii sui, ita nec ille, c. p. alloquente ipsum [Deo] etiam facie ad faciem commotus est, quod ob arctam cum intellectu conjunctionem, uti explicavimus, factum. Differentia quarta. Quòd cæteris prophetis haudquaquam ad arbitrium suum afflatus divinus contingeret, sed flueret aliquando prophetæ alicui anni aliquot, quibus nulla ipsi visio patefieret, quin & sæpe ut quid de re aliquâ revelaretur ostenderet, rogatus, non nisi post dies aliquot prophetiam ederet, aut fortè nihil omnino de ipsa notum haberet. Videmus etiam aliquot ex ipsis, quò animam suam recrearent, ac cogitationes defæcarent adhibendo se 2 Reg. 3. 15. parâsse, sicuti fecit *Elisha* cùm diceret, *Afferte mihi nunc fidicinem,* quo facto spiritu pro-

נשאר בי כח והודי נהפך
למשחית ולא עצרתי כח
וקאל ואני הייתי נרדם על
פני ופני ארצה וקאל במראה
נהפכו צירי עלי. ומשה ליס
כדלך כל יאתיה אלכטאב פלא
ילחקה אצטראב בוגה והו קולה
ודבר יי' אל משה פנים אל פנים
כאשר ידבר איש אל רעהו יעני
כמא לא יציב אלאנסאן אנזעאג
מן כלאם צאחבה כדלך הו
עליה אלסלאם מא כאן ינזעג מן
אלכטאב ואן כאן פנים בפנים
והדא לשדה אתצאלה באלעקל
כמא קלנא ואלפרק אלראבע
אן גמיע אלאנביא ליס יאתיהם
אלוחי באכתיארהם בל באראדה
אללה פקד יבקי אלנבי מדה סנין
לא יאתיה וחי וקד יטלב מן אלנבי
אן יכבר בוחי פיבקי חתי ינבי
בה בעד איאם או בעד אשהר
או לא יעלם בה בוגה
וקד ראינא מנהם מן יתהיי
באן יבסט נפסה ויצפי פאטרה
כמא פעל אלישע פי קולה
ועתה קחו לי מנגן פנאוה
אלוחי

אלוחי וליס הו צרורי אן יוחי אליה
מתי תהיא ומשה רבינו מתי
שא קאל עמדו ואשמעה מה
יצוה יי לכם וקאל דבר אל אהרן
אחיך ואל יבוא בכל עת
וקאלוא אהרן בכל יבוא ואין
משה בכל יבוא ואלקאעדה
אלת'אמנה הי תורה מן השמים
וד'לך באן יעתקד אן גמיע הד'ה
אלתורה אלמוגודה באידינא
יומנא הד'א הי אלתורה
אלמנזלה עלי משה ואנהא
כלהא מפי הגבורה אעני אנהא
וצלת לה כלהא מן קבל אללה
אלוצול אלד'י יסמיה עלי סביל
אלמגאז כלאם ולא יעלם
כיפיה ד'לך אלוצול אלא הו
עליה אלסלאם אלד'י וצל
אליה ואנה במנזלה נאסך
ימלי עליה ויכתב גמיעהא
תואריכהא ואכבארהא
ושראיעהא ולד'א סמי
מחוקק ולא פרק בין ובני
חם כוש ומצרים ופוט
וכנען ושם אשתו מהיטבאל
בת מטרד או אנכי יי ושמע

phetico afflatus est, nec tamen necesse erat ut vel ita parato patefieret aliquid. *Moses* autem Doctor noster quandocunque liberet, dicere [solebat] *Subsistite & audiam quid praecepturus sit vobis Dominus.* Num. 9.8.
Et dictum est, *Alloquere Aharonem fratrem tuum ne intret omni tempore.* Lev. 16.2. Dixerunt, *Aharon omni [tempore] ingrediebatur, & Moses non ingrediebatur.*

Fundamentum octavum est, Lex è coelo [demissa.] scil. ut credatur, universam Legem istam quae apud nos hodie reperitur esse ad *Mosen* [coelitùs] demissam, totámque ex ore Dei profectam, *viz.* pervenisse eam totam ad ipsum à Deo eo perveniendi [modo] quem formâ loquendi Metaphoricâ Sermonem appellat, cùm qualitatem modi istius haud alius praeter ipsum c.p. ad quem pervenit, noverit: fuisse autem ipsum instar Scribae qui ipsam sibi dictatam totam describeret; ejus [scil.] historias narrationes, & praecepta unde *Mechokek* [Scriba] audit: nec ulla est differentia inter [verba] *Et filii Chami, Cush, & Mitsraim, & Put, & Canaan, &c. & nomen uxoris ipsius Mahtabeel, f. Matred,* & [ista] *Ego sum Dominus &c.* Gen 10.6.

&, *Audi Israel Dominus Deus tuus Dominus unus.* Omnia enim ex ore Omnipotentis profecta sunt, súntque omnia Lex Domini perfecta, pura, sancta, veritas. Ideóque ipsorum sententiâ omnes infideles, infidelitate & hypocrisi superabat *Manasses*, quòd putaret esse in lege medullam & corticem, atque genealogias istas & historias nulli rei utiles esse, ac ab ipso *Mose* fuisse, quod illis innuunt verbis, *Non est Lex de cœlo*; Ille, inquiunt, qui confessus fuerit totam legem ex ore Domini profectam esse unico excepto versiculo quem non protulit Deus Sanctus, Benedictus, sed ipse

Num. 15. 31. *Moses*; atque hoc est quod dicitur, *Verbum Domini sprevit.* (longè elatus est Deus supra infidelium dicta,) verùm unusquisque apex ejus judicia & res miras suppeditat illi qui ipsum intelligit, nec certè apprehendi potest terminus sapientiæ ejus,

Job. 11. 9. *Longa est præ terra mensura ejus, & latior mari*; nec quid homini superest, quàm ut *Davidem* unctum Dei *Jacob* imi-

Psal. 119. 18. tetur, qui precatus est, *Aperi oculos meos ut videam mirabilia è lege tua.* Similiter expositio ejus traditione accepta est, & ipsa ex ore Omnipo-

ישראל ייי אלהינו ייי אחד אלכל
מפי הגבורה ואלכל תורת ייי
תמימה טהורה קרושה אמת
ואנמא צאר מנשה ענרהם
אשר כפר ונפאק מן כל כאפר
לטנתה אן פי אלתורה
לב וקשר ואן הרה אלתואריך
ואלאכבאר לא פאידה
פיהא ואנהא מין ענר משה
והו מעני אן תורה מן השמים
קאלוא הו אלרי יעתקר אן כל
התורה כולה מפי הגבורה
חוץ מפסוק אחד שלא אמרו
הקבה"אלא משה מפי עצמו
וזה הוא רבר ייי בזה תעאלי
אללה ען קול אלכאפרין
בל כל חרף מנהא פיה
אלחכם ואלענאיב למן
פהמה אלה ולא תררך
גאיה חכמתהא ארוכה
מארץ מרה ורחבה מני ים
וליס ללאנכאן אלא אלחרו
נחו רור משיח אלהי יעקב
אלרי רעי גל עיני ואביטה
נפלאות מתורתך וכרלך
תפסירהא אמרוי הו איצא מפי
הגבורה

הנבוה והדא אדי נעלמה ﭏיום מן צפה ﭏסוכה וﭏלולב וﭏשופר ואלציצית ואלתפלים וגירהא הי בעינהא ﭏצפה ﭏתי קﭏ ﭏלה למשה וקאל לנא והו מוצל רסﭏה נאמן פי תוצילה וﭏקול ﭏמדלול בה עלי הדה ﭏקאעדה ﭏתאמנה והו קולה בזאת תדעון כי יי שלחני וכו׳ כי לא מלבי

וﭏקאעדה ﭏתאסעה

ﭏנסך ודלך אן הדה שריעה משה לא תנסך ולא תאתי שריעה מן קבל ﭏלה גירהא ולא יזאד פיהא ולא ינקץ מנהא לא פי ﭏנץ ולא פי ﭏתפסיר קﭏ לא תוסף עליו ולא תגרע ממנו וקד בינא מא ינבגי אן יבין פי הדה ﭏקאעדה פי צדר הדﭏ ﭏתאﭏיף וﭏקאעדה ﭏעאשרה אנה תעﭏי יעלם אפעﭏ ﭏנאס ולא יהמלהא וליס כראי מן קﭏ עזב יי את הארץ בל כמא קאל גדול העצה ורב העליליה אשר עיניך פקוחת על כל דרכי בני האדם וקאל

tentis [profecta] istáq; quam hodiè docemus tabernaculi, rami palmæ, buccinæ, peniculamenti & *Tephillin*, cæterorúmque forma ipsissima est quam Dominus *Mosi*, ille nobis dictavit, cùm nobis nuntium ab ipso ferens se in eo ferendo fidelem præstiterit. Dictum autem quo ad hoc Fundamentum digitus intenditur est illud quod dixit, *Hoc scietis quòd Dominus miserit me &c. quòd non è corde meo, &c.* Num. 6. 26.

Fundamentum nonum est, [de abrogatione Legis] scil: Non abrogatum iri legem istam *Mosis*, neque aliam præter ipsam à Deo datum iri, neque additum ipsi quippiam, neque diminutum, sive in textu, sive in interpretatione, dicit, e. *Non addetis illi, nec diminuetis ab eo.* Jam autem explicavimus quod explicare convenit de hoc fundamento in hujus operis præfatione.

Fundamentum decimum est, Deum nosse hominum facta, neque ea neglectui habere, neque res se habere juxta sententiam ejus qui dixit, *Reliquit Dominus terrā*, sed quemadmodum dixit *Magnus consilio, & multus opere. quia oculi tui aperti super omnes vias filiorum hominis, &c.* Dixit etiam, *Et vidit* Ezek. 8. 2. Jer. 13. 9.

Gen 6.5. *vidit Dominus quòd multa esset malitia hominis in terra.* Rursum,
Gen. 18. 20. *Clamor Sodom & Gomorræ quia multiplicata est.* Atq; hæc fundamentum hoc decimum probant.

Fundamentum undecimum, Deum remuneraturum eos qui præstiterint mandata Legis, & pœnas iis qui eâdem vetita patraverint inflicturum, maximum autem præmium esse Mundum futurum, & maximam pœnam Excidium. De hoc autem ipso capite diximus quantum sufficiat. Locus Scripturæ quo probatur hoc Fundamentum, est illud ipsius dictum,
Exod. 32. 32,33. *Et nunc si auferes peccatum eorum; & si non, dele me nunc de libro tuo, &c.* Et responsum Dei, *Qui peccavit mihi delebo eum è libro meo*, quo indicat hoc obventurum obedienti & rebelli, ut ille mercedem, hic pœnam ferat.

Fundamentum duodecimum est, Dies *Messiæ*, viz. ut credat quis & persuasum habeat venturum ipsum, neque illum
Hab. 2. 3. tardare putet, *Si tardaverit expectes eum*, nec illi terminum constituat, aut ita exponat textus Scripturæ ut ex iis tempus adventûs ipsius eliciat. Dicunt Sapientes, *Infletur spi-*

וירא י"י כי רבה רעת האדם
בארץ וקאל זעקת סדום ועמורה
כי רבה פהדא ידל עלי הדה
אלקאעדה אלעאשרה

ואלקאעדיה אלחאדה עשר
אנה תעאלי יגאזי מן ימתתל
אואמר אלתורה ויעאקב מן
ירתכב נואהיהא ואן אעטם
גזאה העולם הבא ואשר
עקאבה אלכרת וקד קלנא פי
הדא אלפצל מא פיה כפאיה
ואלנץ אלמדלול בה עלי
הדה אלקאעדה קולה אם
תשא חטאתם ואם אין
מחיני נא מספרך וגואבה
תעאלי מי אשר חטא לי
דליל עלי תחציל אלטאיע
ואלעאצי ליגאזי הדא ויעאקב
הדא

ואלקאעדיה אלתאנה עשר
ימות המשיח והו אלאימאן
ואלתצדיק במגיה ולא
יסתבטי אם יתמהמה חכה
לו ולא יצרב לה אגל ולא
תתאול אלנצוץ לאכראג וקת
מגיה אלחכמים יקולון תפוח
רעתן

רעתן של מחשבי קצין ואן
יעתקד פיה מן אלתעטים
ואלמחבה ואלדעא לה עלי
קדר מא גא פיה עלי ידי
כל נבי מן משה אלי מלאכי
ומן שך פיה או אסתקל
אמרה כדב אלתורה אלתי
ועדת בה בתצריח פי פרשת
בלעם ואתם נצבים ומן
גמלה הדה אלקאעדה אן
לא מלך לישראל אלא מן
דוד ומן נסל שלמה כאצה
וכל מן כאלף אמר הדה אלבית
כפר באללה ובנצוץ אנביאה
ואלקאעדה אלתאלתה עשר
תחיית המתים וקד בינאהא
פאדא כמלת ללאנסאן
הדה אלקואעד כלהא וצח
אעתקאדה להא פהו דאכל
בכלל ישראל וילזם
מחבתה ואלשפקה עליה
וכל מא אפרץ אללה
לבעצנא עלי בעץ מן אלמחבה
ואלאכא ולו פעל מא עסי
אן יכון מן אלעברות מן אגל
אלשהוה וגלבה אלטבאע

tentia eorum qui periodos temporum computant. Et ut credat celebrandum ipsum, honoréque amore & comprecationibus excipiendum, juxta ea quæ de ipso ab omnibus Prophetis, à *Mose* usque ad *Malachiam*, tradita sunt. Quód si quis de eo dubitaverit, aut ipsum parvi penderit, [illum] mendacii legem arguere, quæ ipsum [venturum] expressè promisit in Sectione *Balaam*, & [Sect.] *Vos statis*. Deut, 29. 10. Sub hoc Fundamento comprehenditur etiam, Non esse *Israeli* Regem nisi *Davide* oriundum, eúmque è progenie *Salomonis*. Quicunque autem hujus familiæ imperio obstiterit, Deum & verba Prophetarum ejus diserta abnegare.

Fundamentum decimum tertium est, *Resurrectio mortuorum* quam jam explicavimus.

Cum autem fidem obtinuerint apud aliquem omnia hæc fundamenta, ipsúmque ea amplecti constiterit, admittitur ille in cætum *Israelitarum*, ipsúmque amore & affectu prosequi decet, & erga illum quicquid nobis mutui amoris & fraternæ charitatis præcepit Deus exercere. Quód si contigerit illum in aliquibus, præ concupiscentiæ & naturæ vitiosæ

אלנאקצה פהו יעאקב עלי
קדר עציאנה ויש לו חלק והו
מן פושעי ישראל וארא
אכתלת ללשכץ קאעדה מן
הדה אלקואעד פקד יצא
מן הכלל וכפר בעיקר
ויתסמי מין ואפיקורוס וקוצץ
בנטיעות וילזם בגצה
והלאכה וענה יקול הלא
משנאיך יי׳ אשנא וכו׳ וקד
טולת אלכלאם גדא
וכרגת ען גרץ התאליפי לכני
פעלת דלך למא ראיתה
מנפעה פי אלאעתקאד לאני
גמעת לך אשיא כתירה
מפידה מפתרקה פי דואוין
עטימה פכן בהא סעידא
וכרר כלאמי הדא מראת
ותאמלה תאמלא חסנא
ואן אטמעתך המתך אנך
חצלת אנראצה מן מרה או
מן עשר פקד עלם אללה
אטמעתך במחאל פלא
תעגל פיה לאני לם אצעה
כיף אתפק לא בעד תאמל
ותתבת ומטלעה ארא צחיחה
וגיר

tiosæ prævalentiâ, transgredi, pœnas dabit juxta transgressionis suæ rationem, futura tamen est illi sors [in vitâ futurâ] cùm sit *ex iis qui in Israële transgrediuntur*. Sin verò minùs firmum cuipiam visum fuerit quodlibet horum fundamentorum, *Israëlis* cætum deseruit: negavítque fundamentum, ac *Hæreticus*, *Epicureus*, *& excindens plantas* audit, quem odio habere & perdere decet, cùm de eo dictum sit,

Psal. 139. *Annon osores tuos Domine odio habeo, &c.*

Prolixior autem jam fui, & à scopo operis mei digressus sum, quod tamen ideò feci quia multum eo ad fidem conferri viderim, cùm multa tibi utilia quæ in libris magnis dispersa habentur collegerim. Sis ergò illis felix; ac sæpiùs tecum ea quæ dixi revolvas, benéque animo perpendas. Quòd si persuaserit tibi animus assecuturum te eorum scopum, semel, imò decies [illa legendo,] certè illud quod fieri non potest tibi persuasit; Ne igitur hâc in re festines; neque enim ipse hæc prout casu accidit posui, sed post deliberationem certámque scientiam, ac sententiarum tam verarum quàm

וגיר צחיחה ותחציל מא
ילזם אן יעתקר מנהא
ואסתטהאר בחגג ודלאיל עלי
כל מעני ומעני ומן אללה
אסאל אלתופיק נחו אלצואב
וארגע אלי גרץ אלפרק

falſarum indagationem, & quid in ipſis credere oportεat deprehenſum, ſingulâſque ſententias argumentis, & probationibus demonſtratas. Deo autem rogato ut nos ad veritatem dirigat, ad inſtitutum capitis revertor.



Nota, in tribus Exemplaribus, ad finem quarti Fundamenti, hæc in Margine apponi:

ואעלם אן קאעדה שריעה משה רבינו אלכברי הי כון
אלעאלם מחדת כונה אללה וכלקה בעד אלעדם אלמחץ
והדא אלדי תראני נחום חומה מן קדמה עלי ראי אלפלאספה
הו לאטלאק אלברהאן עלי וגודה תעאלי כמא בינת
ואתצחת פי אלדלאלה

i. e. Scias autem præcipuum Legis *Moſaicæ* articulum eſſe, Mundum de novo productum, condente ac creante ipſum Deo poſt privationem meram. Quòd autem adeò multum fuiſſe me in argumento de ipſius æternitate, juxta ſententiam Philoſophorum, cernis, ideo factum eſt ut omnimodè Dei exiſtentiam demonſtrarem, uti in libro *Moreh Nevochim* à me oſtenſum atque explicatum eſt.

Hæc licet Authoris nomine prolata, huc tamen rejicienda cenſui quòd ab ipſo poſtea adjecta videantur, cùm in iis mentio fiat libri ab ipſo non paucis poſt hoc opus annis compoſiti.

Pag. 159.*lin.* 1.[veſtes,Melotas,ſericeas.] *l.* veſtes ſericas. *Melotas enim in Margine ponendum, ut vocis Hebraicæ ſonum magis quā ſenſum hoc loco exprimat, quāvis enim* Heb. מילת *Veſtes Sericæ à μηλωτὴ formari videatur, aliter tamen à* Judæis *exponitur, ſcil.* קמאש חריר ומרקום בנקש ותזאויק ונחו דלך *Supellex ſerica, & opere variegato, auróque ornata & ejuſmodi. verba ſunt* R.Tanchum *qui* מילת *&* מילא *Synonyma eſſe ait,* נקש ותזויק *res opere variegato, auroq́, ſive picturâ exornare, denotantia.*





תמאניה פצול לרמבם״

Sive

Octo Capitula à R. Mose Maimonide *Commentario suo in* Pirke Aboth *præmissa.*

ק ר בינא פי צדר
הדֹא אלתאליף
מא אלסבב אלדֹי נעל
אלמרון יתֹבת הדֹה אלמסכתא
פי הדֹא אלסדר ודֹכרנא איצֹא
עטֹים אלמנפעה בהדֹה אלמסכתא
וקד וערנא מראת פי מא תקדם
מן הדֹא אלתאליף באנא נתכלם
פי הדֹה אלמסכתא פי אגראץֹ
מפידה ואנגא נטול פיהא בעץֹ
תטויל לאנהא ואן כאנת בינה
סהלה בחסב אלטֹאהר פליס
אלעמל במתצֹמנהא סהל עלי
גמיע אלנאס ולא איצֹא אגראצֹהא
מפהום דון שרח שאף מע כונהא
מוריה אלי כמאל כתיר וסעאדה

JAm initio hujus operis declaravimus, quænam causa impulerit Auth rem ut hunc Tractatum in hac Classe collocaret; magnas etiam hujus Tractatûs utilitates commemoravimus, nec non sæpius in præcedentibus polliciti sumus, nos in eodem de rebus [quibusdam] utilibus, idque paulò fusiùs dicturos, quoniam etsi intellectu perspicuæ & faciles fuerint, quod ad corticem, illud tamen quod in iis continetur operibus exprimere non adeo facile est omnibus, neq; insuper totus eorum scopus absque explicatione idonea intelligi potest, cùm interim ejusmodi sint quæ ad magnam perfectionem & veram felicitatem perducant;

cant; quare visum est mihi pluribus de ipsis differere. Dixerunt enim [Doctores nostri] q. p. *Quicunque vult sanctus, esse Patrum verba præstare debet*: jam verò nullum est supra sanctitatem, Prophetiâ exceptâ, gradus, quin & illa ipsa ad hanc perducit, sicut dixerunt *Sanctitas ad* [consequendum] *Spiritum Sanctum perducit*. Constat ergò ex ipsorum dicto opera hujus Tractatûs mònitis consentanea ad prophetiæ [gradum] perducere; cujus veritatem, cùm magnam partem eorum quæ ad mores spectant contineat, explicaturi sumus. Verùm antequam singularum sententiarum explicationem aggrediar, visum est mihi præmittere capita aliquot non inutilia, quæ homini præcognoscenda quædam suggerent, eruntque ipsi instar clavis ad eam quæ sequetur explicationem: Scias autem illa quæ & in his capitibus & sequentibus commentariis dicturus sum, non esse res cujus ego ipse author fui, neque explicationes à me primò excogitatas, verùm sententias, è sermonibus sapientum, in *Midrasoth, Talmude*, aliisque ipsorum libris, nec non è Philosophorum, tam anti-

חקיקיה ולדלך ראית כאן נשבע
פיהא אלקול וקד קאלו עליהם
אלסלאם חאי מאן רבעי למהוי
חסירא לקיים מילי ראבות וליס
ענדנא מרתבה פוק אלחסידות
גיר אלנבוה והי אלמודיה להא
כמא קאלו חסידות מביאה לידי
רוח הקדש פקד צח מן כלאמהם
אן אלעמל באדאב הדה אלמסכתא
מוד אלי אלנבוה וסנבין חקיקה
דלך לאנהא משתמלה עלי גז
כביר מן אלכלקיאת וראית באן
אקדם קבל אן אכד פי שרח
הלכה הלכה פצולא מפידה יחצל
ללאנסאן מנהא מקדמאת ותכון
לה איצא כאלמפתאח למא
נסתקבל מן אלשרח ואעלם אן
אלאשיא אלתי אקולהא פי הדה
אלפצול ופי מא יאתי מן אלשרח
ליס הו אגראץ אבתכרתהא
אנא מן נפסי ולא שרוח
אבתדעתהא ואנמא הי
אגראץ מלקוטה מן כלאם
אלחכמים פי אלמדרשות ופי
אלתלמוד וגירה מן תואליפהם
מן כלאם אלפלאספה איצא
אלקדם

אלקדם ואלמתאכרין ומן תואליף
כתיר מן אלנאס ואסמע
אלחק ממן קאלה וקד
רבמא נגד גמלה קול יכון נץ
כתאב משהור פלים פי דלך
כלה ושראדה ולא אדעי פי מא
קאלה מן תקדם לאנא קד
אעתרפנא בדלך ואן לם נדכר
קאל פלאן קאל פלאן אד הדא
תטויל לא פאידה פיה וקד
רבמא אוקע פי נפס מן לא
חנכה לה אסם דלך אלשכץ
אן דלך אלכלאם סקים
ופיה באטנה סוא יעלמהא
פלדלך ראית אכתצאר אלקאיל
אד גרצי אן תחצל אלפאידה
ללקארי ונבין לה אלמעאני
אלמכנוזה פי הדה אלמסכתא ואנא
אלאן אבתדי בדכר אלפצול אלתי
ראית בתקדימהא הנא בחסב
גרצי והי תמאניה פצול

אלפצל אלאול פי נפס אלאנסאן
וקואהא אעלם אן נפס אלאנסאן
נפס ואחדה ולהא אפעאל
כתירה מכתלפה קד תסמי
בעץ תלך אלאפעאל אנפס

quiorum quàm recentiorum dictis, hominúmque variorum operibus collectas. Amplectere autem veritatem à quocunque tandem prolatam. Est etiam ubi proferam dictum integrũ quod expressè habetur in libro aliquo minimè ignoto: atque his omnibus nihil inest incommodi, nec ipse mihi vendico quod ab alio ante me dictum fuerit, cùm jam illud confessi simus, etiãsi non subinde repetamus, *Dixit N. Dixit N.* cũ hoc prolixitatis planè inutilis esset. Præterea nomen personæ appositum scrupulum non raró minus intelligenti injiceret esse dictum illud minùs sanum, ac in se mali aliquid, quod ipse non noverit, continere: ideóque visum est mihi dicentis nomen subticere, cùm is mihi scopus sit, ut ad Lectorem utilitas perveniat, eíque sensus in hoc Tractatu reconditos patefaciat. Jam autem incipiam recensere capita, quæ hîc pro instituti mei ratione præmittere visum est. súntque ea octo capita.

Caput primum, *De Anima hominis, ejúsque facultatibus.* Scias animam hominis, unam esse animam cujus actus plures sunt & diversi, quorum aliqui animæ etiam appellantur, adeó ut

מריתם על אשר לא קדשתם
וג׳ הדא כלה ודנבה
עליה אלסלאם אנה מאל
נחו אחד אלחאשיתין ען

tieſcunque ipſum ad aliquod extremum propendere viderit, quā primùm medelā adhibere, ne diſpoſitiones pravas malarum actionum iteratione confirmari ſinat, quemadmodum diximus: eodémque modo ſibi ob oculos quoſcunque mores vitioſos apud ſe [repererit] ſtatuens, eos aſſiduè curare ſatagat, uti præmiſimus; cùm fieri non poſſit, quin ſit homo vitiis obnoxius. Ita dixerunt Philoſophi difficile, aut vix poſſibile, eſſe ut reperiatur qui naturâ comparatus ſit ad omnes virtutes, tam morales quàm intellectuales; quin & prophetarum libri multa habent eódem [ſpectantia:] Dixit enim, *Ecce in ſervis ſuis non ponit ſtabilitatem, &c.* &, *Num juſtificabitur natus muliere, &c?* Job. 4. 18.
[ita] & *Salomo*, de homine in genere dixit, *Non eſt homo juſtus in terrâ, qui faciat bonum & non peccet*. Nôſti etiam Domino priorum & poſteriorum *Moſi* Doctori noſtro dixiſſe Deum excelſum, *Quoniam non credidiſtis mihi, &c.* quia *rebellâſtis dum non ſanctificaveritis, &c.* Hoc totum, cùm culpa ejus eſſet, quód inclinaverit verſùs unum duorum extremorum à

virtute quadam morali, scil. *Mansuetudine*, dum ad iracundiam propenderet, dicendo, *Auscultate quæso rebelles*, severè illi imputavit, quòd istiusmodi vir ad iracundiam, coram toto Israelitarum cœtu, ibi moveretur ubi irasci non decuit, cujusmodi factum respectu talis viri profanatio erat nominis divini, cùm omnes ejus gestus & verba imitarentur [homines,] iísque se ad felicitatem tum temporalem tum æternam perventuros sperarent. Quomodo ergò appareret in illo iracundia, quæ (uti ostendimus) est ex actionibus malorum [propriis,] nec aliunde quàm è pravis animi dispositionibus oritur? Quod autem de [facto] isto dicit, *Rebellâstis in me*, hoc eâ, quam explicaturi sumus, ratione [intelligendum] est; scil. quòd non idiotas aut virtutis expertes alloqueretur, verùm populum ita comparatum ut vel contemptissima fœmina esset instar *Ezekielis f. Buzi*, prout locuti sunt Sapientes, qui omnia quæ diceret aut faceret perpenderent; qui ergò ipsum facilè ad iram provocari viderent dicerent, Non est ille, e. p. ex iis in quibus viti-

פצילה מן אלפצאיל אלכלקיה
והיאלחלם למא מאל נחו: אלחרג
בקולה שמעו נא המורים
וג' נקד אלה עליה אן יכון
מתלה יחרג במחצר גמאעה
ישראל פי מוצע לא ינבגי פיה
אלחרג ומתל. הדא פי חק דלך
אלשכץ חלול השם לאנה
חרכאתה כלהא וכלמאתה
בהא יקתדי ובהא ימנע
אלוצול לסעאדה אלדניא
ואלאכרי פכיף יבדו מנה
אלחרג והו מן אפעאל אלשרור
כמא בינא ולא יצדר אלא
ען היאה רדיה מן היאת אלנפס
ואנמא קולה פי דלך מריתם
בי פהו עלי מא נבין ודלך
אנה ליס כאן יכאטב עואם
ולא מן לא פצילה להם בל
אקואם צגירה נסאהם מתל
יחזקאל בן בוזי כמא דכרוא
אלחכמים וכל מא יקול
או יפעל יעתברונה פלמא
ראוה קד חרג קאלוא אנה
עליה אלסלאם מא הו מן לה
רדילה

רדילה כלך ולולא אנה עלם
אן אללה גצ׳ב עלינא פי טלב
אלמא ואנא אסכ׳טנאה תעלי
למא כאן יחרג ואללה תעלי
מא וג׳דנאה פי כ׳טאבה
לה פי הד׳ה אלקצ׳יה חרג
ולא גצ׳ב בל קאל קח את
המטה והשקית את העדה
ואת בעירם וקד כ׳רג׳נא מן
גרץ׳ · אלבאב לכן חללנא
משכל מן משכלאת אלתורה
כת׳יר מא קיל פיה וכת׳יר מא
יסאל אי דנב אדנב ואערץ׳ מא
קלנאה נחן ומא קיל פיה
ואלחק יודי טריקה וארג׳ע אלי
גרצ׳י פאד׳א כאן אלאנסאן
יזן אפעאלה דאימא ויקצד
אוסטהא כאן פי אעלי דרג׳ה
מן דרג׳את אלאנסאן ובד׳לך
יקרב מן אללה וינאל מא
ענדה והד׳א אתם וג׳ה מן
וג׳וה אלעבאדה וקד ד׳כרוא
אלחכמים הד׳א אלגרץ׳ ונצוא
עליה וקאלוא עליה כל

um aliquod morale reperitur, nisi ergo Deum nobis irasci sciret ideò quòd aquam petierimus, nósque ad furorem Dominum provocâsse, haudquaquam iracundiâ commotus fuisset, cùm tamen non inveniamus ipsum [Deum sc.] dum cum illo hac de re sermonem habuit, furorem vel iram præ se tulisse, verùm hoc tantum dixisse, *Sume baculum &c.* &, *bibendum præbe cœtui, & jumentis ipsorum.* Verùm digressi sumus à capitis hujus scopo, ita tamen ut unum solverimus ex iis quæ in lege occurrunt dubiis, de quo multum disseritur ac disputatur, quodnā sc. peccatum commiserit *Moses?* Perpende igitur, & quid nos diximus, & quid dici de eo [soleat.] Veritas sibi viam parabit. Ut autem ad institutum meum revertar, Cùm quis perpetuò facta sua trutinet, & quæ in medio posita sunt sectetur, futurus est in sūmo eorùm quæ in hominem cadunt gradu, eadémque ratione ad Deum quàm proximè accedet ac præmium apud ipsum repositum accipiet; atque hic est perfectissimus cultûs [divini] modus. Quam sententiam commemorârunt etiam Sapientes, ac literis consignârunt, dicentes, *Quicunque disponit*

 vias

vias suas dignus censebitur qui videat salutem Domini sicut dictum est. Et qui disponit viam suam ostendam ei salutem
Ps 50.23. *Dei. Ne legas* [inquiunt] *vesam derec,* [& disponens viam] sed *Sham.* [scil. à *Shum Rabbinorum.*] *Shumma* autem est æstimatio & conjectura. Atque hæc eadem prorsus est quam per totum hoc cap: explicavimus sententia; atque hoc summa est eorum quæ ad scopum hunc necessaria putavimus.

Caput quintum, *De facultatibus animi ad unum finem dirigendis.*

Oportet hominem omnes animæ suæ facultates juxta consilii præscriptum subjugare, prout cap: præcedenti præmisimus, sibíque ante oculos unum semper finem statuere, hunc nempe, ut apprehendat Deum Omnip. Glor: quantum eum apprehendere homini datur, sc. ut ipsum sciat, itáque actiones suas omnes, motus, quietem & dicta ordinare, ut ad hunc finem perducant, adeò ut non sit in omnibus ipsius factis frustraneum aliquod; illum nempe factum quod ad hunc finem non tendat: e. gr. ut in cibo,

השם אורחותיו זוכה ורואה
בישועתו של הקב"ה ע' ושם
דרך אראנו בישע אלהים
אל תקרא ושם דרך אלא
ושם דרך ושומה הו אלתקדיר
ואלתכ'מין והדא הו אלמעני
אלד'י שרחנאה פי הדא
אלפצל כלה כוי פהדא
קדר מא ראינאה יחתאג פי
הדא אלגרץ .

אלפצל אלכ'אמס פי תצריף
קוי אלנפס נחו גאיה ואחדה

ינבגי ללאנסאן אן יסתכ'דם קוי
נפסה כלהא בחסב אלראי עלי
מא קדמנא פי אלפצל אלד'י קבל הדא
ויג'על חד'י עיניה גאיה ואחדה והי
אדראך אללה עז וג'ל חסב טאקה
אלאנסאן אעני אלעלם בה ויג'על
אפעאלה כלהא חרכאתה
וסכנאתה וג'מיע אקואלה מודיה
נחו הדה אלגאיה חתי לא יכון פי
אפעאלה שי מן פעל אלעבת' כונה
אעני פעל לא יודי אלי הדה
אלגאיה מת'אל ד'לך אן יג'על
אלקצד . באכלה ושרבה
ונכאחה

ונכאחה ונומה ויקט'תה
וחרכתה וסכונה צחה גסמה
פקט ואלגרץ' בצחה גסמה אן
תגד אלנפס אלאתהא צחיחה
סאלמה פתתצרף פי אלעלום
ואכתסאב אלפצ'איל אלכלקיה
ואלנטקיה חתי יצל להלך אלגאיה
פעלי הדא אלקיאס ליס יקצד
חיניד אללדה פקט חתי יתכיר
פי אלטעאם ואלשראב אלאלד
וכדלך פי סאיר אלתדביר בל
יקצד אלאנפע פאן אתפק אן
יכון לדיד כאן ואן אתפק אן יכון
כריה כאן או יקצד אלאלד
בחסב אלנטר אלטבי מתל אן
תסקט שהותה ללטעאם
פינבההא באלאטעמה אלשהיה
אללדידה אלמסתטיבה וכדלך
אן תאר עליה כלט סודאוי
אזאלה בסמאע אלאגאני ואנואע
אלאיקאעאת ואלנזה פי
אלבסאתין ואלמבאני אלחסאן
ומגאלסה אלצור אלחסנה ונחו הדא
ממא יבסט אלנפס ויזיל וסוסה
אלסודא ענהא ויכון אלקצד
בדלך כלה ליצח גסמה ונאית

potu, conjugio, somno, vigilia, motu, quiete, sanitatem corporis sui tantùm sectetur, cujus deinde scopus sit, ut sint animæ instrumenta sua sana & perfecta, quò scientiarum studio incumbat donec ad finem istum pertingat. Interim verò, juxta hanc regulam, non sectabitur voluptatem tantùm, adeò ut in cibo & potu quod jucundissimum est eligat, ut nec in reliquo sui regimine, verùm illud quod utilissimum est appetet, quod sive contigerit simul jucundum esse, sive ingratũ, perinde est; aut saltem illud quod jucundissimum est respectu quodam medico, appetet; ut si cùm langueat ipsi appetitus cibi, eum cibis desiderabilibus, jucundis, dulcibus excitet: similiter ut si ebullierit in ipso humor melancholicus eum auditu cantûs & diversis melodiæ generibus, sive hortorum & ædificiorum elegantium conspectu oblectando, formisque pulchris assidendo, aliisque ejusmodi rebus, quibus delectetur animus, & tollantur ex eo cogitationes quas suggerit melancholia, in quibus omnibus erit illi scopus, corpus suum sanum conservare; corpus

corpus autem ideò ſanum conſervare, ut ſcientiam acquirere valeat. Eodem modo cum acquirendis opibus operam ac ſtudium impendat, eum ad finem in iis congerendis collimabit, ut in res præſtantes eaſdem eroget, & ad corporis ſui ſuſtentationem, ac conſervationem diuturniorem, paratas habeat, quò de Deo quicquid ſciri poſſit perceptum ac cognitum habeat. Ac juxta hanc regulã magnus erit artis medicæ in virtutis ſtudio, cognitione Dei, veráque felicitate aſſequenda uſus, ſtudiúmque ejus è præcipuis cultûs partibus, neque jam inſtar texturæ, aut architecturæ erit, cùm eã actiones noſtras metiamur, ut ſint humanæ naturæ [conſentaneæ,] & ad virtutes veras perducant. Si enim temerè quis comedat cibum, palato dulcem, odoris boni, gratum, qui [interim] inſalubris & noxius ſit adeò ut ſæpè morbi gravis, aut mortis ſubitaneæ cauſa ſit; hic ſanè beſtiarum inſtar cenſendus eſt: neq; hæc hominis, quâ homo, actio eſt, ſed quâ animal *aſſimilatum beſtiis quæ pereunt:* verùm tum demum actio

צחה גסמה אן יעלם וכדלך
ארא תחרך ותצרף פי אקתני
אלמאל יכון גאיתה פי גמעה אן
יצרפה פי אלפצאיל ואן יגדה
לקואם גסמה ואסתמראר וגודה
חתי ידרך ויעלם מן אללה מא ימכן
עלמה פעלי הדא אלקיאס יכון
לצנאעה אלטב מדכל כביר גדא
פי אלפצאיל ופי אלעלם באללה
ופי ניל אלסעאדה אלחקיקיה ויכון
תעלמהא וטלבהא עבאדה מן
אכבר אלעבאדאת וליס תכון
חיניד מתל אלחיאכה ואלנגארה
לאן בהא נקדר אפעאלנא
ותציר אפעאלנא אפעאל
אנסאניה מודיה נחו אלפצאיל
ואלחקאיק לאן אלשכץ אדא תקדם
ואכל טעאמא לדיד ענד אלחנך
טייב אלראיחה שהי והו מצר
מודי וקד רבמא כאן סבב
למרצה כטרה או ללהלאך
מרה ואחדה פהדא ואלבהאים
סוי וליס הדא פעל אלאנסאן
מן חית הו אנסאן ואנמא הו פעל
אלאנסאן מן חית הו חיואן נמשל
כבהמות נדמו ואנמא יכון פעל
אנסאני

אנסאני אד׳א תנאול אלאנפע
פקט וקד יתרך אלאלד׳ ויאכל
אלאכרה בחסב טלב אלאנפע
והד׳א פעל בחסב אלראי
ובד׳א ינפצל אלאנסאן פי
אפעאלה במא סואה וכד׳לך
אד׳א נכח מתי אשתהי מן
גיר אן יראעי אלצ׳רר ואלנפע
פאן הד׳א אלפעל לה מן
חית׳ הו חיואן לא מן חית׳ הו
אנסאן וקד יכון תדבירה כלה
בחסב אלאנפע כמא ד׳כרנא
לכן יג׳על גאיתה צחה גסמה
וסלאמתה מן אלאמראץ׳ פקט
וליס הד׳א פאצ׳ל לאן כמא
את׳ר הד׳א לד׳ה אלצחה את׳ר
ד׳לך אלאכר לד׳ה אלאכל
או לד׳ה אלנכאח וכלהם לא
גאיה חקיקיה לאפעאלהם
ואנמא אלצואב אן יג׳על
גאיה גמיע תצרפאתה צחה
גסמה ואסתמראר וג׳ודה
עלי אלסלאמה חתי תבקי
אלאת קוי אלנפס אלתי הי
אעצ׳א אלבדן סאלמה
פתתצרף נפסה דון עאיק פי

hominis propria erit, cùm illud tantū quod saluberrimum est sumserit, illo quod jucundissimum relicto, adeò ut quod minus gratū est comedat dum quod utilius est quærat: atque hæc est actio ex consilii præscripto, quo solo in actionibus suis ab aliis [animalibus] distinguitur homo. Eodem modo si quis Venere utatur quotiescunque ejus desiderio tangatur, nulla damni aut commodi ratione habitâ, hæc ejus actio est quâ animal, non quâ homo. Fieri autem potest ut in sui regimine, illud quod maximè utile est, uti diximus, sectetur, ita tamen ut sibi interim finem statuat solam corporis sanitatem, atque à morbis immunitatem. Sed neque hic interim virtute præditus est, quoniam sicut hic bonæ valetudinis, ita & alter cibi aut Veneris suavitatem prætulit, quorum neutrum verus est actionum finis. Recta ergò methodus hæc est, ut omnium operationum suarum finem statuat, corpus suum sanum & integrum conservare, quò instrumenta facultatum animæ, quæ sunt corporis membra, integra ipsi permaneant, atque hoc pacto anima ipsius sine

אלפצאיל אלכלקיה ואלנטקיה וכדלך
כלמא יתעלמה מן אלעלום
ואלמעארף ממא כאן מנהא
טריק לתלך אלגאיה פלא כלאם
פיה ומא לא פאידה לה פי
תלך אלגאיה מתל מסאיל אלגבר
ואלמקאבלה וכתאב אלמכרוטאת
ואלחיל ואלאכתאר מן מסאיל
אלהנדסה וגר אלאתקאל וכתיר מתל
הדא פיכון אלקצד בה תשחיד אלדהן
וריאצה אלקוה אלנאטקה בטריק
אלברהאן חתי תחצל ללאנסאן
מלכה מערפה אלקיאס אלברהאני
מן גירה פיכון לה דלך טריק יצל
בה אלי עלם חקיקה וגודה
תעאלי וכדלך אקאויל אלאנסאן
כלהא לא יחתאג יתכלם
אלא פימא יגלב לנפסה בה
מנפעה או ידפע אדיה ען נפסה
או ען גסמה או פי עלם או פי
פצילה או פי מדח פצילה או
פאצל או פי דם רדילה או
רדל לאן שתם דוי אלנקאיץ
ותקביח אתארהם אן כאן

ullo impedimento in virtutibus moralibus & intellectualibus excercere se possit: similiter de omnibus, quas addiscit, scientiis & disciplinis, quibus ad istum finem tenditur, nulla est controversia. Quod etiam ad eas in quibus nihil est quod ad istum finem conferat, e. g. Problemata Algebraica, librum sectionum Conicarum, [quæstiones] Mechanicas, magnũ problematũ Geometricorum numerum, déq; attractione ponderum, cum aliis hujusmodi multis, vel horum etiam omnium scopus est intellectum acuere, & facultatem rationalem in demonstrationis regulis exercere, ut inde accedat homini habitus scientiæ, quò argumentationes demonstrativas ab aliis dignoscat, quique sit illi via quâ ad scientiam veritatis existentiæ Dei excelsi pertingat: eodémq; modo quod ad omnes hominis sermones, non aliud loqui decet, quàm quo aut sibi utilitatem aliquam afferat, aut malum aliquod ab anima sua vel corpore repellat, aut quod ad scientiam aliquã, vel virtutem aliquam, vel virtutis alicujus, aut viri virtute præstantis, laudem, vel vitii aut vitiosorum vituperium spectet. Sugillatio enim vitiis deditorum & viarum ipsorum vituperatio, si

eò

אלגרץ̇ כד̇ה אנקאצ̇הם ענד
אלנאס חתי יתעט̇ואא מנהם
ולא יפעלוא אפעאלהם פדלך
לאזם והי פצ̇ילה̇ אלא תרי
קולה̇ תעלי כמעשה̇ ארץ
מצרים וג׳ וכמעשה ארץ כנען
וג׳ ווצף אלסדומיין וכל מא
גא פי אלמקרא מן ד̇ם
אשכאץ̇ רד̇י אלנקאיץ̇ ותקביח
את̇ארהם ומדח אלאכ̇יאר
תעט̇ימהם אנמא אלגרץ̇ בדה̇
מא ד̇כרת לך חתי יתבעוא
נ̇אס טריקה̇ האול׳ ויגתנבוא
טריקה̇ אולאיך פאדא געל
אלאנסאן גרצ̇ה מן הדא מעני
יתעטל מן אפעאלה̇ וינקץ̇
מן אקואלה̇ כתיר גדא לאן מן
יתעמד הדא אלגרץ̇ ולים
יתחרך לינקש חיטאן בד̇הבאו
ליעמל צניפה̇ ד̇הב פי תוב
אללהם אלא אן כאן דלך
יקצד פיה̇ בסט נפסה̇ לתצח
ויטרד ענהא מרצ̇הא חתי תכון
סקילה̇ צאפיה לקבול אלעלום נחו
קולהם דירה נאה ואשה נאה̇
ומטה̇ מוצעת לתלמידי חכמים

eò tendat ut eos apud homines in contemptum adducat, quò ab ipsis caveant, neque facta ipsorum imitentur, necessaria est, & virtus. An non vides quid dixerit Deus, *Instar factorum Ægypti, &c. & Instar factorum terræ Canaan,* Levit. 18. 3. & quomodo describat *Sodomaeos?* Quicquid enim occurrit in Scriptura, [vel] ad hominum sceleratorum contumeliam & vituperium ab ipsis factorum, vel ad laudem ac cōmendationē bonorum spectans, illud ad eum quem dixi finem tendit, viz. ut sequantur homines horum viam, illorum fugiant. Cúmque hujusmodi scopum sibi pr posuerit homo multa admodum eorum quæ facere solet omittet, verbáque sua diminuet. Quisquis enim ad hunc scopum tendit non in illud incūbet ut parietes auro ornet, aut vesti auream fimbriam assuat, nisi eo forsitan fine ut animum suum recreet, quo sanum eum conservet, aut ab ipso ægritudinem repellat, adeò ut tersus ac mundus sit ad recipiendas scientias, juxta illud ipsorum dictum, *Domus pulchra, mulier pulchra, & lectus mollis, discipulis Sapientum* [conveniunt:] quia

 scil.

scil. mens continuâ rerum difficilium contemplatione obtunditur, atque hebescit, non secus ac delassatur corpus labores difficiles tolerando, donec, postquam consederit ac quieverit, ad temperiem suam redeat: ita opus est etiam ut requiescat animus & sensibus recreandis operam det, picturis puta, rebúsque pulchris contemplandis, quò tollatur ab ea hebetudo, quemadmodum dixerunt, *Ubi lassati fuerint Doctores nostri studendo, locuti sunt verba hilaritatis*, adeò ut penè, hac ex parte, non sint ista in genere malorum, neq; actionibus nihili accensenda: sc. ut quis ædificiis, vasis, aut vestibus opere variegato & picturâ ornandis, operam det. Scias autem hunc gradum, altum admodum & arduum esse, adeò ut cùm occurrerit quis qui ita se habeat, non dicam eum esse infra prophetarum gradum, qui scil. omnes animæ suæ facultates moderetur, earúmque finem Deum solum statuat, neque opus aliquod, sive magnum sive parvum, præstet, aut verbum proferat, aliter quàm ut factum illud aut verbum ad virtutem aliquam, aut ad illud quod ad virtutem ten-

לאן אלנפס תכל ויתבלד אלכאטר
באלדואם עלי אלנטׄר פי אלאמור
אלצעבה כמא יעיא אלגסם בתנאול
אלאשגאל אלשאקה חתי יסתקר
ויסכן וחיניד ירגע לאעתדאלה
כדלך חתאג אלנפס איצׄא תהדי
ותשגל פי ראחה חואס מתׄל
אלנטׄר ללנקושאת ואלאמור
אלמסתחסנה חתי ירתפע ענהא
אלכלל כמא יקולון כי חלשי רבנן
מגרסא פיושך אן עלי הדׄא אלוגה
לא תכון הדׄה שרור ולא אפעאל
עבת איעני אלחרכה ללנקוש
ואלתזאויק פי אלמבאני ואלאואני
ואלתׄיאב ואעלם אן הדׄה
אלמרתבה הי מרתבה עאליה גדא
ועויצה ומא ידרכהא אלא קליל
ובעד ריאצׄה עטׄימה גדא פאדׄא
אתפק וגוד אנסאן הדׄה חאלה
לא אקול אנה דון אלאנביא
אעני אן יצרף קוי נפסה כלהא
ויגעל גאיתהא אללה תעאלי
פקט ולא יפעל פעלא כבירא ולא
צגירא ולא ילפטׄ בלפטׄה אלא ודלך
אלפעל או תלך אללפטׄה תודי
אלי פצׄילה או אלי מא יודי

אלי

אלי פצ׳ילה והו יפכר וירוי פי כל
פעל וחרכה וירי הל יודי אלי
תלך אלגאיה או לא יודי ותיניר
יפעלה והדא הו אלדי טלב מנא
תעלי אן נעתמדה פי קולה
ואהבת את יי אלהיך בכל
לבבך ובכל נפשך ובכל מאודך
יעני בגמיע אגזא נפסך אן תגעל
גאיה כל גזמנהא גאיה ואחדה
והי לאהבה את יי אלהיך וקד חץ׳
אלאנביא עליהם אלסלאם עלי
הדא אלגרץ׳ איצ׳א וקאל בכל
דרכיך דעהו וג ושלחוא אלחכמים
וקאלוא ואפילו בדבר עבירה יעני
אן תגעל לדלך אלפעל גאיה
נחו אלחק ואן כאן פיה תעדי מן
גהה מן אלגהאת וקד אגמלוא
אלחכמים עליהם אלסלאם הדא
אלמעני כלה באוגז מא יכון מן
אללפט ואחאטוא באלמעני אחאטה
כאמלה גדא גדא חתי אנך אדא
אעתברת תאוה תלך אלאלפאט
כיף עברת ען הדא אלמעני אלכביר
אלעט׳ים בגמלתה אלדי קד ולפת
פית דואוין ולם תסתועבה
עלמת אנה קיל בקוה אלאהיה

dit, perducat, idémque cogitet ac deliberet in omni actione & motu, ut videat num ad istum finem perducat nécne, ac tum demum illud faciat. Atque hoc est quod requirit à nobis Deus, ut ei studeamus eo ipsius dicto, *Et amabis Dominum tuum toto corde tuo, & totâ animâ tuâ, & totis viribus tuis*, i. e. omnibus animæ tuæ partibus, ut uniuscujusque partium ejus unum statuas finem, viz. amare Dominum. Quinetiam ad hunc scopum [appetendum] incitârunt prophetæ. Ita dicit, *In omnibus viis tuis cognosce ipsum*: quod explicantes Sapientes dixerunt, *Etiamsi in re* [cui inest] *transgressio*: Nempe ut & istius actionis finem ad veritatem dirigas, etiamsi fuerit in ea aliqua ex parte transgressio. Complexi sunt autem Sapientes, q. p. hanc sententiam quàm paucissimis fieri potest verbis; totum interim sensum, quàm perfectissimè exhibentes, adeò ut cùm consideraveris quomodo verba ista tanta cum brevitate sensum istum largum & amplum, totum exhibeant, quem libri integri de eo compositi non absolverunt, scias [dictum] istud absque

Deut 6. 5

Prov. 3. 6.

absque dubio, inspiratione divinâ prolatum. Est autem dictum istud è præceptis ab ipsis hoc in tractatu traditis, scil. *Et omnia opera tua facias propter Deum*. Eâdem planè sententiâ quam hoc capite explicavimus. Atque hæc est summa eorum quæ visum est nobis hîc recensere, pro harum præfationum ratione.

בלא שך והו קולהם פי וצאיאהם
פי הדה אלמסכתא וכל מעשיך
יהיו לשם שמים והדא הו אלמעני
אלדי בינאה פי הדא אלפצל והדא
קדר מא ראינא אנה ינבגי
אן ידכר הנא בחסב הדה
אלמקדמאת

Caput sextum, *De differentia inter virtute præstantem, & eum qui se continet.* [seu, Temperantem & Continentem.]

אלפצל אלסאדס פי אלפרק בין
אלפאצל ואלצאבט
לנפסה

Dicunt Philosophi, illum qui se continet, etiamsi edat actiones præstantes, ita tamen ipsum facere bona ut interim desiderio feratur ad opera mala, eáque appetat, contendat licet cum cupiditate sua, & contraria faciat illis ad quem ipsum impet s suus ac desideriũ animíq; a ectus incitent, adeò ut dum faciat bona iis faciendis affligatur. Virtute autem imbutum in agendo sectari illud ad quod incitetur, desiderio & affectu suo, eaq; quæ faciat bona appetere, & cupere. Communi autem Philosophorum consensu virtute præstans excellentior & perfectior est eo qui se con-

קאלת אלפלאספה אן אלצאבט
לנפסה ואן כאן יפעל אלאפעאל
אלפאצלה פאנה יפעל אלכיראת
והו יהוי אפעאל אלשרור
ויתשוקהא ויגאדב הואה ויכאלף
בפעלה מא תנהצה אליה קותה
ושהותה והיאה נפסה ויפעל
אלכיראת והו מתאד בפעלהא
אמא אלפאצל פהו יתבע בפעלה
מא תנהצה אליה שהותה
והיאתה ויפעל אלכיראת והו
יהואהא וישתאקהא ובאנבאע
מן אלפלאספה אן אלפאצל
אפצל ואכמל מן אלצאבט
לנפסה

לנפסה לכנהם קאלוא קד יקום
אלצאבט לנפסה מקאם אלפאצל
פי כתיר מן אלאמור והו אנקץ
מרתבה צרורה לכונה ישתהי
פעל אלשר ואן כאן לא יפעלה
לכן שוקה לה הי היאה סו
פי אלנפס ולקד קאל שלמה
מתל הדא קאל נפש רשע אותה
רע וקאל פי סרור אלפאצל
בעמל אלכיראת ותאלם
אלדי ליס בפאצל בפעלהא
הדא אלקול שמחה לצדיק
עשות משפט ומחתה לפועלי
און פהדא מא יברוא מן
כלאם אלשרע אלמואפק למא
דכרה אלפלאספה פלמא
בחתנא ען כלאם אלחכמים
פי הדא אלגרץ וגדנא. להם
אן אלדי יהוי אלמעאצי
וישתאקהא אפצל ואכמל
מן אלדי לא יהואהא ולא
יתאלם בתרכהא חתי קאלוא
אן כיף מא כאן אלשכץ
אפצל ואכמל כאן שוקה
ללמעאצי ותאלמה בתרכהא

net: Fieri tamen (inquiunt) potest ut qui se continet virtute præstantis multis in rebus locum occupet, cum tamen gradu necessariò ipsi inferior sit, eò quòd desiderio feratur ad malum faciendum. Quamvis enim illud non fecerit, desiderium tamen quo ad ipsum propendet prava est in anima dispositio. Habet autem *Salomo* quæ huc spectant, dum dicit, *Anima perversa desiderat malum*. Prov. 21. 10. Déque gaudio, quo afficitur virtute præstans dum facit bona, & dolore, quem concipit qui non est virtute imbutus, hoc protulit dictum *Lætitia est justo facere judiciũ; at contritio facientibus iniquitatem.* Prov. 21. 15. Atq; hoc est quod manifestum est è verbis Legis ei quod dixerunt Philosophi consonũ. Quòd si inquiramus in verba Sapientum huc spectantia, reperiemus ipsos [affirmare,] Illum qui desiderio ad peccata fertur eáque appetit, præstantiorem ac perfectiorem esse illo qui nullo eorum desiderio tangitur, neq; quòd ea relinquere debeat dolore afficitur. adeo ut dixerint, quo quis prestantior sit & perfectior eo majori cupiditate

 ad.

ad illicita ferri, & majori dolore affici quòd ea vitare debeat: quam in ſententiam attulerunt & apophthegmata quædam, dicentes, *Quicunque major eſt ſocio ſuo ejus etiam concupiſcentia major eſt.* neque hoc contenti addiderunt, mercedem ejus qui ſe continet magnam eſſe juxta dolorem quo afficitur in ſe continendo, dicentes, *Secundùm* moleſtiam, merces Imo & hoc majus eſt quod homini præceperunt ut ſe contineat, vetantes dicere, Ego naturâ meâ haudquaquam deſiderio in hanc tranſgeſſionem propendeo etiamſi ipſam non pronuntiâſſet lex illicitam; atque hoc eſt quod dixerunt, *Rabban Simeon fil. Gamal: dicit, Ne dicat homo non eſt mihi voluntas edere carnem cum lacte, non eſt voluntas mihi induere veſtem heterogeneam, non eſt voluntas mihi rem habere cum Conſanguineâ; verùm voluntas mihi eſt at quid faciam cùm pater meus qui in cœlis eſt contra ſtatuerit?* Jam, juxta ſenſum apparentem verborum primo intuitu videntur duæ iſtæ ſententiæ contrariæ, at non ita ſe res habet, verùm utraque ve-

אשר ונאבגא פי דלך תכאיאת וקאלוא כל הגדול מחבירו יצרו גדול ממנו מא כפי הדא אלא אנהם קאלוא אן אגר אלצאבט לנפסה עטים עלי קדר תאלמה בצבט נפסה וקאלוא לפום צערא אגרא ואעטם מן דלך אנהם אמרוא אן יכון אלאנסאן צאבט נפסה ונהוא אן יקול אני כטביעתי לא אשתהי הדה אלמעציה ולו לם תחרמהא אלשריעה והו קולהם אמר רבן שמעון בן גמליאל לא יאמר אדם אי אפשי לאכל בשר בחלב אי אפשי ללבוש שעטנז אי אפשי לבוא על הערוה אלא אפשי ומה אעשה ואבי שבשמים גזר עלי פעלי פהם טואהר אלכלאמין בבאדי אלכאטר פאן אלקולין מתנאקצין ודים אלאמר. כדלך בל כלאהמא חקא ולא כלאף

גינהמא

בינה מא אצלא הדך אן
אלשרור אלתי הי ענד
אלפלאספה שרור הי אלתי קאלוא אן
אלדי לא יהואהא אפצל מן
אלדי יהואהא ויצבט נפסה
ענהא והי אלאמור אלמשהורה
ענד אלנאס אגמע אנהא
שרור מתל ספך אלדמא ואלסרקה
ואלגצב ואלגבן ואלאדיה למן
לא יאדי ומגאזאה אלמחסן
באלאסאה ואהאנה אלואלדין ונחו
הדה והי אלשראיע אלתי יקולון
ענהא אלחכמים עליהם אלסלאם
דברים שאלמלי לא נכתבו
ראויים היו לכתבן ויסמונהא בעץ
עלמאנא אלמתאכרין אלדין
מרצוא מרץ אלמתכלמין אלשראיע
אלעקליה ולא שך אן אלנפס
אלתי תהוי שיא מנהא ותשתאקה
אנהא נפס נאקצה ואן אלנפס
אלפאצלה לא תשתהי מן הדה
אלשרור שיא אצלא ולא
תתאלם באלתמנע מנהא. אמא
אלאשיא אלתי קאלוא אלחכמים
אן אלצאבט לנפסה ענהא
אפצל וגזאה אעטם פהי אלשראיע

ra est nullâ inter eas penitus discrepantiâ, ídque quia illa apud Philosophos mala de quibus dixerunt quòd qui ea non cupiat præstantior sit cupiente licet se ab illis contineat, istiusmodi sunt quæ apud omnes homines in confesso est mala esse, qualia sunt effusio sanguinis, furtum, ira, metus, damnum inferre ei qui nullum fecerit malum, benefacienti malum rependere, contemptus parentum, & his similia; atque hæc sunt præcepta quæ appellant Sapientes, quibus pax, *Res quæ si non essent scriptæ, oporteret scribi*; quæque nominant quidam doctorum nostrorum recentiorum, qui Scholasticorum morbo infecti sunt, Præcepta intelligibilia; nec dubium est quin anima quæ hujusmodi rem aliquam appetat, & desiderio ejus moveatur, anima sit defectu laborans, & animam virtute imbutam nullam prorsus harum rerum appetituram, neque dolore affectum iri quòd ab iis arceatur. Illa vero de quibus dicunt Sapientes quòd qui se ab iis continet præstantior sit, ejusque præmium majus, præcepta sunt ab

auditu

auditu pendentia, de quibus quod dicunt verum est. utpote quæ nisi ob legem [intervenientem] nullo prorsus modo mala essent habenda. Atque de hujusmodi [rebus] est quod dicunt Sapientes, oportere hominem ut permittat sibi illa amare, nec aliud sibi quo ab illis cohibeatur statuat, præter legem. Animadverte autem sapientiam eorum quibus pax & unde exemplum sumserint, Neque enim dicit, ne dicas *Non est voluntas mea occidere hominem, non est voluntas mea furari, non est voluntas mea mentiri, verùm voluntas mea est, at quid faciam &c.* sed quæ recensuit omnia [è] præceptis sunt quæ ab auditu pendent; [viz.] *caro cum lacte, vestes heterogeneæ, & feminæ ob consanguinitatem prohibitæ*. Atque hæc aliáque ejusmodi præcepta ea sunt quæ vocat Deus *Chuk-kothai*, statuta mea, Decreta (inquiunt) quæ decrevi tibi, nec licet tibi de iis scrupulum movere, cum gentes mundi contra ipsa objiciant, & Satan accuset ea; qualia sunt *Vacca rufa*, & *hircus ἀποπομπαῖος* &c. ea vero quæ vocant posteriores *Intellectualia* vocantur *Mitzvoth*, quemadmodum explicârunt Sapientes. Ex his ergò quæ diximus

אלסמעיה והוא צחיח לאנה לו
לא אלשרע מא כאנת שרור
בוגה מן אלוגוה ולהדא קאלוא
אן יחתאג אלאנסאן יבקי נפסה
עלי חבהא ולא יגעל מאנעה
מנהא גיר אלשרע ואעתבר
חכמתהם עליהם אלסלאם
ובמא מתלוא לאנהם לם
יקל לא יאמר אדם אי
אפשי להרוג את הנפש אי אפשי
לגנוב אי אפשי לכזב אלא אפשי
ומה אעשה וכו' ואנמא גא
באמור סמעיה כלהא בשר
בחלב ולבישת שעטנז ועריות
והדה אלשראיע ונחוהא הי אלתי
יסמיהא אלה חקותי קאלוא
חוקים שחקקתי לך ואין לך רשות
להרהר בהם ואומות העולם
משיבין עליהן והשטן מקטרג
עליהן כגון פרה אדומה ושעיר
המשתלח וכו' ותלך אלתי סמוהא
אלמתאכרין עקליה תתסמי
מצוות עלי מא בינוא אלחכמים
פקד תבין מן גמיע מא קלנאה

אי אלמעאצי יכון אלדי לא ישתאקהא אפצל מן אלדי ישתאקהא ויצבט נפסה ענהא ואיהא יכון אמר פיהא באלעכס והדה נכתה גריבה ותופיק עגיב בין אלקולין ונץ אלקולין ידל עלי צחה מא בינאה וקד כמל גרץ הדא אלפצל

אלפצל אלסאבע פי אלחגב ומענאהא

כתירא מא יוגד פי אלמדרשות ואלהגדות ומנה פי אלתלמוד אן מן אלאנביא מן ירי אללה מן כלף חגב כתירה ומנהם מן יראה מן כלף חגב קלילה עלי קדר קרבהם מן אללה ועלו מנזלתהם. פי אלנבוה חתי קאלוא אן משה רבנו ראי אללה מן כלף חגאב ואחד סקיל אעני שפאף והו קולהם הסתכל בספקלריא המאירה' עינים וספקלריא אסם אלמראה אלמעמולה מן גסם שפאף כאלבלור אלזגאג במא נבין

mus omnibus patet quænam sint transgressiones illæ quas qui non appetit præstantior est eo qui, cùm eas appetit, se ab iis continet, & in quibus se res contrà habeat. Hic autem articulus est non vulgaris, & qui duas sententias miro modo inter se conciliat; expressa autem duarum sententiarum verba explicationis nostræ veritatem ostendunt, atque hîc absolutum est, quod in hoc capite propositum fuit.

Caput septimum, *De velo, ejúsque significatione.*

Frequenter occurrit in *Midrashoth*, & *Haggadoth*, nec non aliquando in *Talmude* fuisse ex Prophetis quosdam qui Deum ponè vela multa, & alios qui ponè vela pauca viderent, juxta propinquitatis suæ ad Deum, & celsioris prophetiæ gradûs rationem, adeò ut dixerint *Mosen* Doctorem nostrum vidisse Dominum ponè velum unicum tersum, i. e. pellucidum, atque hoc est quod dicunt, *Vidit in speculari quod oculos illuminat*. *Speculare* autem nomen est speculi noti è corpore aliquo pellucido, veluti chrystallo, aut vitro, ut

ad

פי אכר כלים ואלקצד כהדא
אלמעני מא אקול לך וכדלך
אנא קד בינא פי אלפצל
אלתאני אן אלפצאיל מנהא
אלנטקיה ומנהא כלקיה ודלך
אלרדאיל מנהא רדאיל. נטקיה
כאלגהל ואלבלאדה ובער אלדהן
ואלפהם ומנהא כלקיה כאלשרה
ואלכבר ואלחרד ואלגצב ואלקחה
וחב אלמאל ומא אשבההא והי
כתירה גדא וקד דכרנא אלקאנון
פי מערפתהא פי אלפצל אלראבע
והדה אלרדאיל בגמלתהא הי
אלחגאב אלפאצלה בין אלאנסאן
ובין אללה תעאלי קאל אלנבי מבין דלך
כי אם עונותיכם היו מבדילים
בינכם לבין אלהיכם יקול אן דנובנא
והי הדה אלשרור כמא דכרנא הי
אלחגב אלפאצלה ביננא ובינה
תעאלי ואעלם אן כל נבי לא יתנבא
אלא בעד אן תחצל לה אלפצאיל
אלנטקיה כלהא ואכתר אלפצאיל
אלכלקיה ואוכדהא והו קולהם
אין הנבואה שורה אלא על חכם
גבור ועשיר אמא חכם פהו יעם
אלפצאיל אלנטקיה בלא שך
ועשיר.

ad finem tract. *Celim* declarabimus. Hujus autem sententiæ scopus is est quem tibi dicturus sum. scil. cùm jam declaraverimus capite secundo, virtutum quasdam esse intellectuales, quasdam morales, & similiter vitiorum quædam intellectualia (qualia sunt Stultitia & hebetudo, & tarditas intellectûs) quædam moralia, (ut Intemperantia, Superbia, Iracundia, Ira, Impudentia, amor divitiarum, & his similia, quorū magnus est numerus, de quibus dignoscendis regulam posuimus cap. quarto) vitia hæc omnia vela esse quæ hominem à Deo separant. Dicit Propheta ista explicans,
Isai 59, 2. *Verū iniquitates vestræ separārunt inter vos & Deum vestrū*, Peccata nostra (quæ sunt mala ista quæ diximus) velum esse dicit quod nos à Deo separet. Scias autem nullum unquam Prophetarum prophetâsse, nisi postquam apud ipsum essent omnes virtutes intellectuales, necnon moralium plæræque, & solidissimæ: atque hoc est quod dicunt, *Non quiescit prophetia nisi super Sapientem, Fortem, & Divitem.* [Nomen] *Chacam* autem [i. Sapiens] comprehendit sine dubio virtutes intellectuales.

ועשיר הי מן אלפצאיל אלכלקיה
אעני אלקנאעה לאנהם יסמון
אלקנוע עשיר והו קולהם
פי חד אלעשיר אי זה הוא
עשיר השמח בחלקו יעני
אנה יקנע במא אורדה
אלזמאן ולא יתאלם במא
לם יורדה וכדלך גבור הי
איצא מן אלפצאיל אלכלקיה
אעני אנה ידבר קואה בחסב
אלראי כמא בינא פי אלפצל
אלכאמס והו קולהם אי זה
הוא גבור הכובש את יצרו
וליס מן שרוט אלנבי אן תכון
ענדה אלפצאיל אלכלקיה
בגמלתהא חתי לא תנקצה
רדילה אצלא לאן שלמה
נבי בשהאדה אלכתאב בגבעון
נראה יי אל שלמה כו׳
ווגדנא לה רדילה כלקיה
והי אלשרה בביאן ודלך פי
תכתיר אלנסא והוא מן
אפעאל הייאה אלשרה
וקאל מבין הלא על אלה
חטא שלמה כו׳ וכדלך דויד

Ashir verò [dives] est è virtutibus moralibus, scil. virtus animi contenti; nam eum qui [sorte suâ] contentus est vocant divitem, hoc est quod dicunt divitem describentes, *Quis est dives? Ille qui sorte suâ gaudet*: i. qui contentus est eo quod ipsi præsens exhibuerit tempus, neque dolet ob ea quæ non exhibuerit. Similiter *Gibbor* [fortis] est & hoc è virtutibus Moralibus, scil. ut animi sui potentias juxta rectam rationem moderetur, uti cap. quinto explicatum: atque hoc est quod dicunt, *Quis est fortis? Qui subjugat concupiscentiam suam*: non est autem è conditionibus prophetæ [necessariis] ut in ipso insint omnes virtutes morales, adeò ut nullus sit omnino in ipso à vitio aliquo defectus. Fuit enim *Salomo* Propheta, testante scripturâ, *In Gibeon apparuit Dominus Salomoni &c.* in quo tamen reperimus vitium aliquod Morale, scil. intemperantiam manifestam, ídque dum multas sibi assumeret uxores, quod ex actionibus est ab intemperantiæ affectu [procedentibus:] quod ad explicandum dicit, *Annon in istis peccavit Salomo? &c.* eodem

modo & *David*, cui pax, propheta fuit, dicit enim, *Me allocutus est* [qui] *rupes Israelis &c.* quem interim crudelitatis reum invenimus, quam licèt in gentes, & perdendis infidelibus exercuerit, ac misericors fuerit erga *Israelem*, patet tamen è libris *Chronic.* Deum haud idoneum ipsum judicâsse qui templum strueret ob multas quas patravit cædes, ipsíque dixisse, *Non extrues tu domum nomini meo; quoniam sanguinem multum fudisti*. Invenimus etiam in *Elia*, p. m. effectum Iracundiæ; etiamsi illam in infideles exercuerit, in eos ira commotus, declarârunt tamen Sapientes ideo ipsum sustulisse Dominum ac dixisse, Haudquaquam expedit hominibus cui quantum in te zeli fuerit; perderet enim illos. Similiter & *Samuelem* à *Saule* metuisse, & timuisse *Jacobum* occurrere *Esavo*, hi autem & ejusmodi mores Velum sunt Prophetarum, q. p. adeò ut si quispiam horum affectuum, qui modum excedant, (uti capite quarto explicavimus) duobus aut tribus obnoxius fuerit, de illo affirmetur, ipsum ponè duo aut tria Vela [Deum] vidisse. Neque negari potest

עליה אלסלאם נביא קאל
לי דבר צור ישראל וג' וגרנאה
דא קסאוה ואן כאן צרפהא פי
אלגוים ופי קתל אלכפאר וכאן
רחים לישראל לכן בין פי דברי
הימים אן אללה לם יאהלה
לבניאן בית המקדש לכתרה
מא קתל וקאל לה לא אתה
תבנה בית לשמי כי דמים
רבים שפכת ווגרנא לאליהו
זכור לטוב כלק אלחרג ואן כאן
צרפה פי אלכפאר ועליהם
כאן יחרג לכן בינוא אלחכמים
אן אללה רפעה וקאל לה לא
יצלח באלנאס מן ענדה מן קנוי
קדר מא ענדך אנה יהלכהם
וכדלך וגדנא שמואל פזע מן
שאול ויעקב גבן ען מלאקאה
עשו פהדה אלאכלאק ונחוהא
הי חגב אלאנביא עליהם
אלסלאם פמן כאן לה מנהם
כלקין או תלתה גיר מתוסטה
כמא בינא פי אלפצל אלראבע
קיל פיה אנה ירי אללה
מן כלף חגאבין או תלתה
ולא תסתנכר כון נקצאן בעץ
אלאכלאק

אלאכלאק יקצר ברתבה אלנבוה
לאנא וגדנא בעץ אלראיל
אלכלקיה ימנע אלנבוה גמלה
ואחרה כאלחרג קאלוא כל
הכועס אם נביא הוא
נבואתו מסתלקת ממנו
ואסתדלוא באלישע אלדי עדם
אלוחי למא חרג חתי אזאל
חרגה והוקולה ועתה קחו לי
מנגן וכו ובאלהם ואלאנתמאם
לאן יעקב אביני טאל איאם
חזנה עלי אבנה יוסף ארתפעת
ענה רוח הקדש חתי בשר
בחיאתה קאל ותחי רוח יעקב
אביהם וקאל אלתרגום אלשארח
ללאגראץ אלמרויה ען משה רבינו
ושרת רוח נבואה על יעקב
אבוהן ונץ אלחכמים אין הנבואה
שורה לא מתוך עצלות ולא
מתוך עצבות אלא מתוך דבר
שמחה פלמא עלם משה רבינו
אנה לם יבק לה חגאב
אלא וכרקה ואנה קד
כמלת פיה אלפצאיל
אלכלקיה כלהא ואלפצאל

quorundam morum defectum gradum prophetiæ diminuere, cùm invenerimus quædam vitia moralia ipsam penitus tollere, veluti Iracundiam. Dicunt, *Quicunque irascitur, si propheta fuerit tollitur ab ipso prophetia ipsius*: quod confirmârunt exemplo *Elisæ*, qui cùm irâ excandesceret visione propheticâ privatus est, donec eandem deposuisset: hoc est, quod ipse dixit, *Nunc autem sumite mihi fidicinem &c.* nec non anxietatem & tristitiam. Quamdiu enim mœrore affectus est *Jacobus* pater noster ob *Josephum* filium suum, sublatus est ab eo Spiritus Sanctus, donec lætum vitæ ejus nuntium ipsi afferretur. *Et vixit* (inquit) *Spiritus Jacobi patris ipsorum*: ubi dicit *Targum* (quod explicat Gen. 45. 27.
sententias à *Mose* per traditionem acceptas) *Et resedit spiritus prophetiæ super Jacobum patrem ipsorum.* Dictum etiam est Sapientûm, *Non habitat prophetia vel cum pigritia, vel cum tristitia, sed cum re gaudii* [causâ.] Cùm autem nôsset *Moses* Doctor noster, non superesse sibi velum quod non dirumperetur, & perfectas in se esse omnes virtutes tam morales

 quàm

quàm intellectuales, petiit ut Deum secundùm veritatem essentiæ suæ, cùm nullum jam superesset impedimentum, apprehenderet, dicens, *Ostendas mihi, quæso, gloriam tuam*;

Exod 33. 18.

Docuit autem ipsum Dominus, fieri hoc non posse, cùm esset ipse intellectus in materia existens, i. in quantum homo esset; atque hoc est quod dicit, *Quia non videbit me homo & vivet*. Non restabat ergò inter ipsum & apprehensionem Dei secundùm veritatem essentiæ suæ aliud quàm velum unicum pellucidum, quod erat intellectus humanus, nondum separatus, gratiam tamen illi faciens Deus, indulsit illi post petitionem istam clariorem sui apprehensionem quàm illi antequam petiisset fuerat; docens interim illum, ad summum gradum ab ipso perveniri non posse quamdiu corpore indutus maneret. Veram autem apprehensionem, visionem faciei, appellavit. Cùm enim viderit quis faciem amici sui, imprimetur ipsi in animo forma quâ cum alio non confundetur. Quòd si ipsum à tergo viderit, licèt illum ope istius visionis aliquatenùs

אלנטקיה כלהא טלב אן ידרך
אללה עלי חקיקה וגודה אד
לם יבק מאנע פקאל הראני
נא את כבודך פאעלמה
תעלי אנה לא ימכן דלך
בכונה עקל מוגוד למאדה
אעני מן חית הו אנסאן והו
קולה כי לא יראני האדם
וחי פלם יבק בינה ובין
אדראך אללה עלי חקיקה
וגודה גיר חגאב ואחד סקיל
והו אלעקל אלאנסאני אלגיר
מפארק ואנעם אללה תעלי
עליה וגעל לה מן אלאדראך
בעד סואלה אכתר ממא כאן
ענדה קבל סואלה ואעלמה
אן אלגאיה לא תמכן לה
והו דו גסם וכני ען חקיקה
אלאדראך בראית פנים
לאן אלאנסאן אדא ראי וגה
צאחבה פקד חצלת לה
פי נפסה צורה לא יכתלט
בהא מע גירה אמא אדא
ראי טהרה ואן כאן ימיזה
בהלך אלרויה ולכן קד ישכל
עליה

עליה וקד יכתלט לה מע
נירה כדלך אדראכה תעלי
עלי אלחקיקה הו אן יחצל מן
צחה וגודה פי אלנפס מא
לא ישארך פי דלך אלוגוד
גירה מן אלמוגודאת חתי
יגד פי נפסה וגודה מתמכן
מבאין למא יגד פי נפסה
מן וגוד סאיר אלמוגודאת פלם
ימכן אדראך אלאנסאן הדא
אלקדר מן אלאדראך לכנה
עליה אלסלאם אדרך דון
הדא קליל והו אלדי כני ענה
וראית את אחורי וג׳ וסאסתופי
הדא אלגרץ פי כתאב
אלנבוה פלמא עלמוא
אלחכמים עליהם אלסלאם
אן הדין אלנועין מן אלרדאיל
אעני אלנטקיה ואלכלקיה הי
אלתי תחגב בין אלאנסאן
ובין אללה ובהא תתפאצל
דרגאת אלאנביא קאלוא ען
בעצהם כמא שאהדוא מן
עלמהם ואכלאקהם
ראוים שתשרה עליהם

dignoſcat, non tamen ſine
omni dubio, adeo ut apud
ipſum cum aliis adhuc con-
fundatur: ita apprehenſio Dei
ſecundùm veritatem eſt ut
concipiatur de veritate eſ-
ſentiæ ejus in animo aliquid
quod non ſit rei cuipiam alii
cum ipſo, [reſpectu] iſtius
eſſentiæ, commune, adeo ut
inveniat in animo ſuo eſſen-
tiam iſtam firmam, diſtin-
ctam ab eo quod in animo
ſuo de eſſentia rerum alia-
rum conceperit. Non eſt
autem poſſibile ut eò pertin-
gat apprehenſio humana.
Moſes verò apprehendit
quod parum admodum in-
fra hoc eſſet; illud nempe
quod deſcribit dicens, *Vide-
bis poſteriora mea.* pleniùs au-
tem de hac re acturi ſumus
in libro de Prophetia. Cùm
ergò ſcirent Sapientes, quibus
pax, has duas vitiorum ſpe-
cies, ſcil. intellectualium &
moralium, ea eſſe quæ veli vi-
cem inter hominem & De-
um præſtent, earúmque re-
ſpectu Prophetarum alii aliis
gradu ſuperiores eſſent, dixe-
runt de quibuſdam ipſorum,
ob illud quod de ſcientia &
moribus ipſorum perſpectum
habuerunt, *Dignos fuiſſe ip-
ſos ſuper quos reſideret majeſtas
divina*

שבינה כמשה רבינו ולא ידהב ענך מעני אלתשבירה לאנהם שבהוהם בה לא אן יסווהם מעה תעלי אללה וכדלך קאלוא ען אכרין כיהושע עלי אלוגה אלדי דכרנא והדא הו אלמעני אלדי קצרנא לביאנה פי הדא אלפצל

אלפצל אלתאמן פי אלפטרה אלאנסאניה

לא ימכן אן יפטר אלאנסאן מן אול אמרה באלטבע דא פצילה ולא דא נקיצה כמא לא ימכן אן יפטר אלאנסאן באלטבע דא צנאעה מן אלצנאיע אלעמליה ולכן ימכן אן יפטר באלטבע מערא נחו פצילה או רדילה באן תכון אפעאל תלך אסהל עליה מן אפעאל גירהא מתאל דלך אן יכון אנסאן מזאגה יאל אליבס אמיל ויכון גוהר דמאגה צאפי קליל אלרטובאת פאן הדא יסהל עליה אלחפט ופהם אלמעאני אכתר מן שכץ בלגמי כתיר אלרטובה פי אלדמאג לכן אן תרך דלך אלמסתעד במזאגה נחו הדה אלפצילה

דון

divina, *æquè ac super Mosen Doctorem nostrum*. Non autem te fugiat significatio comparationis: comparirunt enim ipsos cum illo; non tamen ita ut æquales eos illi statuerent. (Absit.) Similiter dixerunt de aliis, ut, *Æquè ac super Josuam*, eo quo diximus modo. Atque hoc est quod in hoc capite explicandum proposuimus.

Caput octavum. *De indole humana.*

Fieri non potest ut producatur homo ab ortu suo naturâ vel virtute vel vitio præditus; uti neque possibile est ut producatur naturâ artis alicujus practicæ peritus; hoc autem fieri potest, ut producatur aptus natus sive ad virtutem aliquam sive vitium, adeo ut actiones ad ea spectantes faciliores ipsi sint quàm quæ ad alia. Exempli gratiâ, si fuerit quis temperamenti ad siccitatem vergentis, cui substantia cerebri sit defæcata non adeo humida, huic facilius erit res memoriâ tenere, & earum sensus percipere quàm phlegmatico cuipiam cui cerebum est valdè humidum: quòd si relictus fuerit ille temperamento suo ad vir-

רון תעלים אצלא ולא התאר מנה קוה פהו יבקי גאהלא בלא שך וכדלך אן עלם ופהם הדא אלגליט אלטבע אלכתיר אלרטובה פהו יעלם ויפהם לכן בעסר וכד ועלי הדא אלנחו בעינה יכון שכץ מזאג קלבה אחר ממא ינבגי קלילא פיכון שגאע אעני מסתעד נחו אלשגאעה פאן עלם אלשגאעה צאר שגאע בסהולה ואכר מזאג קלבה אברד ממא ינבגי פהו מסתעד נחו אלגבן ואלפזע פאן עלם דלך ועודה קבלה בה אלשגאעה בסהולה ואן קצר פבכד מא יציר שגאע לכנה יציר אדא עוד ולא בד ואנמא בינת לך הדא לילא תטן תלך אלהדיאנאת אלתי יכדבו בהא אצחאב אחכאם אלנגום חקיקיה חית יזעמון אן מואליד אלאשכאץ תגעלהם דוי פצילה או דוי רדילה ואן אלשכץ מגבור עלי תלך אלאפעאל צרורה אמא אנת

tem iſtam diſpoſitus abſque ulla omnino diſciplina, neque excitetur illa [quâ præditus eſt] facultas, manſurus eſt ſine dubio ſtultus; eodémque modo ſi inſtitutus fuerit, & ad intelligendum eruditus, alter iſte naturâ hebetior humiditate abundans, diſcet ille, & intelliget, quamvis non ſine difficultate & labore: eodem prorſus modo, ſi cui fuerit temperamentum cordis æquo aliquantum calidius, erit ille fortis, hoc eſt, ad fortitudinem diſpoſitus, adeò ut, ſi fortitudinem edoctus fuerit, facilè fortis evadet. Alius autem cui temperamentum cordis juſto frigidius, diſpoſitus erit ad timiditatem, & metum, eáque ſi didicerit iiſque aſſuefactus fuerit facilè imbibet. Quòd ſi ad fortitudinem inſtitutus fuerit, non ſine difficultate aliqua fortis evadet, longo tamen uſu proculdubio & talis evaſurus eſt. Hoc autem ideo tibi declaravi, ne futilia iſta quæ falſo comminiſcuntur Aſtrologi pro veris habeas, cùm à nativitatibus ſuis homines, virtute aut vitio præditos conſtitui aſſerant, eóſque ad actiones iſtas neceſſariò & vi adigi. Verùm

rùm scias rem in quam consentiunt & Lex nostra, & *Græcorum* Philosophia, verísque probationibus confirmatam, esse, hominis actiones omnes in ipsius potestatem traditas esse, sine ulla omnino ad eas coactione, neque esse exterius aliquod impellens, quod ipsum ad virtutem aut vitium inflectat, præter unam temperaturæ dispositionem, (sicut ostensum) est, quâ fit ut res illi facilior sit aut difficilior: verùm ut necessaria illi fiat, aut impossibilis, hoc nullo pacto [concedendum.] Quòd si homo actiones suas coactus ederet, cessarent jam præcepta & prohibitiones legales: esséntque ea omnia penitùs frustranea, cùm nulla superesset homini in eo quod agit electio. Indè etiam sequeretur frustra esse eruditioni & institutioni operam dare, artésve ullas practicas addiscere: quasi hæc omnia nullius essent usûs, cùm fieri non possit, quin homo ob illud quod exterius ipsum incitat, juxta sententiam eorum qui ita putant, istiusmodi actionem præstet, aut istiusmodi scientiam addiscat, aut istiusmodi moribus imbuatur. Ean-

פאעלם אן אמר מנמע עליה מן שריעתנא ופלספה יונאן במא צחתה חגג אלחק אן אפעאל אלאנסאן כלהא מצרופה אליה לא גבר עליה פיהא ולא עארי לה מן כארג בוגה ימילה נחו פצילה או רדילה אלא אן יכון אסתעדאד מזאגי פקט עלי מא בינא פיכון יסהל בה אמר ואי עסר אמא אן יגב או ימתנע פלא בוגה מן אלוגוה ולו כאן אלאנסאן מגבור עלי אפעאלה לבטל אלאמר אלשרעי ואלנהי וכאן דלך כלה באטל מחץ אד לא אכתיאר ללאנסאן פימא יפעל וכדלך כאן ילזם בטלאן אלתעלים ואלתאדיב ותעלם אלצנאיע אלמהניה כלהא כאן יכון גמיע דלך עבת אד אלאנסאן לא בד לה צרורה בדאעי ידעוה מן כארג עלי מדהב מן ירי דלך מן אן יפעל אלפלאני אן יפעלה ומן אן יעלם אלפלאני אן יעלמה ומן אלכלק אלפלאני אן יחצל לה וכאן

וכאן יכון אלגזא ואלעקאב ארצא
גור מחץ לאמננא בעצנא לבעץ
ולא מן אללה לנא לאן הדא
שמעון אלקאתל לראובן אדא
כאן הדא מגבור מקהור אן
יקתל והדא מגבור מקהור אן יקתל
פלאי שי נעאקב שמעון וכיף יגוז
איצא עליה תעאלי צדיק וישר
אן יעאקבה עלי פעל לא בד
לה מן פעלה ולו ראם אן לא
יפעלה לם יקדר ובאן איצא
תבטל אלאסתעדאדאת כלהא
ען אכרהא מן בניאן אלביות
ואקתני אלקות ואלהרב ענד
אלכוף וגיר דלך לאן אלדי קדר אן
יכון לא בד מן כונה והדא כלה
מחאל ובאטל מחץ וכלאף
אלמעקול ואלמחסוס והדם סור
אלשריעה ואלחכם עלי אללה
תעאלי באלגור תעאלי ען
דלך ואנמא אלחק אלדי לא
ריב פיה אן אפעאל אלאנסאן
כלהא מצרופה אליה אן
שא פעל ואן שא לא יפעל
מן גיר גבר ולא קהר לה
עלי דלך פלדלך לזם אלתכליף

Eandémque ob rationem nihil aliud essent præmium & pœna, quàm injuria manifesta, sive à nostrûm aliis ad alios, sive à Deo ad nos [provenirent.] Cùm enim *Simeon* qui *Rubenem* occiderit, vi coactus & adactus fuerit, hic ut occidat, iste ut occidatur, quare punietur *Simeon*? & quomodo à Deo qui justus & rectus est, conveniet de ipso pœnas sumere ob rem sibi factu necessariam, quámque non potuit non facere, etiamsi studuisset ne faceret? Quin & frustranea penitùs reddentur quæ ab hominibus parantur omnia, dum domos extruunt, victum parant, cùm periculi metus fit fugiunt &c. quoniam quod decretum est ut sit, fieri non potest quin sit. Hoc autem totum impossibile & absolutè falsum est; quódque & intellectui & sensui contradicit, legísque maceriam diruit, & in Deo injustitiam statuit, à quâ ille quàm longissimè abest. Veritas autem, de qua nullum est dubium, est, actiones hominis omnes penès ipsum esse, adeò ut si velit faciat, si velit omittat, sine coactione aut vi, quâ ad illud adigatur, ideóque expe-

expedire, ut ei præcepta im-
Deut. 30. ponantur; dicit[ergò,] *Ec-*
15. *ce posui coram te hodiè vitam*
& bonum, mortem & malum,
ut eligas vitam, nobis in hoc
ipso electionem permittens;
pœnámque imposuit ei qui
contrà fecerit, præmium ei
qui obedierit. *Si auscultaveritis* (inquit) &, *si non auscultaveritis*: injunxit etiam
tum docere tum discere, *Et*
Deut.4.9. *docebitis ea etiam liberos ve-*
10. *stros &c.* &, *Discetis ea, &*
observabitis facere: cum cæteris omnibus quæ jubent
præcepta, & docere, & iis
assuefacere. Quia & apparatus omnes qui cautelæ gratiâ
fiunt, injunxit, uti in libro
Deut. 22. veridico disertè dixit. *Et fa-*
8.
Ex. 22. 26 *cies loricam. Ne decidat quis:*
Deut. 24. &, *Ne fortè moriatur in præ-*
6. *lio: in quo cubabit: non accipiet pignora, metam & catillam*; perquàm multa autem
reperiuntur in Lege, & in libris Prophetarum huc spectantia, scil. ad majoris cautelæ gratiâ apparatus faciendos. Quod autem ad sententiam illam quæ apud
Sapientes habetur, dictum scil.
ipsorum, *Omnia sunt in manu Dei excepto timore Dei*: est
illa certè vera, & eódem
tendit quò ea quæ diximus,

וקאל ראה נתתי לפניך היום
את החיים ואת הטוב ואת
המות ואת הרע ובחרתה
בחיים וגעל אלכיאר לנא פי
דלך ולזם עקאב למן כאלף
ואלגזא למן טאע אם תשמעו
ואם לא תשמעו ולזם
אלתעלים ואתעלם ולמדתם
אותם את בניכם וג' ולמדתם
אותם ושמרתם לעשותם
וכל מא גא פי אלתעלים
ואלתעויד באלשראיע ולזם
איצא אלאסת טראראת
כלהא כמא נץ פי כתאב
אלחק וקאל ועשית מעקה
וג' כי יפול הנופל ממנו פן
ימות במלחמה וג' כמה ישכב לא
יחבול רחים ורכב וג' וכתיר גדא
פי התורה ופי אלכתב אלנבויה
מן הדא אלגרץ אעני
אן אסתעדאד אמא אלנץ
אלמוגוד לחכמים והו קולהם
הכל בידי שמים חוץ מיראת
שמים פהו צחיח וינחו נחו
מא דכרנא לא אנה כתיר מא
יגלט

יגלט פיה אלנאס ויטנון בעץ אפעאל
אלאנסאן אלאכתיאריה מגבור
עליהא מתל זואג פלאנה
או כון הדא אלמאל בידה
והדא גיר צחיח לאן הדה
אלאמראה אן כאן אכדהא
בכתובה וקדושין והי חלאל
ואזונדהא לפריה ורביה
פהדה מצוה ואללה לא
יקדר בעמל מצוה ואן כאן
פי זואגהא פסאד פהי עבירה
ואללה לא יקדר בעבירה
וכדלך הדא אלדי גזל מאל
פלאן או סרקה או כאנה
ואנכרה וחלף לה פי מאלה
אן קלנא אן אללה קדר עלי
הדא אן יצל לידה הדא
אלמאל ואן יכרג ען יד דלך
אלאכר פקד קדר באלעבירה
וליס אלאמר כדלך בל גמיע
אפעאל אלאנסאן אלאכתיאריה
פיהא בלא שך תוגד אלטאעה
ואלמעציה לאן קד בינא פי
אלפצל אלתאני אן אלאמר
אלשרעי ואלנהי אנמא הו פי
אלאפעאל אלתי ללאנסאן פיהא

nisi quòd multum in ea [interpretanda,] errent homines, existimantes [hominem] ad quædam è factis suis quæ sub electione cadunt, vi adigi, v. g. ut hanc talem in uxorem ducat, aut sint hæ opes in manu ipsius; quod minimè verum est; nam si mulierem istam libello contractûs & sponsalibus acceperit, est ea ipsi licita, eámque duxit *ad crescendum & multiplicandũ*, quod est præceptum. Deus autem non decrevit ut faciat quis præceptum: quòd si sequius factum fuerit aliquid in eâ ducendâ, est illud transgressio. Deus autem non decrevit ut fiat transgressio; similiter, qui rapinâ aut furto opes alterius abstulerit, aut eas fraude detentas abneget, & falsò illi ob eas juret, si dixerimus decrevisse Deum de isto ut in manus ipsius pervenirent opes istæ, aut è manu alterius istius elaberentur, jam transgressionem decreto stabilierit: at non ita se res habet, verùm in omnibus hominis actionibus quæ sub electione cadunt, est sine dubio Obedientia & Trangressio. Jam enim explicavimus c. 2. præcepta & interdicta legalia esse de factis in

quibus homini est electio ut faciat ea vel non faciat. Atq; in ista parte animæ est Timor Domini, nec est in manu Dei, sed permissa libero hominis arbitrio, uti explicatum. Eo ergò quod dicunt *Haccol, Omnia*, volunt res naturales in quibus nō est homini liberū arbitriū: v. g. ut sit procerus aut brevis aut ut descendat tempestas, aut sit annonæ caritas, aut corruptio aeris, aut salubritas, & ejusmodi, in omnibus quæ sunt in mundo, exceptis hominum motibus, & quiete. In sententia autem ista quam explicant Sapientes, scil. quòd obedientia & transgressio non sint à decreto Dei, neque voluntate ipsius, verum arbitrio hominis, secuti sunt disertum
Thren. 3. 38. *Jeremiæ* textum ubi dicit, *Ex ore excelsi non egreditur malum & bonum*: quoniam *malo* [innuuntur] malæ actiones; & *bono*, bonæ: acsi diceret, Deum non decrevisse ut agat homo mala, neque ut faciat bona. Cùm autem se ita res habeat, oportet hominem tristitiâ affici & plangere ob ea quæ commisit peccata & scelera, cùm libero arbitrio suo peccaverit; ita
v 39. dicit, *Cur dolet homo vivens,*

אכתיאר אן יפעלהא ואן לא
יפעלהא ופי הד̇א אלגז מן אלנפס
תכון יראת שמים ואינה בידי
שמים בל מצרופה לאכתיאר
אלאנסאן כמא בינא פקולהם אד̇א
הכל אנמא ירידון בה אלאמור
אלטביעיה אלתי לא אכתיאר
ללאנסאן פיהא מתל כונה
טויל או קציר או נזול שתא
או קחט או פסאד הוי או צחתה
ונחו דלך מן גמיע מא פי
אלעאלם מא עדי חרכאת
אלאנסאן וסכנאתה ואנמא הד̇א
אלגרץ אלד̇י בינוה אלחכמים מן
כון אלטאעה ואלמעציה לי בקדרה
תעאלי ולא במשיתה בל באראדה
אלשכץ פתבעוא פי ד̇לך נץ ירמיהו
והו קולה מפי עליון לא תצא הרעות
והטוב לאן רעות הי אלשרור
וטוב אלכיראת פקט אן אללה
לא יקדר באן יפעל אלאנסאן
אלשרור ולא אן יפעל אלכיראת
פאד̇א כאן אלאמר כדלך פחק
ללאנסאן אן יחזן ויתואיל עלי מא
פעל מן אלד̇נוב ואלאתאם אד̇ הו
גני באכתיארה פקט מה יתאונן
אדם

אדם חי נכר על חטאיו תם רגע
וקאל אן טב הדא אלמרץ באידינא
לאנא כמא עצינא באכתיארנא
כדלך לנא אן נדם ונרגע ען
אפעאלנא אלסו פקאל בעד דלך
נחפשה דרכינו ונחקורה
ונשובה עד יי׳ נשא לבבנו אל
כפים אל אל בשמים ואנמא
אקול אלמשהור ענד אלנאס
וקד יוגד פי כלאם אלחכמים
ופי נצוץ אכתב מתלה והו קיאם
אלאנסאן וקעודה וגמיע חרכאתה
במשיה אללה תעאלי ובאראדתה
פהו קול צחיח לכן עלי תגה
ודלך מתל מן רמא חגרא אלי
אלהוא פנזלת אלי אספל
פאן קלנא פיהא אן במשיה
אללה נזלת אלי אספל קול
צחיח לאן אללה שא אן תכון
אלארץ בגמלתהא פי אלמרכז
פלדלך מתי מא רמי מנהא גז
אלי פוק פהו יתחרך אלי אלמרכז
וכדלך כל גז מן אגזא אלנאר
יתחרך אלי פוק באלמשיה אלתי
כאנת פי אן הכון אלנאר
מתחרכה אלי פוק לא אן אללה שא

vir super peccato suo? deinde, sermonem convertens, dicit remedium hujus morbi esse in manibus nostris, quoniam sicut sponte peccavimus, ita & penès nos est ut pœnitentiam agamus, & à malis operibus nostris revertamur: dicit ergo postea, *Scrutemur vias nostras & inquiramus & revertamur ad Dominum, elevemus cor nostrum cum manibus ad Deum in cœlis.* Quod autem ad dictum omnibus notum, cui & similia reperiuntur in dictis Sapientum, necnon literis consignata, scil. Ut surgat homo vel sedeat, omnésque ejus motus fieri voluntate Dei atque arbitrio ejus; est & hæc sententia vera, sed certo modo, idque ut si projiciente quopiam lapidem in aerem qui deorsum descenderet, dicamus, descendisse illum voluntate Dei, verum est hoc dictum, quia voluit Deus ut terra tota in centro esset, ideóque cùm sursum projecta fuerit aliqua ejus pars, ea centrum versùs movetur; eodémque modo quælibet pars è partibus ignis movetur sursum eâ voluntate quâ factum est ut ignis moveretur sursum; non quod Deus nunc

de.num

demum cùm mota fuerit hæc pars terræ, voluerit ut deorsum moveretur. Atque hac de re discrepant Scholastici, quos audivi dicentes, voluntatem esse in omni re, de tempore ad tempus perpetuò; nos autem non ita sentimus, verùm voluntatem fuisse sex diebus Creationis, ac [exinde] res omnes juxta naturas suas continuè fluere, quemadmodum dicit, *Quod fuit, idem est quod erit, & quod futurum est, jam fuit; non est quid novum sub sole.* Atque hoc est quod Sapientes adegit ut dicerent De omnibus miraculis quæ ab ordinario rerum cursu deflectunt, quæ vel fuerunt, vel futura vi promissi sunt, præcessisse de ipsis voluntatem sex diebus Creationis, at tunc temporis naturæ rerum istarum inditum fuisse ut contingeret quod in illis contigit; quod cùm tempore illi præstituto contigit visum est esse rem recèns productam, non autem ita reverâ esse. Ac multum in hanc sententiam locuti sunt in *Midrash Koheleth* atque alibi. Porrò è dictis ipsorum in hunc sensum, est *Mundus secundùm ordinem suum procedit*, quin &

Eccl. 1. 9

אלאן חין חרכה הדא אלגז מן אלארץ אן יתחרך אלי אספל ופי הדא יתכאלפון אלמתכלמון לאנהם סמעתהם יקולון אלמשיה פי כל שי פי אלחין בעד אלחין דאימא וליס כדלך נעתקד נחן בל אלמשיה כאנת פי ששת ימי בראשית ואן אלאשיא כלהא תגרי עלי טבאיעהא דאימא כמא קאל מה שהיה הוא שיהיה ומה שנעשה הוא שיעשה ואין כל חדש תחת השמש ולדלך אלתגו אלחכמים אן יקולוא אן גמיע אלאיאת אלכארגה ען אלעאדה אלתי כאנת ואלתי סתכון ממא ועד בהא כלהא תקדמת אלמשיה בהא פי ששת ימי בראשית וגעל פי טבאע תלך אלאשיא מן דלך אלוקת חיניד אן יחדת פי הא מא חדת פלמא חדת פי אלוקת אלדי ינבגי טן פיה אנה אמר טרי אלאן וליס כדלך וקד אתסעוא פי הדא אלגרץ כתיר פי מדרש קהלת וגירה ומן קולהם פי הדא אלמעני עולם כמנהגו הולך ותגדהם דאימא

ראימא פי גמיע כלאמהם עליהם
אלסלאם יהרבון מן אן ינעלוא
אלמשיה פי שי שי ופי חין חין
ועלי הדא אלנחו יקאל פי אלאנסאן
אדא קאם וקעד אן במשיה
אללה קאם וקעד יעני אנה
געל פי טבאעה פי אצל וגוד
אלאנסאן אן יקום ויקעד
באכתיארה לא אנה שא אלאן
ענד קיאמה אן יקום ואן לא
יקום כמא לם ישא אלאן ענד סקוט
הדה אלחגר אן תסקט ואן לא
תסקט פגמלה אלכבר אנך
תעתקד אנה כמא שא אלה אן יכון
אלאנסאן מנתצב אלקאמה עריץ
אלצדר דו אצאבע כדלך שא אן
יכון יתחרך ויסכן מן תלקי נפסה
ויפעל אפעאלא אכתיאריה
לא גאבר לה עליהא
ולא מאנע לה מנהא כמא
בין פי כתאב אלחק וקאל מבין
הדא אלמעני הן האדם היה
כאחד ממנו לדעת טוב ורע וג'
וקד בין אלתרגום אלתפסיר
אן תקדירה ממנו לדעת
טוב ורע וכו' יעני אנה קד צאר

reperies ipsos semper in omnibus sermonibus suis sedulò cavere ne voluntatem[divinam]in singulis rerum ac temporum momentis statuant: atque hoc modo dicitur de homine cùm surgat aut sedeat, illum voluntate Dei surrexisse ac sedisse, nempe, Deum posuisse in natura ipsius cùm primùm crearetur homo, ut pro arbitrio suo surgeret & sederet; non quòd nunc[de novo]cùm surgat, voluerit ut surgeret aut non surgeret: sicut nec voluerit nunc cùm decidit lapis iste, ut caderet, vel non caderet. Summa ergò rei est, ut credas Deum sicut voluerit ut esset homo erectâ staturâ, lato pectore, digitis præditus, ita etiam voluisse ut pro libitu suo moveretur & quiesceret, & actiones sub electione cadentes, nullo ipsum ad eas cogente, vel ab iisdem cohibente faceret; uti in libro veraci explicatum est, ubi hanc sententiam explicans dicit, *Ecce homo factus est ut unus* Gen.3.22.
è nobis, ad sciendum bonum & malum,&c. Paraphrasis autem *Chaldaica* ita interpretatur sensum, ut vis [verborum] *E nobis ad sciendum bonum & malum*, hæc sit,

ואחר פי אלעאלם יעני נוע
ליס מתלה נוע אכר ישארכה
פי הדא אלמעני אלדי חצל
לה ומא הו אנה מן תלקי
נפסה יעלם אלכיראת ואלשרור.
ויפעל איהא שא ולא מאנע
לה מן דלך פאדא כאן הדא
פקד ימד ידה ויאכד מן הדה
אלשגרה ואכל וחי לעולם
פלמא לזם הדא פי וגוד.
אלאנסאן אעני אן יפעל.
באכתיארה אפעאל כיר ושר:
מתי שא לזם תעלימה טרק
אלכיר ואן יומר וינהי ויעאקב,
ויגאזא וכאן הדא כלה
עדל ולזמה אן יעוד נפסה
אפעאל אלכיראת חתי
תחצל לה אלפצאיל ויתגנב.
אפעאל אלשרור חתי תזול
ענה אלרדאיל אן כאן קד
חצלת ולא יקול קד חצלת
עלי חאלה לא ימכן תגיירהא
אד כל חאלה ימכן תגיירהא
מן אלכיר ללשר ומן אלשר
ללכיר והו אלמכתאר לדלך ונחו

הדא

quòd ipse jam factus fuerit unus in mundo, scil. species, cui nulla alia similis esset, quæ cum ipsa hoc respectu qui jam illi contigit communicaret: quísnam autem fuit ille? scil. quòd ipse pro arbitrio suo nota haberet bona & mala, ut utrum eorum vellet facere posset, nullo ipsum ab eo cohibente; quòd cùm ita esset extendere posset manum ut de ista [arbore] sumens ederet & viveret in æternum. Cum ergò hoc necessariò sequatur existentiam hominis, scil. ut pro arbitrio suo actiones bonas aut malas præstet quandocunque voluerit, necesse est ut in boni rationibus instituatur, útque præcipiatur ipsi & interdicatur, nec non puniatur & remuneretur; atq; hoc totum æquitati [consentaneum] est, ípsúmque oportet assuefacere se actionibus bonis quibus acquirantur ipsi virtutes, malas autem fugere, quò amoveantur, ab ipso vitia, si in ipso fuerint, neque dicat, Insedit mihi affectus qui mutari non possit, cùm omnis affectus mutari possit, & à bono in malum, & à malo in bonum, atque hoc ipsius arbitrio permissum sit. Et juxta

הדֹא אלמעני ומן אגֹלה גֹכנא
כל מא דֹכרנאה מן אמר
אלטאעה ואלמעציה ולקד בקי
עלינא גרץֹ נבינא פי הדֹא
אלמעני ודֹלך אנה גארת בעץֹ
נצוץ יתוהם פיהא אלנאס
אן אללה יקדר באלמעציה
ואנה יגֹבר עליהא ודֹלך
באטל פלנבינהא לאנה
כתֹיר מא כאץֹ אלנאס פיהא
מן דֹלך קולה לאברהם
ועבדום וענו אותם קאלוא
תראה קד קדר עלי אלמצריין
אן יטֹלמוא זרע אברהם
פלאי שי עאקבהם והם
באלצֹרורה לאבד להם אן
יסתכֹדמוהם כמא קדר וגֹואב
דֹלך אן הדֹא מתֹל לו קאל תעאלי
אן אלדֹין יולדון פי אלאתי
יכון מנהם אלעאצי ואלטאיע
ואלפאצֹל ואלשריר והדֹא
צחיח וליס בהדֹא אלקול
ילזם פלאן אלשריר אן יכון
שריר ולא בד ולא פלאן
אלפאצֹל אן יכון פאצֹל ולא בד
בלכל מן כאן מנהם שריר

hanc sententiam, ejúsque
gratiâ, attulimus omnia quæ
de obedientia & transgressio-
ne diximus. Unum nobis su-
perest hoc in argumento ex-
plicandum, scil. quòd occur-
rant quædam Scripturæ loca,
quibus in suspicionem addu-
cuntur homines Deum de-
crevisse de hominibus ut
transgrediantur, ipsósque ad
hoc cogere, quod planè fal-
sum est. Ut ergò ea explice-
mus, quia multum in iis er-
râtunt homines, in eorum nu-
mero est quod dicit *Abraha-* Gen. 15,
mo, Et servient illis, & af- 13.
fligent eos &c. dicunt, Vides
ipsum decrevisse de *Ægyp-*
tiis, ut injuriâ afficerent se-
men *Abrahami*, quare er-
gò vindictam de iis sumpsit,
cùm necessariò & inevitabi-
liter illos in servitutem redi-
gerent, prout ipse decreve-
rat? Responsum ad hoc est;
hoc perinde esse ac si di-
xisset Deus, ex iis qui postea
nascerentur futuros trans-
gressores & obsequentes, vir-
tute præditos & malos, quod
verum est: neque hoc di-
cto cogitur ὁ δεῖνα malus
ut sit inevitabiliter malus,
neque ὁ δεῖνα virtute præstans,
ut necessariò virtute præstet;
verùm quisquis ex ipsis ma-

 lus

lus est, sponte suâ talis est; quòd si vellet virtute præstare, possit, neque enim est quod ipsum impediat: eodémque modo quisquis virtute præstat, si vellet, malus esse posset, nullo impediente; historiæ enim istæ non adducuntur de hoc vel illo individuo, ut dicere possit de se decretum fuisse, verum generaliter affirmantur; ita ut permittatur unusquisque arbitrio suo, prout à natura comparatus est: atque ira unicuique *Ægyptiorum*, qui eos oppresserunt, & injuriâ affecerunt, si voluisset injuriâ illos non afficere, fuit equidem ipsi quod ad illud electio, quoniam non erat de individuo aliquo decretum ut injuriam faceret. Atque idem hoc responsum, quadrabit [& alteri illi loco] *Ecce tu cubabis cum patribus tuis, & surgens pop. iste fornicabitur post Deos terræ &c.* Nibil enim aliud hoc est quàm si dixisset, Illis, qui coluerunt Idola, ita faciemus, vel ita eos tractabimus. Nam si non esset omnino qui transgrederetur frustrà essent minæ, frustra etiam maledictiones omnes, nec non & pœnæ quæ in Lege occurrunt. Neque

פבאכ׳תיארה ולו שא אן יכון פאצ׳ל אלא וכאן ולא מאנע לה וכד׳לך כל פאצ׳ל לו שא כאן שריר למא כאן לה מאנע לאן אלאכ׳באר לם יג׳ען שכ׳ץ שכ׳ץ חתי יקול קד קדר עלי ואנמא ג׳א עלי אלעמום ובקי כל שכ׳ץ לאכ׳תיארה עלי. אצ׳ל אלפטרה וכד׳לך כל שכ׳ץ ושכ׳ץ מן אלמצריין אלד׳ין ט׳למוהם וג׳ארוא עליהם לו שא אן לא יט׳למהם אלא וכאן אלכ׳יאר לה פי ד׳לך לאנה לם יקדר עלי אלשכ׳ץ אן יט׳לם והד׳א אלג׳ואב בעינה הו אלג׳ואב פי קולה הנך שוכב עם אבותיך וקם העם הזה וזנה אחרי אלהי נכר הארץ פאן לא פרק בין ד׳א ובין קולה מן עבד עבודה זרה נפעל כדה ונצנע לאנה אן לם יכן ת׳ם אבדא מן יתעדי פכאן אלתחדיר עבת וכאן תכון אלקללות כלהא עבת וכד׳לך אלקצאצאת אלתי פי אלשריעה פלים

פליס כונה חכם אלסקילה
פי אלתורה נקול אן הוא
אלדי חלל את השבת
מגבור עלי תחלילה ולא
באקללות ילזם אן נקול אן אלדין
עבדוא עבודה זרה והלכו
בהם הלך אקללות קדר עליהם
בעבאדתהא בל באכתיארה
עבד כל מן עבד פנזל בה
אלעקאב גם המה בחרו
בדרכיהם וג' גם אני אבחר
בתעלוליהם וג' אמא קולה
וחזקתי את לב פרעה וג'
תם עאקבה ואהלכה פפיה
מוצע כלאם ויחצל מנה
אצל כביר. פתאמל כלאמי פי
הדא אלגרץ ואגעל . באלך
מנה ואקרנה בכלאם כל מן
תכלם פיה ואכתאר לנפסך
אגוד ולך אן פרעה ושיעתה
לו לם יכן להם דנב גיר אלדי
לם יטלקוא ישראל לכאן
אלאמר משכל בלא שך
לאנה קד מנעהם מן אן יטלקוא
כמא קאל כי אני הכבדתי
את לבו ואת לב עבדיו וג'

ideò quod judicium lapidationis in lege invenimus, dicemus istum qui sabbatum profanaverit coactum fuisse ad illud profanandum; neque ob maledictiones opus est ut dicamus illos qui Idola coluerunt adeò ut caderent in ipsas maledictiones, coactos fuisse ad ea colenda, verùm sponte suâ coluit ea quicunque coluit, & in quem descendit pœna. *Etiam illi* [inquit] *elegerunt vias suas &c. ego etiam &c.* Verùm quod ad dictum ejus; *Et indurabo cor Pharaonis*; post quod vindictam de eo sumpsit, ipsúmque perdidit, est in illo sermoni [dilatando] locus; & ab eodem magnum oritur fundamentum. Perpende ergò quid in hanc sententiam dicturus sum, illíque animum appone, cúmque omnium qui de eo locuti sunt dictis conferas, ut tibi quod optimum videtur seligas. Hoc autem est, scil. quòd si *Pharaoni* & asseclis ejus non fuisse aliàs culpa nisi quòd *Israelem* non dimitterent, esset res sine dubio difficilis; quoniam ipse [Deus scil.] cohibuit illos ne dimitterent, sicut dixit, *Quoniam ego induravi cor ejus, & cor servorum ejus.*

Ex.4.21.

Ex.10.1.

Deinde petiit ab ipso ut illos dimitteret quos coactus fuit non dimittere, ipsúmque quòd non dimitteret unà cum populo suo punivit ac perdidit; quod cum speciem habet injustitiæ, & contradicere [videtur] omnibus à nobis præmissis, restat dicendum non ita se rem habuisse, sed *Pharaonem* & populum ipsius libero arbitrio suo transgressos fuisse sine ulla omnino vi aut coactione, & peregrinos qui inter ipsos erant, oppressisse, illísque injuriam manifestam intulisse,
prout disertè asserit, *Et dixit*
Ex. 1. 9. *ad populum suum, Ecce populus*
10. *filiorum Israelis &c. Agite,*
prudenter agamus cum ipsis &c.
Hoc autem factum ab ipsis sponte suâ & malo ipsorum consilio prodiit, neque ulla ipsis quod ad hoc coactio incubuit: ideóque hæc ipsis à Deo ob illud inflicta est pœna, ut ipsos à pœnitentia cohiberet, quò caderet in ipsos pœna justitiæ ipsius consentanea. Illud enim pœna ipsorum, & cohibitio à pœnitentia, fuit ut non dimitterent ipsos. Atque hoc declaravit illi Deus & notum fecit. Quod si illos tantùm educere voluisset, ipsum & po-

תם יטלב מנה אן יטלקהם והו
מגבור אן לא יטלק תם יעאקבה
למא לם יטלקהם ויהלכה
ויהלך שיעתה הוא כאן יכון
גור ומנאקץ לכל מא תקדם נא
לכן בקי אן ליס אלחאל הכדא בל
אן פרעה ושיעתה עצוא
באכתיארהם דון קהר ולא גבר
וטלמוא אגרבא אלדין כאנוא
בין טהורהם וגארוא עליהם
גורא מחצא כמא קאל
ובין ויאמר אל עמו הנה
עם בני ישראל רב ועצום
ממנו הבה נתחכמה לו וג׳
והדא אלפעל כאן מנהם
באכתיארהם ובסו ראיהם
ולם יכן עליהם פי הדא
גבר פכאן עקאב אלה להם עלי
דלך אן ימנעהם מן אלתובה
חתי יחל בהם מן אלעקאב
מא אוגב עדלה אן דלך
עקאבהם ומנעהם מן אתובה
הו אן לא יטלקהם וקד בין
אללה לה דלך ואעלמה
אנה לו אראד אכראגהם
פקט לכאן קד אבאדה הו
ושיעתה

ושיעתהא וכאן יכרגון ואנמא
אראד מע אכראגהם אן
יעאקבהם עלי טלמהם אלמתקדם
כמא קאל פי אול אלאמר
וגם את הגוי אשר יעבודו דן
אנכי וג׳ ולא ימכן עקאבהם
אן תאבוא פמנעוא אלתובה
פצארוא יתמסכון בהם והו
קולה כי עתה שלחתי את ידי וג׳
ואולם בעבור זאת העמדתיך וג׳
ולא ילזמנא שנאעה פי קולנא
אן אללה קד יעאקב אלשכץ
באן לא יתוב ולא יתרך לה
אכתיאר פי אלתובה לאנה
תעאלי יעלם אלדנוב ותוגב
חכמתה ועדלה קדר עקאב פקד
יעאקב פי אלדניא פקט וקד יעאקב
פי אלאכרה פקט וקד יעאקב פי
אלדארין גמיעא ויכתלף עקאבה
פי אלדניא קד יעאקב פי אגסם או
פי מאל או פיהמא גמיעא וכמא
יעטל בעץ חרכאת אלאנסאן
אלאכתיאריה עלי גהה אלעקאב
כמתל אן יעטל ידה ען אבטש
כמא פעל בירבעם או עינה מן
אלאבצאר כמא פעל באנשי

pulum ipſius perdere potuiſſet, ut ita exirent; verùm hoc jam voluit, ut unà dum educeret illos de ipſo, ob injuriam illis antea illatam, pœnas ſumeret, ſicut in principio hiſtoriæ dicit, *Atque etiam gentem cui ſervient judicabo ego*. Gen. 15, 14. Non potuiſſet autem punire ipſos ſi pœnitentiam egiſſent: cohibiti ergò à pœnitentia ipſos detinuerunt, ſicut dicit, *Quia nunc immittam manum meam &c. Ac certè propter hoc ſuſcitavi te &c.* Exod. 9. 15, 16. Neque ad abſurdum cogemur, dum dicimus, Deum hoc punire aliquem ut non reſipiſcat, neque permittat ipſi liberum arbitrium ad reſipiſcendum, cùm & Deus peccata noverit, & ſapientia & juſtitia ipſius pœnæ menſuram ſtatuant. Punit autem aliàs in hoc mundo tantùm, aliàs in futuro tantùm, aliàs in utroque ſimul. Diſcrepat etiam pœna ejus in hoc mundo, dum aut in corpore aut facultatibus, aut utriſque ſimul punit; aut dum aliquem è motibus hominis voluntariis ratione pœnæ tollit, e. g. cùm manum ejus ineptam reddit ad prehendendum, ut fecit in *Jeroboamo*; aut oculum ipſius ad videndum, ut fecit

סדום אלמתמעין עלי לוט
כדלך יעטל מנה אכתיאר
אלתובה חתי לא ינוע להא
בוגה ויהלך בדנבה וליס
ילזמנא אן נעלם חכמתה
חתי נעלם לאי שי עאקב כהדא
אלנחו מן אלעקאב ולם יעאקב
באנחו אכר כמא לא נעלם
מא אסבב אדי געל אן יכון
להדא אלנוע הדה אלצורה ולם
תכן לה צורה אכרי לכן
אלגמלה כי כל דרכיו משפט וג׳
ויעאקב אלמדנב עלי קדר דנבה
וינאזי אלמחסן עלי קדר אחסאנה
פאן קלת פלאי שי טלב מנה
אלאטלאק לישראל אמרה בעד
אלמרה והו ממנוע מן דלך
באן תנזל אלאפאת עליה והו
באקי עלי לגגה כמא קלנא אנה
עוקב באן יבקי עלי לגגה ולא
יטלב מנה עבת מא לא
יקדר אן יפעלה פהדא כאן
איצא לחכמה מן אללה תעאלי
ליעלמה אן אכתיארה אדא
אראד אללה אן יבטלה
פהו יבטלה פקאל לה אן
אטלב

fecit in *Sodomæ* incolis qui contra *Lotum* congregati fuerant: eodem modo tollit etiam ab eo libertatem pœnitentiæ, ne ad eam ullo modo moveatur, sed in peccato suo pereat. Neque opus est nobis ut perspectam habeamus sapientiam ipsius adeò ut sciamus quam ob causam hunc hoc pœnæ genere, non autem alio, afficiat, uti nec scimus quid in causa fuerit ut sit huic speciei hæc forma, non alia. Verùm summa hæc est, quòd *Omnes viæ ipsius judicium sint, & de peccatore pœnas juxta mensuram peccati sui sumat, & bene facientem pro ratione bonorum ipsius operum remuneret*. Quod si dixeris, Quare ergò illum dimittere *Israelem* vice post vicem jussit, cùm ab ipso cohibitus esset? Ut nempe descenderent in ipsum plagæ perstante ipso in obduratione sua (sicut diximus hoc punitum fuisse ipsum, ut persisteret in pertinacia sua;) neque enim ab ipso frustra requirendum erat [illud] quod facere non potuit; hoc etiam ipsum fuit à sapientia divina, ut doceret ipsum, potuisse Deum etiam liberum ejus arbitrium cùm vellet tollere. Dicit ergo illi

אטלב מנך אטלאקהם ולו
אטלקת אלאן נגית לכנך לא תטלק
חתי תהלך פכאן יחתאג הו אן
ינעם חתי יבדי אלכלאף לדעוי
אלנבי אנה ממנוע מן אן ינעם
פלם יסתטע פכאן פי ד̇לך
איה עט̇ימה מש̇הורה ענד
גמיע אלנאס כמא קאל
ולמען ספר שמי בכל הארץ
אן אללה קד יעאקב אלאנסאן
באן ימנעה אכ̇תיאר פעל
מא ויעלם הו בד̇לך ולא
יסתטיע מג̇אד̇בה נפסה
ורדהא אלי ד̇לך אלאכ̇תיאר
ועלי הד̇א אלוגה בעינה
כאן עקאב סיחון מלך חשבון
פאנה למא תקדם מן
עציאנה אלגיר מגבור עליהא
עאקבה אללה באן מנעה
אללה מן אג̇אבה ישראל
חתי קתלוה והו קולה ולא
אבה סיחון מלך חשבון
העבירנו בו וגו' ואלד̇י צעב
הד̇א עלי אלמפסרין כלהם
בט̇נתהם אן סיחון ועוקב בכונה
לם יתרך ישראל יגוזו עלי

Requiro ego abs te, ut dimittas illos, & si dimiseris illos, evasurus es, tu autem non dimittes, ut perdaris: oportebat ergò ipsum gratiam illis facere, ut ita manifestò contrairet dicto Prophetæ [affirmantis] ipsum cohibitum fuisse ne illis gratiam faceret, at non potuit. Qua in re miraculum fuit insigne, omnibus conspicuum (sicut dixit, *Ut declaretur nomen meum in* Ex. 9. 16.
tota terra) quod puniret Deus hominem impediendo ipsum liberè aliquid facere, cùm ipse illud sciret, nec posset animam suam eripere eámque libertati restituere, atque eodem prorsus modo se habuit pœna *Sihonis* Regis *Heshbon*; nam & ipsum, ob rebellionem suam quâ priùs peccaverat non coactus, punivit Deus impediendo ipsum quo minùs *Israeli* annueret, adeò ut ipsum interficerent: atque hoc est quod dicit, *Et noluit Sihon permit-* Num. 21.
tere ut transirent per ipsum, 23.
quoniam obduraverat Dominus Deus spiritum ejus &c. Illud autem quod fecit ut hoc difficile videretur omnibus interpretibus, est, quod putarent *Sihonem* ideo punitum, quòd non permitteret *Israelem*

Ii

בלארה פקאלוא כיף יעאקב
והו מגבור כמא טנוא אן
פרעה עוקב הו ושיעתה
למא לם יטלק ישראל וליס
אלאמר אלא כמא בינא אן
פרעה ושיעתה כאן עקאבהם
ענד אללה עלי מא תקדם
מן טלמהם אן לא יתובוא
חתי תנזל בהם גמיע תלך
אלאפאת וכאן עקאב סיחון
עלי מא תקדם מן טלמה
או גורה פי ממלכתה אן
ימנע מן אגאבה ישראל חתי
יקתלונה וקד בין אללה עלי
יד ישעיה אנה תעאלי קד
יעאקב בעץ אלעאציין באן
ימנעהם אלתובה ולא יתרך
להם פיהא אכתיאר כמא
קאל השמן לב העם הזה
ואזניו הכבד ועיניו השע
ושב ורפא לו והדא נץ גליל
לא יחתאג אלי תאויל בל
הו מפתאח אקפאל כתירה
ועלי הדא אלאצל יגרי קול אליהו
עליה אלסלאם ען אלכאפרין מן
אהל

lem transire per regionem ipsius. Dicunt ergò, Quomodo punitur cum coactus fuerit [ita facere?] sicut putarunt *Pharaonem* ac populum ipsius ideo punitos fuisse quod *Israelem* non dimitterent; Res verò non aliter se habet atque explicavimus, scil. *Pharaoni* & populo ejus pœnam ob injustitiam ipsorum præcedentem, à Deo inflictam, hoc fuisse ne pœnitentiam agerent, adeo ut in ipsos omnes plagæ istæ descenderent. Et fuisse pœnam *Sihonis* ob oppressionem & injustitiam ipsius in regno suo præcedentes, hanc ut cohiberetur quo minus annueret *Israeli*, ut ita ipsum è medio tollerent. Porrò, declaravit Deus per *Isaiam* punire se quosdam transgressorum hoc, quòd cohibeat ipsos à pœnitentia, nec ipsis quod ad illam, liberum arbitrium permittat, sicut dixit, *Impingua cor populi*
Isa. 6.10. *istius, & aures ejus aggrava, & oculos obline, &c. nec revertatur & medeatur ei &c.* Est autem textus iste manifestior quàm ut ullâ egeat interpretatione, verùm est ipse clavis ad multas seras [recludendas;] & juxta hoc fundamentum fluit dictum illud *Eliæ* c. p. de infidelibus istius tem-

אהל עצרה ואתרה הסיבותה
את לבם אחורנית יעני אנהם
למא עצו באראדתהם פכאן
עקאבך להם אן תזיל קלובהם
ען טריק אלתובה ולם תתרך
להם אכ̇תיאר ולא אראדה
פי תרך הדה אלמעציה
פראמוא לאגל דלך עלי כפרהם
נחו קולה חבור עצבים אפרים
הנח לו יעני הו צארק צאחבאן
באכ̇תיארה וחבהא עקאבה
אן יתרך עלי חבהא והו.
מעני הנחלו והדא מן גרר
אלתפאסיר למן יפהם רקה
אלמעאני ואמא קול ישעיה
למה תתענו יי מדרכיך
תקשיח לבנו מיראתך פהו
כ̇ארג ען הדא אלגרץ̇ כלה
ולא יתעלק בשי מן הדא
אלמעני ואנמא גרץ̇ דלך
אלכלאם בחסב מא נא
קבלה ובעדה אנה תשכא
מן אלגלות וגרבתנא
ואנקטאענא ותלבה אלמלל
עלינא פקאל מתשפעא
יא רב אדא ראו הדה אלחאלה

poris, *Et tu convertisti corda* Reg. 18,
eorum retrò : i. e. hæc in ipsos, 37.
postquam sponte suâ errârunt, fuit pœna tua ut amoveres corda ipsorum à via resipiscentiæ quo minùs relinqueretur ipsis liberum arbitrium, aut voluntas ad deserendam hanc rebellionem, quamobrem permanserunt in infidelitate sua, secundùm illud quod dicit, *Socius Idolo-* Hos. 4.17
rum Ephraim; sine ipsum: i. e. Amicus fuit Idolis sponte suâ eâque amavit: pœna ipsius est ut amori ipsorum relinquatur: atque hic est sensus [verborum] *Dimitte eum.* Hæc autem Interpretatio è præstantissimis [videbitur] illi qui sensuum acumen intelligit. Quod ad dictum autem *Isaiæ*, *Quare errare facis* Is. 63, 17.
nos Domine à viis tuis, indurare fecisti cor nostrum à timore tuo? est illud ab hoc proposito prorsus alienum, neque cum ullâ hujus significationis [parte] affinitatem habet. Verum scopus istius loci, secundùm rationem antecedentium & consequentium, est, quòd dum de captivitate & excidio nostro, déque gentium in nos dominio queratur, intercedens dicat, O Domine, cùm viderint hoc

 modo

modo prævalere ipſis infideles, errârant à viis veritatis, & declinavit cor ipſorum à timore tuo, perinde ac ſi tu in cauſa eſſes ſtultis iſtis recedendi à veritate: juxta dictum *Moſis* Doctoris noſtri,
Deut. 29. 24. *Et dicent omnes gentes quæ audierint rumorem hunc, quia non potuit Dominus &c.* ideóque poſt hæc dixit, *Revertere propter ſervos tuos, tribus hæreditatis tuæ*: i. e. ne exiſtat *profanatio nominis* [divini:] & ſicut in [prophetis] duodecim explicat dictum eorum qui ſecuti ſunt veritatem cùm ſubjugarentur à gentibus tempore exilii, ubi verba ipſorum referens dicit, *Omnis qui facit*
Malac. 3. 14. *malum bonus eſt in oculis Domini, iiſque ipſe delectatur, aut ubi eſt Deus judicii?* quin & refert quæ præ extremitate captivitatis à nobis prolata ſunt: *Dixiſtis, fruſtra eſt colere Deum, & quid prodeſt quòd*
v. 18. *obſervaverimus mandatum ipſius, & quod inceſſerimus atrati coram Domino exercituum? & nunc nos beatos prædicamus ſuperbos, &c.* quod explicat dicens, futurum ut Dominus manifeſtum faciat veritatem, dicitque, *Et convertimini & diſcernetis inter juſtum & improbum, &c.* Atque hi ſunt textus obſcuri

מן גלבה אלכפאר טלוא מן
טרק אלחק ואגרת קלובהם
ען כופך פכאנך אנת אלדי
תסבב להאולאי אלגהאל
אלכרוג ען אלחק נחו קול משה
רבנו ואמרו כל הגוים אשר
שמעו את שמעך לאמר מבלתי
יכולת יי' וג' ולדלך קאל בעד הדא
שוב למען עבדיך שבטי נחלתך
יעני חתי לא יכון תם חלול
השם וכמא בין פי תרי עשר
קול הבאע אלחק אלמגלובין
מן אלגוים פי זמאן אלגלות פקאל
יחכי קולהם כל עושה רע טוב
בעיני יי' ובהם הוא חפץ
או איה אלהי המשפט וחכי מן
קולנא איצא מן שדה אלגלות
אמרתם שוא עביד אלהים
ומה בצע כי שמרנו משמרתו
וכי הלכנו קדורנית מפני יי'
צבאות ועתה אנחנו מאשרים
זדים גם נבנו עושי רשעה וג'
פבין וקאל אנה תעאלי סיבין
אלחק יקאל ושבתם וראיתם בין
צדיק לרשע וג' והדה אלפסוקים

ri

אלמשכלה פי אלתורה ואלמקרא
אלתי תוהם אן אללה יגבר עלי
אלמעאצי פקד ב נא מענאהא
בלא שך והו תבין צחיח ענד
שרח אלתאמל ובקינא עלי
אצולנא אן אלאנסאן בירה
אלטאעה ואלמעציה והו אלמכיר
פי אפעאלה מא שא אן יפעלה
פעלה ומא שא אן לא יפעלה
לא יפעלה אלא אן יעאקבה
אללה עלי דנב ארנב באן
יבטל משיתה כמא בינא
ואן אכתסאב אלפצאיל בירה
פלדלך ינבגי לה אן יחרץ
ויגתהד לנפסה פי אכתסאב
אלפצאיל או ליס מעגרה מחרך
יחרכה נחהוא מן כארג והו קולהם
פי אדאב הדה אלמסכתא אם אין
אני לימי לי ולם יבק מן הדה
אלגרץ אלא מעני יגב אלכלאם
פיה קלילא חתי יכמל גרץ
אלפצל ואן כנת לא אריד אן
אוקע פיה כלאם בוגה
לכן קד דעת אלצרורה אלי
דלך והו עלם אללה באשיאת

ri in Lege & Scriptura, qui opinari [aliquos] faciunt, Deum [homines] ad transgrediendum cogere, quorum sensum genuinum sine dubio aperuimus, explicatione quæ seriâ consideratione vera [deprehendetur,] atque ita fundamentis nostris insistimus liberóq; ejus arbitrio sc. in hominis potestate sitam esse obedientiam & transgressionem, permissas esse actiones suas, ut quicquid libuerit facere, faciat, & quicquid noluerit facere, non faciat, (nisi hoc ipso ob delictum aliquod quod commiserit punierit ipsum Deus, ut tollat arbitrium ipsius, sicut ostensum est,) atque acquisitionem virtutum & vitiorum penès ipsum esse; quare oportet ipsum se ad acquirendas virtutes irritare & excitare, cùm non sit exterius aliquod impellens, quod ipsum ad eas impellat: atque hoc est quod dicunt inter hujus libri monita, *Si non ego mihi, quis mihi?* Nec superest jam de hoc argumento, præter unum quæsitum, de quo paucis agendum est, quo absolvatur capitis hujus scopus, cujus noluissem [equidem ullam omnino mentionem facere, sed postulat necessitas ut faciamus: éstque illud [de] scientia Dei quâ res novit. Hoc

enim argumentum urgent contra nos illi qui existimant hominem ad obediendum, & transgrediendum cogi: atque omnes ipsius actiones [ejusmodi esse] ut nón sit ipsi in illis liberum arbitrium, cùm arbitrium ipsius ab arbitrio Dei pendeat. Quod autē ad ita credendum adigit est, quód dicat [quis] Vel novit Deus utrum hic homo futurus sit bonus aut malus, vel non novit: quód si dicas, Novit; sequitur aut illum coactum esse ad habitudinem istam induendam, quam præscivit Deus; aut esse Dei scientiam prorsus incertam: Sin dicas, illum non præscivisse illud, sequentur absurda magna ac diruentur muri. Audias ergò quid dicam, illúdque diligenter perpendas, utpote quod, absq; dubio, verum est. Hoc scil. manifestum esse in scientia Theologica, (Metaphysica sc.) Deum Exc. non scire per scientiam, neque vivere per vitam, ita ut sint ipse & scientia res [duæ,] quemadmodum homo & scientia sua [se habent:] Homo enim aliud est à scientia, & scientia aliud ab homine: sunt ergò res duæ. Quód si Deus sciret per scientiam, sequeretur

לאנהא אלחגה אלתי יחתג עלינא בהא מן יזעם אן אלאנסאן מגבור עלי אלטאעה ואלמעציה ואן גמיע אפעאל אלאנסאן לא אכתיאר לה פיהא אד ואכתיארה מעלק באכתיאר אלה ואלדי דעא להדא אלאעתקאד אנה יקול הדא אלשכץ עלם אללה הל יכון צאלח או טאלח או לם יעלם פאן קלת עלם לזם אן יכון מגבור עלי תלך אלחאלה אלתי עלמהא אלה מן קבל או יכון עלמה גיר עלם חקיקי ואן קלת אנה לם יעלם דלך מן קבל לזמת שנאעאת עטימה ואנהדמת אסואר פאסמע מני מא אקולה ותאמלה גדא אנה אלחק בלא שך ודלך אנה קד כאן פי עלם אלאהי אעני מא בעד אלטביעה אן אלה תעאלי ליס הו עאלם בעלם ולא חי בחיאה חתי יכון הו ואלעלם שיאן מתל אלאנסאן ועלמה לאן אלאנסאן גיר אלעלם ואלעלם גיר אלאנסאן פהמא אתנאן פלו כאן אלה עאלם בעלם ללזמת

ללזומה אכתרה ולכאן יאוליין
כתירין אלה ואלעלם אלדי
בה יעלם ואלחיאה אלתי בהא
הו חי ואלקדרה אלתי בהא
הו קאדר וכדלך גמלה צפאתה
ואנמא דכרת לך חגה קריבה
תקרב מן פהם עאמה אלנאס
ואלא פאלחגג ואלדלאיל
אלתי תבטל הדא פהי קויה גדא
וברהאניה פצח. אנה תעאלי
צפאתה וצפאתה הו חתי יקאל
אלעלם והו אלעאלם והו אנה
אלמעלום והו אלחיאה והו
אלחי והו אלדי ימד דאתה
אלחיאה וכדלך סאיר אלצפאת
והדה מעאני צעבה לא תטמע
פי פהמהא עלי אלכמאל מן
סטרין תלתה מן כלאמי ואנמא
יחצל לך מנהא אלאכבאר
פקט ולהדא אלאצל אלעטים
לא תגיז אלעבראניה קול חי
יי כמא קאלוא חי נפשך חי
פרעה אעני אסם מצאף
אד אלמצאף ואלמצאף אליה

indè multiplicitas, esséntque plures æterni, Deus scil. & scientia quâ scit, & vita quâ vivit, & potentia quâ potens est, atque ita quod ad cætera ejus attributa. Argumentum autem facile, quod & vulgus hominum facilè intelligat, in medium protuli, cùm aliàs argumenta & probationes quæ hanc sententiam evertant valida admodum sint, & demonstrativa. Constat ergò Deum Excelsum esse attributa sua, & attributa sua ipsum, adeò ut dicatur ipsum esse scientiam, ipsum scientem, & ipsum illud quod scitur: ipsúmque esse vitam, & ipsum viventem, & ipsum illud qui essentiam suam extendit [in] vitam; & similiter in reliquis attributis. Hæ autem notiones difficiles sunt, quas non est quod speres te perfectè intellecturum è duabus aut tribus sermonis mei lineis, verùm ut ad te proveniat aliquod tantùm earum indicium. Porrò ob hoc fundamentum magnum non permittit lingua Hebraica dicere *Chei Adonai, Per vitā Domini*, sicut dicunt, *Chei Naphsheca, per vitā animæ tuæ; Chei Pharaoh, per vitam Pharaonis, viz:* nomine constructo, cùm constructum & illud

שיין מתגאירין ולא יצׄאף
אלשי לנפסה ולמא כאנת
חיאה אללה הי דׄאתה
ודׄאתה חיאתה וליסת שי
אכׄר גירה לם יקולוהא באצׄאפה
בל קאלוא חי יי פאלגרץׄ
אנה וחיאתה שי ואחד וקד
תבין איצׄא פי מא בעד
אלטביעה אנא לא טאקה פי
עקולנא לתחיט בונודה תעאלי
עלי אלכמאל והדׄא לכמאל
וגׄודה ונקצאן עקולנא וליס
לוגׄודה אסבאב יעלם בהא
ואן תקציר עקולנא עין אדראכה
כתקציר נור אלבצר עין אדראך
נור אלשמס פאן ליס דׄלך לצׄעף
נור אלשמס בל לכון הדׄא
אלנור אקוי מן אלנור אלדׄי יריד
אן ידרכה ותכלם פי הדׄא
אלגרץׄ כתיר והו כלה
אקאויל צחיחה בינה פילזם
לדׄלך אן לא נעלם עלמה
איצׄא ולא נחיט בה בוגׄה
אדׄ הו עלמה ועלמה הו והדׄא
אלמעני הו גריב עגיב והו אלדׄי

illud quocum construitur, res duæ distinctæ sint, neque res cum seipsa construatur. Cùm ergo sit vita Dei essentia ipsius, & essentia ejus vita ipsius, neque res alia ab ipso, non adhibent ipsam in statu regiminis: verùm dicunt *Chai Adonai, vivens Dominus*: Intentio ergò [nostra] est Deum & scientiam esse rem unam. Quinetiam ostensum est in *Metaphysicis*, non esse intellectibus nostris possibile ut perfectè essentiam Dei Exc. comprehendant: idque ob perfectionem essentiæ ipsius, & intellectuum nostrorum defectum, cùm non sint essentiæ ipsius causæ per quas sciatur. Defectus autem intellectuum nostrorum in eo apprehendendo est instar defectûs luminis visûs ad apprehendendam lucem Solis: Neque est hoc ob debilitatem lucis Solis, verùm quòd lux ista fortior sit luce quæ eam apprehendere vult. Multa autem in hanc sententiam dixit, quæ omnia perspicuè vera: ideóque necessariò sequitur etiam, nos non scire scientiam ejus, neque eam ullatenùs comprehendere, cùm ipse sit scientia sua, & scientia sua ipse. Atque hæc est notio rara & mira, quæ cùm

ipsos

פאתהם פהלכוא לאנהם
עלמוא אן וגודה תעאלי עלי
אלכמאל אלדי הו עליה לא
ידרך וטלבוא אן ידרכוא
עלמה תחתי יקע תחת עקולהם
והדֿא מא לא ימכן אדֿ לו
אחטנא בעלמה אחטנא
בוגודה אדֿ אלכל שי ואחד
לאן אדראכה עלי אלכמאל
הו אן ידרך כמא הו פי וגודה
מן אלעלם ואלקדרה ואלאראדה
ואלחיאה וגיר דֿלך מן אוצאפה
אלגמילה פקד בינא אן אלפכר
פי אדראך עלמה גהל מחץ
גיר אנא נעלם אנה יעלם
כמא נעלם אנה מוגוד
פאדֿא סאלנא כיף הו עלמה
קלנא אנא לא נדרך דֿלך
כמא אנא לא נדרך וגודה
עלי אלכמאל וקד אנכר עלי
מן ראם אדראך עלמה
תעאלי וקיל לה החקר אלוה
המצא אם עד תכלית
שדי תמצא פתחצל מן גמיע
מא קלנאה אן אפעאל אלאנסאן

ipsos fugeret perierunt. Nôrunt enim essentiam Dei perfectam, quâ in se est, non posse apprehendi. Studuerunt ergò apprehendere scientiam ipsius, quò sub intellectu ipsorum caderet, quod & impossibile est. Nam si comprehenderemus scientiam ipsius, comprehenderemus etiam essentiam ipsius, cùm utræque res una sint. Perfecta enim ejus apprehensio ea est, ut apprehendatur sicut ipse in se est, [respectu] scientiæ, potentiæ, voluntatis, vitæ, aliorúmque ejus attributorum præstantium. Jam autem explicavimus omnem de apprehendenda ipsius scientia cogitationem meram esse stultitiam, ultra quàm ut sciamus ipsum scire, sicut scimus ipsum esse: Si autem interroget [quis,] Quomodo se habet scientia ipsius? respondemus, nos illud non apprehendere, sicut nec perfectè apprehendimus essentiam ipsius. Vitio autem vertit [Deus] illis qui desiderant apprehendere scientiam ipsius, atque illis dictum est, *Num investigatione Deum invenies? Num usque ad perfectionem Omnipotentem invenies?* Job. 11.7 Constat ergò ex his omnibus quæ diximus, actiones hominis

minis ipsius [arbitrio] permissas esse, ac penès ipsum esse ut sit vel virtute præstans, vel malus, ita ut non cogat ipsum Deus ad alterutram harum habitudinum inclinare, ideóq; necessaria esse ipsi præcepta, institutionem, apparatus, remunerationem, pœnam : neq; est in his omnibus difficultas. Quod autem ad descriptionē scientiæ Dei, & apprehensionis quâ omnia [apprehendit,] res est quam non capiunt intellectus nostri, sicut ostendimus. Atq; hæc summa est eorum quæ in hoc capite afferre statuimus. Jam autem tempus est ut sermoni huic finem imponam, & ad tractatum istum, cui hæc capita à nobis præmissa sunt, explicandum pergam.

בכאלה אליה ולה אן יכון
פאצ׳לא או שריר מן גיר גבר מן
אללה לה עלי אחד אלחאלתין
ולדלך לזם אלתכליף ואלתעלים
ואלאסתעדאד ואלגזא ואלעקאב.
וליס פי דלך כלה אשכאל
אמא צפה עלמה תעאלי
ואדראכה לגמיע אלאשיא
פעקולנא תקצר ענה עלי
מא בינא והדה גמלה מא
קצדנא תחצילה פי הדא
אלבאב וקד אן לי אן אקטע אלכלאם
הנא ואכד פי שרח הדה
אלמסכתא אלתי להא קדמנא
הדה אלפצול

Soli Deo Gloria.

אלמקדמה.



מקדמה שרח סדר קדשים להרמבם׳

R. Mosis Maimonidis *Præfatio in* Seder Kodashim.

אירת כאן אקדם
ר כלאם פי אקסאם
אלקראבין וחצר
אנואעהא קבל אבתדאי בשרח
הדא אלסדר ודאעי לדלך ואן
כאן תקסימהא אמר בין וכלה
נצוץ אלתורה וליס ימכן אן יותי
פי דלך בגריבה ולא בדקיק
נטר כון הדא אלאמר אעני
אלקרבנות קד תלף בעונותינו
שרבו ולא ינטר פיה אלא
אלקליל מן אלנאס ולא יתכרר
דכרה עלי אלאנסאן ואן נטר פיה
אד ליס תם עמל יוגב לה
אלתכראר ולא יסאל ען שי
מנה ראסא חתי אסתוי פי
דלך אלעאלם אלכביר ואלגאהל
מן אלעאמה וצאר אכתר
אלתלמידים לא יעלם מן



Visum est mihi, antequam hujus ordinis explicationem aggrediar, de Oblationum divisione, & specierum earum enumeratione sermonem præmittere. Ad quod faciendum me invitavit, quod licèt ipsarum divisio res sit manifesta totáque disertis Scripturæ verbis [explicata,] adeò ut non possit de eâ quis, ne post accuratam ipsius inspectionem, novi aliquid proferre, res tamen ipsa (Oblationes inquam) ob iniquitates nostras quæ multæ sunt, jam deperdita sit, ut pauci admodum ei animum advertant, nec subinde occurrat alicui, etiamsi adverterit, ejus mentio, cùm nihil jam agatur quod eandē sæpiùs in memoriam revocari faciat, nec de ea quis penitùs ulla ex parte consulatur, adeò ut quòd ad ipsam eadem sit doctrinâ præstantis, & imperiti cujusvis è plebe, ratio, nec de Obla-

 tionibus

tionibus sciat maxima studiosorum pars, vel ea quæ multis Scripturæ textibus explicantur. Hoc in genere est, quòd quæ ex animalibus sunt Oblationes è quinque tantùm ipsorum speciebus [desumantur.] viz. ovibus, bobus, capris, columbis parvis, & turturibus grandioribus. Oblationum autem species quatuor sunt, Holocaustum, Sacrificium pro peccato, pro delicto, pacificorum, aut quod ejusdem cùm eo rationis sit. Nec ulla omnino in lege nostra oblatio occurrit, sive privati alicujus, sive totius cœtûs, quæ non sit vel harum quatuor specierum una aliqua, vel è pluribus composita. Quod ad Holocaustum, illud totum igne absumitur, cujuscunque tandem generis fuerit, sive privati alicujus, sive totius cœtûs Oblatio; neque aliunde desumitur quàm ex ovibus, bobus, aut capris, masculis. Est etiam è turturibus & columbis; in his autem nulla inter marem & fœminam discrepantia. Sacrificiorum pro peccato duo sunt genera, alia, sc. quorũ partes lege præcepta offeruntur, reliquum verò comedunt in atrio generis Sacerdotalis mares; alia quo-

קרבנות ולו מא נאת פיה אלנצוץ
אלכתירה פמן דלך אן קראבין
אלחיואן תקרב מן כמסה אנואע
מן אלחיואן פקט מן אלגנם
ואלבקר ואלמאעז וצגיר אלחמאם
וכביר אלימאם ואנואע
אלקראבין ארבעה והי אלעולה
ואלחטאת ואלאשם
ואלשלמים ומא ישבההא
וליס פי שריעתנא קרבן
כונה לא קרבן יחיד ולא
קרבן צבור גיר אחד הדה
אלארבע אנואע או מגמועהא
אמא אלעולה פהי תחרק
כלהא עלי אי צפה כאנת
בן קרבן יחיד או קר צבור ולא
תכון אלא מן דכור אלגנם
או אלבקר או אלמאעז ותכון מן
אלחמאם ואלימאם ולא פרק
פיהמא בין אלדכר ואלאנתי
ואלחטאת קסמין מנהא
מא יקרב מנה אלאמורין
ויאכל זכרי כהונה אלבקיה בעזרה
ומנהא מא תחרק בקיתהא

כמא

כמא כנבין ותכון מן אלדכור
ואלאנאת ומן אנואע אלחיואן
אלכמסה איצא ואלאשם יקרב
מנה אלאמורין ויאכל זכרי
כהונה אלבקיה בעורה
ולא יכון גיר מן דכור אלגנם
פקט מנה מן כבירהא
וכנבין ומנה מן צגירהא
דלך וליס פי קרבנות הצבור
אשם ואנמא הו קרבן יחיד
אברא ואלשלמים תקרב
מנהא אלמורין פקט פאן
כאנת קרבן יחיד אכד מנהא
אלכהנים חזה ושוק ויאכל
אצחאבהא אלבקיה פי גמיע
ירושלם אעני בקולי אצחאבהא
אנהא יחל אכלהא לגמיע
ישראל רגאל ונסא ואן
כאנת קרבן צבור יאכלון
אלכהנים אלבקיה בעזרה
ולזכרי כהונה פקט ולא
תכון מן אלטיר אצלא אעני
מן אלימאם ואלחמאם בל
אנמא קרבת אלשלמים מן
סאיר אלתלתה אנואע מן
כבירהא וצגירהא מן דכורהא

rum residuum etiam crematur, sicut ostensuri sumus, quæque tam è masculis quàm è fœminis sumuntur, idque sine discrimine, è quinque illis animalium speciebus. Sacrificii pro delicto offeruntur partes lege præscriptæ, reliquum in atrio comedunt Sacerdotes masculi, neque aliunde desumitur quàm ex ovibus masculis, aliàs grandioribus, aliàs minoribus, quod & explicaturi sumus. Non est autem omnino inter Oblationes cœtûs, oblatio pro delicto, sed est ea semper privati oblatio. Pacificorum offeruntur tantùm partes. Quòd si privati fuerit oblatio, accipient de ea Sacerdotes pectus & armum residuum comedentibus iis qui obtulerunt qualibet urbis *Hierosolymitanæ* parte. Intelligo autem, cùm dico eos qui obtulerunt, licitum esse cuilibet *Israelitæ* iis vesci, tam viris quàm fœminis; sin totius cœtûs oblatio fuerit, residuum comedent Sacerdotes, in atrio, viz: generis Hieratici mares: neque è volucribus omnino offeretur, scil. è columbis & turturibus: sed è reliquarum trium specierum sive majoribus, sive minoribus, sive ma-

scûlis

ſculis ſive fœminis. Ita & omnes oblationes cœtûs, è tribus iſtis ſpeciebus erunt, non è columbis & turturibus. *Immurim* autem, ſeu partium quarum meminimus, nomen cadit in res illas quæ ſuper altari cremantur, è Sacrificiis pro peccato, & delicto, & pacificis, quæ eo ſe habent, quem diſcripturus ſum, modo. Si ſpecies è quâ offeruntur Pacifica, boum fuerit, igne abſumetur de oblatione totum illud operimentum adipoſum quod alvum interiùs obtegit, nec non renes cum ipſorum adipe, & jecoris reſiduum quod eſt extremitas quædam parva è corpore ipſius inſtar pollicis è manu prominens. Eædem prorſus res cremantur etiam de pacificis quæ è ſpecie caprinâ fuerint: quòd ſi de ovillâ fuerint, ultra hæc comburitur etiam cauda integra una cum vertebris cum ea conjunctis, ſúntque eæ vertebræ inter duo femora mediæ, quas vocat laniorum vulgus Spinam dorſi. Porrò res iſtæ quæ de pacificis comburuntur, pro ratione ſpeciei è qua ſunt, uti oſtendimus, eædem prorſus etiam in ſacrificiis pro peccato & delicto igni tra-

ואנאת׳הא וכ׳דלך גמיע קרבנות
הצבור אנמא תכון מן אלת׳לת׳ה
אנואע לא מן אלימאם ואלחמאם
ואלאמורין אלתי קדמנא דכרהא
הו אסם ואקע עלי אלאשיא
אלתי תחרק על גבי המזבח מן
אלחטאת ואלאשם ואלשלמים
ותלך אלאשיא הי עלי מא אצף
אן כאן אלנוע אלד׳י קרב מנה
אלשלמים נוע אלבקר פיחרק מן
אלקרבן גמיע הד׳א אלשחם אלד׳י
עלי אלגוף מן דאכ׳לה ואלכ׳ליתין
בשחמהמא חיארה אלכבד והו
אלטרף אלצגיר אלבארז מן גרמה
כאלאבהאם מן אליד והד׳ה אלאשיא
בעינהא הי אלתי תחרק מן
אלשלמים אן כאן מן נוע אלמאעז
אמא אן כאן מן נוע אלגנם פיחרק
מזידא אלי הד׳ה אלאשיא אליה
בגמלתהא מע אלפקאר אלמתצלה
בהא והי אלפקאר אלתי בין אלורכין
והי אלתי יערפהא גמלה אלד׳באחין
באלשורתא ואלאשיא אלתי
תחרק מן אלשלמים עלי חסב
אלנוע אלד׳י הו מנה כמא
בינא הי באעיאנהא תחרק
מן

מן אלחטארת ואלאשם דון זיאדה
דון נקצאן והדה כלהא תתסמי
אמורין יעני אלאשיא אלתי אמר
בחרקהא ואקדם הנא מקדמה
וחיניד אכד פי תקסים אלקראבין
קסמה תאניה פאקול אן חית
מא קאל אלדה פי אלקראבין כבש
או כשבה או כשב או כבשים פהו
אבן עאם מן אלגנם ואסם שה ואקע
על נוע אלגנם ונוע אלמאעז פאדא
קאל איצא שה בן שנה פמסמועה
צגיר אלגנם וצגיר אלמאעז וחית
מא קאל איל או אילים פהו אבן
סנתין מן דכור אלגנם וחית מא
קאל פר או פרים פהו אבן תלת
סנין מן אלבקר ואדא קאל. עגל פהו
אבן סנה ושעיר עזים יתסמי בעד
אלסנה וסיבין דלך כלה פי מסכת
פרה מן סדר טהרות תם אקול
בעד הדא אן אלקראבין תנקסם מן
גהה אכרי אלי ארבעה אנואע
קרבן צבור וקרבן יחיד וקרבן צבור
שביה בקרבן יחיד וקרבן. יחיד
שביה בקרבן צבור אמא אלקסם
אלאול והו קרבן צבור .פהי

-duntur sine additione vel detractione: atque hæc omnia appellantur *Immurin*, i. e. res quas cremare jubemur. Uno autem hîc præmisso, pergam ad aliam quandam oblationum distinctionem. Dico ergò, ubi dixit Dominus de oblationibus loquens, *Cebes*, *Cisbah*, *Ceseb*, aut *Cebasim*, [Agnum, Agnam, vel Agnos,] intelligendam esse ovem anniculam; nomen autem *Seh*, [pecus,] speciei tam ovillæ quàm caprinæ attribui. Ubi dicit etiam *pecus annicula*, de ovibus aut capris minoribus intelligi; ubi *Ail*, aut *Ailim*, [Aries vel Arietes,] de ove bimulâ masculâ; ubi *Par* aut *Parim*, [Juvencum aut Juvencos,] bovem * trimum; ubi autem *Egel*, [vitulū] anniculum, *Shair izzim* [hircus caprarum] post annum hoc nomen sortitur. Declarabuntur hæc omnia in tractatu *Parah*, classis *Taharoth*. His præmissis dico, Oblationes alio respectu in quatuor species dividi, Oblationem cœtûs, Oblationem privati, Oblationem cœtûs quæ similis est oblationi privati, & Oblationem privati quæ similis est oblationi cœtûs. Primum divisionis membrum, viz; oblatio cœtûs eas continet obla-

* In margine annotatur alibi ab eo *Bimum* dici.

כאן עדד אלעולות ארבע עשרה
שני תמידין ושני כבשים למוסף
שבת ואלעשר מוסף ראש חודש
ושעיר חטאת מן גמלה מוסף
ראש חודש אלגמלה כמסה
עשר שיא אמא קראבין
אלפצול כמא נץ אלכתאב
ודלך אן פי איאם חג המצות
טול אלסבעה איאם יקרב כל
יום זאיד עלי שני תמידין ועלי
מוסף שבת פי אלשבת מתל
מוסף ראש חודש ודלך תורין
וכבש וסבעה כרפאן כלהא
אלעשרה עולות ושעיר חטאת
הכרא יקרב פי כל יום מן אלסבעה
ויזאד עלי דלך פי אליום אלתאני
מן איאם חג המצות והו יום
הנפת העומר כבש לעולה ופי
יום עצרת יקרב זאיד עלי אלתמידין
צרבין מן אלקראבין אחדהמא והו
מוסף היום מתל מוסף ראש חודש
ודלך שני פרים ואיל ושבעה
כבשים כלהא עולות ושעיר
לחטאת ואלצרב אלתאני
יקרב מע שתי הלחם כמא
בין אלנץ ודלך פר ושני אלים

erant tum holocautomata, numero quatuordecim; duo scil. Sacrificia jugia, duo agni Sabbati gratiâ additi, & decem illa quæ novilunii additamentū sunt, cum Hirco in Sacrificium pro peccato, ad idem spectante: quæ omnia quindecim erant res [offerendæ.] Porrò, Oblationes Festorum, ita se habent, ac disertè statuit Scriptura viz, Tempore festi azymorum per septem dierum spatium quotidiè offerebatur, ultra duo jugia, & ultra additamentum Sabbati in Sabbato, instar additamēti Novilunij, sc. duo tauri, aries, septem agni; quæ omnia decem holocausta conficiunt, & hircus in sacrificium pro peccato: hæc è singulis septem dierum offerenda erant. At ultra hæc die festi istius secundo, qui est dies agitationis manipuli, agnus in holocaustum. Die autem Congregationis offerebantur, ultra jugia, duæ Oblationum species, una (in additamentum sc. diei istius) instar additamenti Novilunii. viz. Duo juvenci, aries, & septem agni in holocautomata, & hircus in sacrificium pro peccato. Altera, cum duobus panibus offerenda, prout in textu declaratum, scil. Juvencus, duo

 Arietes

ושבעה כבשים כלהא עולות
ושעיר לחטאת ושני כבשים
שלמים פיכון גמלה מא
יקרב יום עצרת ארבעה עשר
כרופא עולות וכרופין שלמים.
והלתה תיראן עולות ותלתה
כבאש עולות איצא וענזין
חטאת גמלה דלך. ארבעה
ועשרין שכצא ופי יום ראש
השנה יקרב זאיד עלי ﭏתמירין
ומוסף ראש חורש אלדי תקדם
דכרה פר ואיל ושבעה
כבשים כלהא עולות ושעיר
עזים לחטאת ופי יום צום כפור
יקרבון ﭏצבור פר ואיל ושבעה
כבשים כלהא עולות ושעיר חטאת
מתל מוסף ראש השנה סוי ויקרבון
איצא שעיר חטאת אכר ﭏדי
קסימה. שעיר המשתלח והוא
ﭏשעיר יחרק כמא בין ﭏנץ
ויקרב פי אליום אלאול מן חג
הסכות זאיד עלי ﭏתמירין תלתה
עשר תורא וכבשין וארבעה עשר
כרופא כלהא עולות ושעיר
לחטאת גמלה עדד אלאשכאץ
תלאתון. והכדא הו קרבן כל יום
מן :·

Arietes,& septem Agni, omnia in holocausta, Hircus in Sacrificium pro peccato,& duo agni in pacifica. Ita eorum quæ die Congregationis offerebantur summa erat, agni quatuordecim, in holocausta; agni duo in pacifica; tres tauri, ut & tres arietes in holocausta; duo hirci, in sacrificium pro peccato; omnia numero viginti quatuor. Die primo anni, ultra jugia, & additamentum novilunii jam memorata, offerebantur juvencus, aries,& septem agni in holocausta, cum hirco caprarum in sacrificium pro peccato. Die jejunii expiationis offerebat cœtus juvencum, arietem, & septem agnos, omnia holocausta, hircum in sacrificium pro peccato, prorsus instar additamenti initii anni, nec non hircum alium in sacrificium pro peccato (is cui eâdem sorte consociatus erat hircus ἀποπομπαῖος) qui eâ quâ describit Scriptura, ratione comburendus erat. Die primo festi Tabernaculorum, ultra jugia, offerebantur boves tredecim, arietes duo, agni quatuordecim, holocautomata omnes: hircus in sacrificium pro peccato. Omnia offerenda numero triginta. Eodem modo se habebat cujuslibet è septem

מן שבעה ימי החג אעני שני
אלים וארבעה עשר כבשים
ושעיר חטאת אמא אלפרים
פינקץ עדדהא ואחר כל יום
חתי יג׳י קרבן אליום אלסאבע
פרים שבעה אלים שנים
כבשים ארבעה עשר כלהא
עולות ושעיר חטאת אגמלה
ארבעה ועשרין שכצא״ ופי אליום
אלתאמן יקרב זאיד עלי אלתמידין
פר ואיל ושבעה כבשים
כלהא עולות ושעיר לחטאת
והדה אלקראבין אלתי דכרנא
אנהא תקרב פי הדה אלאיאם
אלמרסומה הי אלתי תתסמי מוסף
היום לאנהא תקרב דלך אלנהאר
זאיד עלי אלשני תמידין פאן אתפק
וקוע אי יום מנהא יום סבת קרב
מוסף היום בעד מוסף שבת חתי
אדא כאן ראש השנה יום אלסבת
פאנהם יקרבון אולא תמיד
של שחר ובעדה מוסף שבת
ובעדה מוסף ראש חורש
ובעדה מוסף היום ובעד
דלך תמיד שלבין הערבים
פאחפט הדא אלאצל וסיבין פי

diebus Festi, oblatio. viz. duo arietes, agni quatuordecim, hircus in sacrificium pro peccato; De juvencorum autem numero singulis diebus detrahebantur singuli, adeò ut diei septimi oblatio esset juvenci septem, arietes duo, agni quatuordecim, omnes in holocausta, cum hirco in sacrificium pro peccato: omnium summa viginti quatuor. Die octavo offerebatur, ultra jugia, juvencus, aries, septem agni; omnes holocausta; & hircus in oblationē pro peccato. Oblationes istæ quas diximus constitutis istis diebus oblatas fuisse, appellantur Additamentum diei [istius,] quia sc. die isto offerebantur ultra duo jugia. Quòd si contingeret quemlibet dierum istorum cum Sabbato coincidere, offerebatur additamentum diei post additamentum Sabbati; adeò ut si dies anni primus esset Sabbatum, offerrent primò, juge matutinum; dein additamentum Sabbati; ac postea additamentum novilunii; ac post illud additamentum diei; dein ultimo loco juge inter duas vesperas offerendum. Hanç autem regulam observa, quæ & postea cap: decimo *Zebachim* elucidabitur.

dabitur. Hæ sunt in genere, oblationes cœtûs, quæq; continuè sine additione aut detractione offerebantur; eæque omnes Sabbatū loco pellebant, & immunditiem, prout in tractatu *Pesachim* ostensum est. Jam autem tibi notum est, non esse inter oblationes cœtûs, Pacifica, duobus tantum diei Congregationis agnis exceptis, nec inter ea omnino esse Sacrificium pro Delicto, & ex oblationibus cœtûs duas esse species sacrificiorum pro peccato, quarum sc. unius residuū comedebatur, alterius cremabatur; cujusmodi erat, hircus diei expiationis tantùm.

Species secunda, quæ est oblatio Privati, quinquefariam dividitur. Primò, cùm tenetur privatus oblatione ob factum aliquod quod patraverit, aut verba quæ protulerit. Secundò, cùm incumbat ipsi oblatio ob statum aliquem [corporis] qui ipsi contigerit. Tertiò, cùm ob aliquid quod facultatibus ipsius contigerit, offerenda ipsi sit. Quartò, cùm temporis alicujus noti periodus illam ab ipso offerri requirat. Quintò, cùm se sponte ad illam offerendum obligat. Prima harum Classis eo se habet quem descripturus

עאשר זבחים והודה הי קרבנות
הצבור באטלאק והי אלתי תקרב
ראימא לא תזיד ולא תנקץ והי
כלהא דוחין את השבת ואת
הטומאה עלי מא בינא פי פסחים
וקד באן לך אן ליס פי קרבנות
הצבור שלמים גיר שני כבשי
עצרת פקט ואן ליס פיהא אשם
אצלא ואן פי קרבנות הצבור
נועי אלחטאת אעני אלתי תוכל
בקיתהא ואלתי תחרק בקיתהא
והו שעיר של יום הכפורים
וחדה ואלנוע אלתאני והו קרבן יחיד
ינקסם כמסה אקסאם אלקסם
אלאול אן ילזם אליחיד
קרבן עלי פעל יפעלה או
קול יקולה ואלקסם אלתאני
אן ילזמה קרבן עלי חאלה
מן אלחאלאת תטרקה
ואלקסם אלתאלת אן ילזמה
דלך בחאלה מא פי מאלה
ואלקסם אלראבע אן ילזמה דלך
בחלול זמאן מעלום ואלקסם
אלכאמס אן ילזם דלך נפסה
תברעא מנה אמא אלקסם
אלאול פהו כמא אצף ודלך
אן

אן אלכרתות אלמדכורה פי אלתורה
סתה ותלאתין עלי מא עדד פי
אול כרתות מנהא תלתה לא
ילזם מן תעדי עליהא קרבן והי
מן עטל פסח בזמנו או עטל
אלכתאן או מגדף וקד בינא עלה
דלך פי אלתאני מן מסכת הוריות
וסנבינה איצא פי אול כרתות
ובקיה אלתלאתה ותלאתין כל
מן תעדי מנהא עלי ואחדה
בשוגג לזמה קרבן חטאת ואן שך
הל עמל או לם יעמל לזמה אשם
תלוי גיר מטמא מקדש וקדשיו
פאנה לא ילזמה על לא הודע
אשם תלוי כמא יתבין פי אול
כרתות ומן גמלה הדה אלתלאתה
ותלאתין דנב אלתי ילזם פי כל
ואחד מנהא קרבן כמא דכרנא
עבודה זרה ומטמא מקדש
וקדשיו ואמא צפה אלקרבן אלדי
יקרב פי אלשגגה אלחאדתה
פי אחדי הדה אלמצוות פכמא
אצף אן כאן הדא אליחיד
שגג פי עבודה זרה פיקרב

sum modo, viz. Cùm Excidii causæ, quarum in lege fit mentio, triginta sex sint prout primo tractatus *Ceritoth* [de Excidiis] capite enumeratæ sunt, harum tres sunt in quibus qui transgressus fuerit nullâ tenetur oblatione, viz. qui Pascha tempore suo celebrare neglexerit, qui circumcisionem omiserit, & blasphemus(cujus rei causam ostendimus capite secundo tractatûs *Horaioth*, atque insuper primo capite *Ceritoth* explicaturi sumus,)reliquarum verò triginta tribus quicunque in una aliquâ per errorem peccaverit Sacrificium pro peccato offerre tenetur, vel si dubitaverit fecerit néene, Sacrificium pro delicto dubium, excepto eo qui Sanctuarium & sacra ipsius polluerit : neque enim ille ob ignorantiam sacrificio ob delictum dubio tenetur, uti cap. primo *Ceritoth* declarabitur. Jam verò è numero peccatorum istorum triginta trium ob quorum singula debetur sacrificium, sunt Idololatria, & qui Sanctuarium,& res ejus sacras polluerit. Ratio autem Sacrificii ob errorem qui in horum præceptorum aliquo contigerit, eo se habet, quem descripturus sum, modo . Si Privatus iste per errorem in Idololatria peccaverit, tum qui

אלשוגג עז ברת שנתה לחטאת
סוי כאן הדא אליחיד מלך או
הדיוט או כהן משיח ואן שגג פי
טומאת מקדש וקדשיו פיקרב
כשבה או שעירת עזים פאן לם
יקדר עלי דלך לצעף אלחאל פיקרב
שתי תורים או שני בני יונה אחד
עולה ואחר חטאה כאן צעף
ען דלך פיקרב עשירית האיפה
כמא בין אלנץ וסוי איצא
פי הדה אלשגגה כאן אלשוגג
מלך או הדיוט או כהן משיח
ואן כאנת אלשגגה פי אחד
אלתלאתין דנב אלבאקיה פפי
דלך יקע אלתקסים בין
אלשוגגים אן כאן אלדי שגג
פי ואחד מנהא יחיד מן סאיר
אלנאס והו אלדי סמאה
אלכתאב מעם הארץ פילזמה
שעירת עזים או נקבה מן
הצאן לחטאת ואן כאן נשיא
והו אלמלך אלדי ליס פוק
אמרה אמר פיקרב שעיר עזים
ואן כאן אלשוגג כהן משיח
ועלי אלשראיט אלתי תבינת
פי אלתאני מן הוריות פיקרב
פר

כלים ואנמא ינגס אכלים ומשקין
פקט ונץ אלגמר פי אול כמא ד אב
מטמא אדם וכלים וולד אכלים
ומשקין מטמא אדם וכלים לא
מטמא ובאלאחרי ואלאנדר אן
יכון אלאב מטמא אכלין ומשקין
לכן משקין טמאין כאצה הי
תנגס אלכלים לא אלאדם ואן כאנת
ולד טומאה ופי מסכת פרה מן
הדא אלסדר יבין דלך והנאך
קיל כל ולד הטמאות אינו מטמא
כלים אלא משקה ואעלם אן הדה
קציה מנעכסה והי כל אב
טומאה מטמא אדם ובגדים
וכל מא הו מטמא אדם ובגדים
פהו אב הטומאה פאחפט הדא
אנה אצל עט'ים אסתכרג בעד
אסתקרא גמיע אנואע אלטמאות
ואד קד כאן ואתצח אן כל ולד
טומאה לא יתמא כלים גיר

immundum, ipse secundus ex [sententia] Magistorum evadit; atq; ex hoc conjecturã sumas, ad reliqua quæ commemoravimus intelligenda. Lex autem omnibus immunditiei Patribus communis est, quòd homines & vasa polluant, cùm nullá proles vel homines vel vasa sed cibos tantùm & liquores polluat. Sic expressè dicitur in *Gemara* initio c. *Kama*, *Patrem polluere hominẽ & vasa; prolem cibos & liquores polluere, at non hominem & vasa:* Quantò magis ergò Pater polluet cibos & liquores? Verũ liquores immundi privatim, polluunt vasa at non homines, etiámsi proles immundiciei fuerint, ut in tr. *Parah* hujus ordinis explicabitur, ubi dictum est, *Nulla immunditiei proles polluit vasa excepto liquore.* Sciendmúque est esse propositionem istam convertibilem, sc. Omnis Pater immunditiei polluit hominem & vestes, & Omne quod polluit homines & vestes est Pater immunditiei. Hoc autem fac memoriâ teneas cùm sit magni momenti fundamentum, quod elicitum est demum post inquisitionem in omnes immunditiei species factam. Cùm autem jam palàm & manifestum fuerit nullam immunditiei prolem polluere vasa, excepto li-

quore, qui [folus] polluit vasa, idque ex instituto Magistrorum, uti ostendimus; pariterque ex Lege cibum non polluere cibum, neque unquam tertium esse nisi ex præscripto Magistrorum, prout necessariò [sequitur] cùm ubi Pater pollueret vasa, aut hominem, evadat vas illud aut homo iste primum, hoc autem primum cibos tantùm & liquores (uti præmissum est) polluat, sitque cibus iste secundus ex lege etiam, neque aliud polluat quò illud tertium efficiat nisi ex instituto Magistrorum, (uti diximus,) idque eâ conditione ut sit *Terumah*, non autem profanum quid, cùm non sit in profanis ultra secundum [ad polluendum,] uti jam dictum, juxta illud quod explicavimus c. 5. tr. *Sotah*, manifestū est etiam primum & secundum aliàs esse ex Lege, alias à Magistris, eo quo ostensum est modo; tertium autem & quartum semper esse à Magistris etiámsi Pater à quo originem ducunt sit ex [præscripto] Legis uti ostendimus: ideóque dixerunt *futurum est sæculum quod mundam carnē pronunciabit placentam tertiam cui non est ex lege fundamentū*. Ex eorum etiam numero quæ prolem immunditiei statuerunt in ipso decreti fundamento

טמשקה פאנה יטמא כלים וד׳לך מרבנן כמא בינא וכד׳לך איצ׳א מן התורה אין אוכל מטמא אוכל פלא יכון שלישי אבדא אלא מרבנן צ׳רורה לאן טאב אדא אנגס טכלי או טאדם רגע ד׳לך טכלי או טאדם ראשון והד׳א אלראשון ינגס אכלין ומשקין פקט כמא תקדם פיכון טאוכל שני דאוריתא איצ׳א ולא ינגס הדא טאוכל גירה פירדה שלישי טא מרדבנן כמא אצלנא ובשרט אן תכון תרומה לא חולין לאן ליס פי טחולין גיר שני. פקט כמא תקדם עלי מא בינאה פי כאמס שוטה פקד באן אן ראשון ושני קד יכונאן דאוריתא וקד יכונאן דרבנן עלי מא בינא אמא שלישי ורביעי פהי אבדא דרבנן ולו כאן טאב טרי הי מנסובה טיה דאוריתא עלי בינאה ולד׳לך קטוא עתיד דור אחר לטהר את הככר השלישי שאין לו עקר מן התורה ומן גמלה מא געלוה איצ׳א ולד טומאה פי. אצל אלגזרה בשר

בשר תאוה פאנה קד תבין
פי תוספת נדה אן בשר תאוה
געלוה שלישי לטומאה אברא
ואן כאן לם ינתגס ראסא והנאך
קיל גזרו עליו שיטמא את
הידים חזרו וגזרו עליו שיטמא
במגע׃חזרו וגזרו עליו שיהא
כנבלה עצמה מטמא במשא
תם קאלוא אנה תאכל
מן קולהם אנה טהור לתרומה
אעני לא ינגסהא וינגס אלקודש
והדא הו חכם שלישי
לטומאה כמא דכרנא
ופי טומאת משקין אצל
כביר ינבגי אן אדכרה הנא
בעד אן אקדם אן. אלמשקין
אלתי תקבל. אלנגאסה ותנתגס
פי נפסהא הו שבעה משקין
פקט והי אלתי תכשיר אוכלין
לטומאה והי אלמא ואלטל
ואלזית ואלכמר ועסל אלנחל
כאצה ואללבן ואלדם ומא סוי
הדה מן אלמאיעאת מתל
עצארה אלרמאן ואלאגאץ ומא
אללימו ואלדלאע ועסל אלקצב
ודהן אללוז ואלשירג וגירהא מן אלמיאה ׃אלעסול ואלאדהאן לא תקבל
נגאסה ·

est Caro desiderii. Siquidem in *Tosephet Niddah* declaratum est statuisse ipsos Carnem desiderii perpetuò tertium fore ad polluendum, licèt non omnino polluta fuerit. Ibidem dictum est, statuisse ipsos ut manus polluat, deinde statuisse etiam ut polluat contactu, deinde ut instàr cadaveris ipsius polluat gestatu, deinde dixerunt, summam dicendorum esse, quòd sit munda respectu *Terumæ*, i, quòd ipsam non polluat, cùm polluat quod sanctum est, quæ tertii in polluendo est ratio uti diximus. Est autē in immunditie liquorum magni momenti fundamentum, cujus oportet hoc loco mentionem facere, ubi præmiserim liquores qui recipiant immunditiem atq; in se polluantur septem tantum esse, eos nempe qui cibos ad immunditiem disponant, nempe Aquam, Rorem, Oleum, Vinum, Mel (apum privatim,) Lac, Sanguinem; quoslibet autem alios liquores, veluti Mustum malogranatorum, & pyrorum, aquam limoniorum, & cucurbitarum, mel è calamis expressum, oleum amygdalorum, & sesaminum cum aquis, mellibus, oleísque aliis immunditiem

נגאסה בוגה ולומדברי סופרים
כמא נצת אלמשנה פי חארי עשר
תרומות עלי מא בינאה הנאך פארא
אנתגס אחד הדה באב הטומאה
או בולד הטומאה פאן דלך
אלמשקה יציר ראשון לטומאה
ולא יכון שני ועלי אנה אנתגס
בולד הטמאה וכדלך לו דנא
הדא אלמשקה במשקה אחר
פאן דלך אלמשקה אלתאני יציר
ראשון איצא מתאל דלך אן יכון
אנסאן קד נגע בשרץ פהו ראשון
לטומאה בלא שך פאדא נגע
דלך אלאנסאן בזית מתלא
אנגסה ואדא נגע אלזית בעסל
נגסה ואן כאן אלזית לם
יכאלטה ואדא נגע דלך אלעסל
במא אנגסה ויציר אלזית ואלעסל
ואלמא כל ואחד ראשון לטומאה
וכדלך לו תסלסל אלאמר אלי אלף
משקה אלכל ראשון מתל אן
ינצם זית בעסל ועסל בזית אכר
ואלזית אלתאני בלבן ואל בעסל
וכדא אלי לא נהאיה אלכל ראשון
ופי תוספתא טבול יום קאלוא
אחד משקה שנטמא באב
הטומאה ואחד משקה שנטמא בולד הטומאה הרי זה תחלה
לעולם

omnino non recipere, nec quidem ex instituto Scribarum, uti expresse *Mishnah* c. 11. tr. *Teramoth* quemadmodum ibi explicavimus. Cúmq; pollutum fuerit horũ aliquod vel à Patre vel prole immunditiei, fit liquor iste primum ad polluendum, at non secundum, etiamsi à prole immunditiei pollutum fuerit; similiter si appropinquaverit liquor iste alii liquori, alter etiam ille primus evadet. Exempli loco, ubi tetigerit homo reptile erit ipse sine dubio primũ quid ad polluendum; quòd si tetigerit homo iste e. g. oleum, illud polluet; & si tetigerit oleum istud mel apum, illud polluet etsi non fuerit ei commistum; & si deinde tetigerit mel istud aquam eam polluet; eruntque oleum, mel, aqua, singula primum ad polluendum; atque ita si ordine procedatur usque ad mille liquores, omnes erunt primi ordinis, ut si e. g admoveatur, oleum melli, & mel oleo alteri, & oleum istud secundum lacti, & lac rursus melli, eodémque modo in infinitum, omnia hæc prima censentur. Ita in *Tosephta Tebul Yom* dixerunt. *Eodem modo se habent liquor pollutus à Patre immunditiei & liquor pollutus à prole immunditiei,*

לעולם מטמא את חברו וחברו
את חברו אפילו הן מאה חוץ
ממשקה טבול יום שהן פסולין
ואינן מטמאין וקד תקדם לנא
אן אלשי אלדי לא ינגס גירה
יתסמי פסול וסיבין פי מסכת
טבול יום אן טבול יום והו
אלשכץ אלדי נטמא וטבל קבל
אן יעריב שמשו פאנה פי
דלך אלנהאר אלדי ינתט׳ר גרוב
שמסה מתל אלשני ואדא
אנצ׳ם באוכל תרומה פסלה
אנהא תציר שלישי ושלישי
בתרומה פסול כמא תקדם
וכדלך אדא אנצ׳ם טבול
יום במשקה תרומה פאנה
יפסל דלך אלמשקה ויציר שלישי
כמא באן פי אול פסחים פי
קולהם שמן שנפסל בטבול
יום אמא משקה חולין פליס
ינגסה טבול יום ראסא לאן
שלישי שבחולין טהור לגמרי
וסיאתי פי מסכת טבול יום
מן הדא אלכדר כלאם
הדא נצה קדרה מלאה
משקין ונגע בה טבול יום

Semper enim principium est quod sibi adjunctum polluit, ut & illud aliud sibi adjunctum polluat, si vel centum fuerint, exceptis liquoribus, eodem die loti, cùm ipsi illegitimi sint, at non polluant. Jam autem à nobis dictum est illud quod non immundum reddit aliud appellari *Pasul* [illegitimum,] útque ostendetur in tract. *Tebul Yom* טבול יום *Tebul Yom* (quo [nomine indicatur] ille qui cùm pollutus fuerit abluerit se ante occasum solis) eo die quo solis occasum manet esse instàr secundi; & si conjunctus fuerit cibo de *Terumah* [sumpto] eum illegitimum reddere, cùm evadat tertius; tertium autem in *Terumah* sit illegitimum ut jam dictum. Eodémque modo quando conjunctus fuerit eo die ablutus liquori *Terumæ*, ipsum illegitimum efficit ita ut fiat tertius, ut patet è c. 1. tract. *Pesachim*, ubi dicunt *Oleum quod illegitimũ factũ est ab eo die abluto.* Quòd si liquor communis fuerit haudquaquam polluit ipsum eo die ablutus, quoniam tertium in profanis planè mundum est. Porrò occurret in tr. *Tebul Yom* hujus classis, dictum his verbis conceptum, *Olla liquore plena quam tetigerit eo die ablutus, si liquor*

אם היה משקה חולין הכל
טהור ופי תוספת טבול יום
קאלוא טבול יום אינו מטמא
משקה חולין ופוסל אוכלי
תרומה והנאך קיל איצא
עריכה שהיא טבולת יום
לשין בה עיסה וקוצין המנה
חלה מפני שהיא שלישי
והשלישי טהור בחולין והדא
אלחכם אנמא הו פי טבול
יום כאצה והו אלדי יגעל
משקה תרומה שלישי לאנה
ליס הו שני עלי אלחקיקה לאנה
קד טהר פלדלך יפסול משקה
תרומה ופי תוספת טהרות
קאלוא פי טבול יום כשם שהוא
פוסל משקה תרומה ואכלי
תרומה כך הוא פוסל אוכלי
הקודש ומשקה הקודש והנאך
קיל אחד טבול יום מטומאה
חמורה ואחד טבול יום מטומאה
קלה ואפילו טבול יום מזב וזבה
ושאר טמאות שבתורה הרי
הוא כטבול יום מן השרץ
פהדא חו חכם טבול יום אמא
אלשני חקיקה אדא נגע במשקין
בהו

liquor ejus Terumah fuerit, liquor illegitimus fit, at olla munda est; quòd si liquor communis fuerit, munda erunt omnia. Et in *Tosephet Tebul Yom* dixerunt. *Eo die lotus non polluit liquorem communem, at illigetima reddit edulia Terumæ* . Ibidem etiam dictum est, *In mactra quæ eo die lota est depsunt massam atq; indè placentum abscindunt.* quoniā tertii gradûs est; tertiū autem in profanis mundum est. Hæc autem Lex propria est eo die loti, atque indè est quòd liquorem *Terumæ* tertium efficiat, quod revera ipse secundus non sit utpote jam mundus, ideóque illegitimum reddit liquorem *Terumæ*. Et in *Tosephet Terumoth* dixerunt de *Tebul Yom*, ipsum sicut illegitimos reddt liquores *Terumæ* & cibos *Terumæ*, ita illegitimos reddere rerum sanctarum & cibos & liquores. Ibi etiam dicitur, Perinde est sit eo die lotus ab immunditie gravi an ab immunditie levi: etiam *Tebul Yom*, vel ob Gonorrhaicum vel fluxu affectam, aliâque pollutiones Lege constitutas, eodem modo se habet ac *Tebul Yom* ob reptile. Atque hæc ratio est rū *Tebul Yom*. at quod reverà secundum est quoscunq; tetigerit liquores, ipsos primarios

פהו יגעלהא ראשון לטומאה
והו מעני קולהם פי מסכת פרה
כל הפוסל לת התרומה מטמא
משקין להיות תחלה חוץ מטבול
יום לאנה מע כונה פוסל את
התרומה לא יגעלהא תחלה
כמא בינא ופי גמר פסחים קאלוא
פי משקין שנטמאו מאי איריא
באב הטומאה אפילו בראשון
ושני נמי תחלה האוו ולו כאן
דלך אלשני שני בחולין ואלמשקה
משקה חולין פאנה יציר תחלה
כמא תבין פי תאני טהרות פי
קולהם השני שבחולין מטמא
משקה חולין השלישי שבתרומה
מטמא משקה קודש ודלך אן
אלשלישי לא יוגד גיר בתרומת
כמא בינא פאד וקד תבין אן
שלישי בתרומה פסול ואינו
מטמא פלדלך לא ינגס משקה
תרומה אמא שלישי בקודש
פהו טמא ומטמא פלדלך אן
אנתכם הדא אלאוכל שלישי
שלתרומה במשקה קודש
אנגסה לכן ליס יכון דלך
אלמשקה רביעי פיכון פסול פקט

ad polluendum efficit. Atque hoc est quod volunt cùm dicunt in tract. *Parah*, *Quodcunq; illegitimam reddit Terumam polluit liquores adeo ut sint principium, excepto eo die loto*, quod etiámsi *Terumam* illegitimam reddat, non tamen efficit ipsam principium, sicut ostendimus; & in *Gemara* tract. *Pesachim* dixerunt, Quid docet de liquoribus pollutis? In pollutis à Patre immunditiei etiam primum & secundum principium sunt; Etiámsi fuerit secundum illud secundum in profanis, & liquor fuerit liquor cōmunis, erit tamen principium, quemadmodum ostensum est, c. 2. tr. *Taharoth*, ubi dicunt, *Secundum in communibus polluit liquores communes, tertium in Terumah polluit liquore rerum sacratam*; Idq; quod tertium non reperiatur nisi in *Terumah*, uti ostendimus. Cùm igitur jam manifestum sit tertium in *Terumah* illegitimum esse at non polluere, ideo non polluit liquorem *Terumæ*. At tertium in [rebus] sanctificas immundum est & polluit; ideoque si conjunctus fuerit cibus iste qui tertii est ordinis respectu *Terumæ*, cum liquore sacro, polluit ipsum; nec tamē erit liquor iste; quartus, sed illegitimus tantum. Erit tamen

 principium

לכנה יציר תחלה עלי מא יבין
הנאך פאלמתלכץ פי טומאת
משקין אן אב הטומאה והראשון
והשני ינעלון אלמשקין תחלה ולו
כאנת משקה חולין והשלישי
שלתרומה או שלקודש אדא נגע
במשקין שלקדש אנגסהא וצארת
איצא תחלה לקודש והדא
אלאוכל שלישי לא יפסול משקה
תרומה כנאהיך אן ינגס משקה
חולין ואוכל רביעי שלקודש
לא יפסול משקה קודש
ונאהיך מא סואה וטבול יום
וחדה ינעל משקה תרומה
שלישי לטומאה וכדלך ינעל
משקה קודש פסולין מתל
רביעי לטומאה ולא תגד אבדא
משקה פי מרתבה אלשלישי ופי
מרתבה אלרביעי אלא מן הדא
אלוגה פאצה ויקוי ענדי אן
מחוסר כפורים איצא כדלך
יפעל אד והו פוסל את הקודש
בנגיעה מתל טבול יום כמא
בינא פי יב׳ זבחים וקד באן לך
אן אוכל טמא מטמא אוכל
אחר מדרבנן כמא קלנא
כדלך

principium, uti ibi declarabitur. Quod ergò ex his elicitur quoad immunditiem liquorum, est, quòd & Pater immunditiei, & primum & secundum liquores principium reddant, etiámsi fuerit liquor iste communis, & tertium *Teruma* vel rerum sanctarum cùm tetigerit liquores rerum sanctarum eos polluere, adeò ut fiant etiã principium respectu rerum sanctarum, atq; istum cibum qui tertius est, non illegitimum reddere liquorem *Terumæ*, quanto minùs liquorem communem? Et cibum qui quartus est in sanctis non polluere liquorem sanctum, quanto minùs alium? solúmque eo die ablutum, efficere ut sit liquor *Teruma* tertius ad polluendum, paritérque ut sit liquor sanctus illegitimus instar quarti ad polluendum; neque unquam reperies liquorem se ut ordine tertium & quartum, nisi hac tantùm ratione, habere. Mihi autem valde persuasum est eum qui nondum sacrificium expiatorium obtulerit, idem etiam facere, cùm & ipse res sacras contactu illegitimas reddat, eodem modo quo eo die ablutus, uti ostendimus cap. 12. *Zebachim*. Constat autem tibi cibum pollutum, cibum alterum polluere ex sen-

וכדלך אכלים טמאים תטמא
משקין ותרדהא תחלה לטומאה
כמא בינא וקולהם תחלה או
ראשון סוי ואנמא יקולון תחלה
לכון חכמהא חכם אלראשון
וליסת הי ראשון פי אלחקיקה
ואלדי יסמונה ראשון הו ראשון
פי נסבתה ללאב פי אלעדד
פכאנהם יקולון אן הדה אלמשקין
תנגס נגאסה אולי ואן כאנת
ליסת אולי פי אלעדד מן אלאב
וכדלך משקין מטאין תנגס
אלאכלים ולו כאנת אלמשקין
קד אנתגסת בשני תם בעד
דלך אנצמת באוכל חולין צאר
דלך אלאוכל שני לטומאה לאן
אלמשקין תחלה ופי תוספת
טבול יום קאלוא אוכלין מטמאין
את המשקין לעשותן תחלה
והמשקין מטמאין אוכלין
לעשותן שניים ופי תוספת פרה
שהשני מטמא משקין לעשותן
תחלה והמשקין מטמאין את
האכלין לעשות שניים וכדלך
משקין טמאים תנגס אלכלים
כלהא לכן בשרט אן תכון הדה
אלמשקין אנתגסת מחמת השרץ

tentia Magiſtrorum, uti diximus, paritérque cibos immundos polluere liquores & efficere ut ſint principium. pollutionis, ſicut oſtenſum eſt. Idem eſt autem cùm dicunt Principium & Primum. Principium autem appellant quod iiſdem legibus teneatur ac primum, cùm non ſit revera Primum, (Quod autem primum vocant, illud primũ eſt reſpectu habito ad Patrem inter numerandum,) quaſi dicerent, Liquores iſti polluunt pollutione primariâ, etiámſi non ſint primi ſi initium numerandi à Patre ſumatur. Atque ita liquores immundi polluunt cibos. Ac etiámſi liquores iſti polluti fuerint à ſecundo, deinde conjuncti fuerint cibo profano, fit cibus iſte ſecundus ad polluendum, quoniam liquores ſunt principium. Porrò in *Toſephet* tr. *Tebul Yom* dixerunt. *Cibi polluunt liquores ut faciant ipſos principium, & liquores polluunt cibos ut faciant ipſos ſecundum.* Et in *Toſephet* tract. *Parah, Secundum polluere liquores, ut faciat eos principium; & liquores polluere cibos, ut faciant ipſos ſecundos.* Atque ita liquores immundi polluunt vaſa omnimoda, hâc tamen conditione ut ſint liquores iſti immundi ob reptile i. e. ut immunditiem ſuam ac-

 ceptum

אעני אן תכון מסתנרה פי
נגאסתהא אלי אב הטומאה
מתל אן ינגסהא אלאב או
אלראשון או אלשני כמא תקדם
לא אן תכון אנתגסת בידים
טמאין לאן אלידים טמאין
מטמאין את המשקין איצא כמא
יבין פי מואצע מן זבים וטבול יום
וידים והדא הו מעני קולהם פי
אלתלמוד דאיטמו מחמת שרץ
חית מא קאלוה יעני אן הדה
אלמשקין טמאין לא תכון קד
אנתגסת בידים טמאין אלתי הי
שניות אבדא כמא יבין פי מוצעה
ופי גמר חגיגה ירושלמי קאלוא
פשיטא שאין משקה מטמא
מן היד לטמא הכוס ואנמא
תנגס משקין שנטמאו מחמת
ידים לאכלים של תרומה
פקט ותרגע תלך אלאכלין
שניות כמא נבין פי אכר מסכת
זבים וקד תבין פי תוספת
פרה אן אלמשקין אלתי תנגסהא
אלאכלין טמאין וכדלך אלמשקין
אלתי תנגסהא אלכלים ולו כאנת הדה אלמשקין אנתגסת באחורי
הכלים פאן תלך אלמשקין תציר תחלה ותטמא כלים אחרים
פאעלם הדא אמא אכלין טמאין פלא. תנגס כלים בוגה
וקד

ceptum ferant Patri immundititiei, ut; e g. polluerit eos Pater aut primum aut secundum; uti jam dictum; non ut polluti fuerint à manibus immundis, quoniam etiam manus immundæ polluunt liquores, ut diversis locis tract *Zabim* & *Tebul Yom*, & *Yadaim* constabit. Atq; hoc est quod volunt cùm dicunt in *Talmude, Immunda esse ob reptile*, ubicunque tandem occurrerit hæc formula, i.e. istos liquores immundos non fuisse pollutos à manibus immundis, quæ semper sunt secundæ, ut loco suo declarabitur. Et in *Gemara Chagigæ Hierosolymitana*, dixerunt, *Perspicuum est liquorem non fieri immundum à manu ad polluendum poculum.* At liquores qui polluti sunt à manibus polluunt cibos *Terumæ* tantùm, qui cibi fiunt secundarii, uti ostendemus sub finem tr. *Zabbim.* Quin & declaratū est in *Tosephet Parah*, liquores quos polluerint cibi immundi, nec non liquores quos polluerint vasa, et ámsi polluta fuerint à parte exteriori vasorū, fieri principium & polluere vasa alia, Sit ergò hoc tibi notum. Cibi verò immundi vasa nul

וקר תקרםם לנא רכר רלך ונץ
גמר פסחים אין אוכל מטמא
כלי ואין כלי מטמא כלי ופי
תוספת טבול יום חומר במשקין
עטמשקין מטמאין כלי חרש
מאוירו מה שאין כן באכלין
אמא אכלין טמאין ומשקין
טמאין פלא תנגס טאנסאן ארא
נגע כהן טא אן אנצם בידה
פקט פאן ידיו טמאין אן כאן
למס טאכלין או טמשקין בידיה
גמיעא נטמאו ידיו ואן כאן דני
בידה אלואחדה נטמאת
טואחדה עלי מא תבין פי
חגיגה וכמא נבין פי מוצעה
מן פרה ומסכת ידים אמא
ארא אכל אלאנסאן אוכלין
טמאין כחצי פרס או שתה
משקין טמאין רביעית פאנה
חיניר נפכלה גויתו ויציר מתל
שני לטומאה וארא אנצם
בתרומה פכלה ומעלום ממא
תקרם לנא אן זובו שלזב ורוקו
ושכבת זרעו ומימי רגליו כלהא
מן אבות הטמאות והי כלהא
משקין טמאין ויעמהא אסם
משקין טמאין לאנהא תולרות

latenus polluunt, uti in superioribus à nobis dictum est. Estq; disertus *Gemara Pesachim* textus, *Cibus non polluit vas, nec vas polluit vas.* Et in *Tosiphet* tract. *Tebul Yom, Gravitatis gradus in vasis est, quòd liquores polluant vasa testacea ex parte concavi ipsius, quod in cibis non fit* At nec cibi polluti nec liquores polluunt hominē qui ipsos tetigerit, ultra quod si manibus tantùm ipsius adjuncti fuerint manus ipsius immundæ fiant. Si autem ambabus simul manibus contrectaverit cibos aut liquores, utraq; polluuntur; qd si iis unam admoverit solā una tantùm illa polluitur, uti declaratum est in tr *Chagiga*, & ut declaraturi sumus loco suo tract. *Parah*, & *Yadiam*. Quòd si comederet quis è cibis immundis quantum est* dimidiū *Peres*, aut biberit ex liquoribus immuudis quartam partem *Log*, eo facto corpus ipsius impurum evadit, sicque instar secundi ad polluendum, adeo ut si conjunctus fuerit *Terume* ipsam etiam impuram reddat. Notum autem est ex eo quod jam suprà dictum est, fluxum, salivam, concubitum seminis, & urinam *Gonorrhaici* omnia Patres immunditiei censeri; súntque omnia liquores immundi, quibus appellatio ea communis est, cùm sint species

** sc. dimidii quantitatē.*

 quædam

quædam aquarum uti ſub finem tr. *Macſhirin* docebitur. Atq; hæc ſunt quæ vocat *Talmud Liquorem fluxu affecti*; quodque his in quovis immundo reſpondet appellatur liquor immuudi iſtius. Si enim in polluto à mortuo fuerit, vocatur liquor polluti à mortuo; ſi in leproſo, liquor leprâ affecti, & ſic eodē die abluto, appellant ipſum liquorem eo die abluti: eodem modo & ſanguis menſtruatæ & ſanguis mortui Patres ſunt immunditiei, ſúntq; & illi liquores. Eſt enim ſanguis è numero ſeptem liquorum. At *Gonorrhaicus* & fluxu affecta cæteríque Patres immunditiei quicunque, ſi tetigerint liquores, fiunt iſti liquores primi ad polluendum, non Patres, appellantúrque principium diſerte aſſerente *Baraithâ*, ubi dicunt *Eodē modo ſe habent liquor qui pollutus eſt à Patre immunditiei & liquor qui pollutus eſt à prole immūditiei ecce enim principium eſt*. Conſtat autem diſcrepantiam eſſe inter ipſius *Gonorrhaici* & eos quos tetigerit, liquores. Atq; hoc eſt quod dicit *Miſhna* c. ſecundo tr. *Tebul Yom*, *In omnibus immundis tam levioribus quàm gravioribus liquores ab ipſis fluentes ſunt inſtar liquorum quos tetigerint, cùm utriq; ſint principi-*

המים כמא יכן פי אכר מכשירין והדה הו אלתי יסמיהא אלתלמוד משקה הזב ונטירהא מן כל טמא תתסמי משקה דלך אלטמא אן כאנת מן טמא מת תסמאת משקה טמא מת ואן כאנת מן מצורע תסמאת משקה מצורע וכדלך מן טבול יום יסמונהא משקה טבול יום וכדלך איצא דם הנדה ודם המת הי אבות הטמאות והי משקין לאן אלדם מן גמלה שבעה משקין אמא אלזב ואלזבה וגירהמא מן גמיע אבות הטמאות אדא נגעו במשקין פאן תלך אלמשקין תציר ראשון לטומאה לא אב והי תתסמי תחלה כמא נצת אלבריתא פי קולהם· אחד משקה שנטמא באב הטומאה ואחד משקה שנטמא בולד הטומאה הרי זה תחלה פקד באן אן פרק בין משקה הזב ובין משקין שהוא נוגע בהן והדא הו מעני קול אלמשנה פי תאני טבול יום כל הטמאין בין קלין בין חמורין המשקין היוצאין מהן כמשקין שהוא נוגע בהן אלו ואלו תחלה חוץ

חוץ מן המשקרה שהוא אב
הטומארה אלתקדיר חוץ מן
הטמא שהמשקרה שלו אב
הטומארה פאן בעץ משקין
היוצאין ממנו והי רוקו ומימי
רגליוושכבת זרעו אינן כמשקין
שהוא נוגע בהן לאן תלך אב
והרדה שנגע בהן הי תחלרה
וקול אלמשנה בין קלין בין
חמורין יריד ברה אן ולו אלדי
אכל אוכלין טמאין ושתה
משקין טמאין אלדי נטמא
טומארה קלרה לאן טומארת
אוכלין ומשקין תכמי טומארה
קלה כמא בינא פאן משקין
היוצאין ממנו ומשקין שנגע
בהן אלו ואלו תחלה אמא קול
אלתוספתא הומר במים שאין
במשקין שהמים נעשין אב
הטומארה לטמא ארם ולטמא
בגרים מא שאין כן במשקין
מענאה פליס אן ליס יוגד אב
הטומאה פי אלמשקין אלא
אלמא וחרה לאן אלדם איצא אב
הטומאה כמא בינא ואנמא
מענארה אן ליס תוגד משקין

um, Excepto liquore qui fit Pater immunditiei: Quod perinde eſt ac ſi diceret, Excepto immundo cujus liquor eſt Pater immunditiei; ſiquidem aliqui liquores ex ipſo profluentes, nempe ſaliva urina, & concubitus ſeminis ipſius, non ita ſe habent ac alii quos tetigerit liquores, illi enim ſunt Patres pollutionis, hi verò quos tetigerit, principium. Cùm autem dicit *Miſhnah* [*, ſive levioribus, ſive gravioribus*] vult etiam vel illum qui comederit cibos immundos & biberit liquores immundos qui pollutus eſt pollutione levi, cùm immundities ciborum & liquorum appelletur immundities levis, ſicut oſtendimus; ſiquidem liquores qui ab ipſo profluunt & liquores quos tetigerit utrique principium ſunt [pollutionis.] Quod autem dicit *Toſiphta* [*Gravitas in aquis, quæ non eſt in liquoribus*] inde eſt quòd aquæ fiant Patres immunditiei, ad polluendum hominem & veſtimenta, quod non ita ſe habet in liquoribus; non enim vult haud omnino reperiri Patrem immunditiei in liquoribus, aquâ ſola exceptâ, cum etiā ſanguis ſit Pater immunditiei, uti oſtendimus; ſed hoc vult, non reperiri liquores quibus

poſtquam

postquam mundi fuerint accidat aliquid quod eos reddat Patres immunditiei exceptâ aquâ solâ; nempe cùm aqua expiandis peccatis destinata evadat. Ideòque dixit aquas fieri Patrem immunditiei, cibos vero immundos nunquam, quoniam cùm Patri admoti fuerint evadunt primi: ita in *Tosephet* tract. *TebulYom* dixerunt, *gravitatis est* [inquiunt, gradus] *in liquoribus qui non in cibis. Sc. quòd liquores fiant Pater immunditiei ad polluendum tam hominem quàm vestes, & vasa immersionis à parte ipsorum exteriori, & vasa testacea à concavo ipsorum, quod in cibis haud ita se habet.* Jam autem diximus vasa testacea nunquam fieri Patrem immunditiei. Vasa enim quæ fiunt Patres, ea sunt quæ immunditiem à mortuo, strato, sedili, vehiculo aut lepra contrahunt. Vasa autem testacea non sunt idonea strato aut vehiculo, uti declarabitur tract. *Zabim*, nec iisdem legibus pollutionis à mortuo [contrahendæ] obnoxia sunt quibus reliqua vasa, uti jam explicatum est. Inter ea autem quorum hîc facienda mentio, est quod dicunt in *Tosephet Celim. Non polluitur vas testaceum nisi à patre immun-*

תכון טאהרה תם תחרת
להא חאלה תרדהא אב
הטומאה גיר אמא וחרה
יעני ארא רגע מי חטארת
ולדלך קא שהמים נעשין אב
הטומארה אמא אכלין טמאין
פלא תכון אב הטומאה אברא
לאן ארא דנאת באאב רגעת
ראשון ופי תוספרת טבול
יום קאוא הומר במשקין מה
שאין באכלין שחמשקין נעשין
אב הטומארה לטמא אדם
ולטמא בגדים ולטמא כלי
שטף מאחוריו וכלי חרש מאוירו
מה שאין כן באכלין וקד
תקדם לנא אן כלי חרש לא
יכון אב הטומארה אברא
אן אכלים אתי תציר אב אנמא
הי מא ינתגס באלמרת או
במשכב ומושב או מרכב או
צרעת וכלי חרש לא יצלח
למשכב ומרכב כמא יבין פי
זבים ולא לזמרה מן אחכאם
טומאת מרת מא לזם שאר
כלים כמא תקדם ביאנה
וממא יגב דכרה הנא קולהם פי תוספת כלים אין כלי חרש
מטמא

מטמא אלא באב הטומאה ומשקין
פהו ולד טומאה לעולם וקאלוא
איצׄא כל המטמא אדם מטמא
כלי חרש וכל שאין מטמא אדם
אין מטמא כלי חרש חוץ מן
המשקין לאן משקין טמאין
תטמא כלי חרש כמא תקדם
דׄכרה ואן כאנת לא תטמא
אדם במגע כל ענד שרבהא
ינתגׄס מדרבנן כמא תקדם
וקאלוא איצׄא אין טומאה לכלי
חרש אלא מאוירו ובהסיט הזב
ואין מטמא אלא אכלין ומשקין
וידים לאנה ולד טומאה אבדא
אלולד כמא קדמנא אנמא יטמא
אכלין ומשקין לא אדם וכלים
פמן גמיע מא תקדם שרחה
יתבין אן משקין טמאין קד תכון
אב הטומאה וקד תכון ראשון
לטומאה ויוגׄד פיהא מא הו פי
מרתבה אלשלישי ואלרביעי והו
משקה שנגע בטבול יום וחדה
עלי מא תקדם ביאנה ולא יכון
פי אלמשקין שני אבדא ודלך אן
אלאב ואלראשון ואלשני יגׄעלהא
תחלה ואלשלישי לא ינגׄס

ditiei & liquoribus, éstque semper proles immunditiei. Dixerunt etiam, *Quodcunque polluit hominem polluit vasa testacea; & quicquid non polluit hominem, neque vasa testacea polluit, exceptis liquoribus.* Liquores enim immundi polluunt vasa testacea, uti dictum, etiâmsi hominem contactu non polluant, nisi quòd iisdem epotis polluatur ex præscripto Magistrorum, ut dictum. Dixerunt etiam, *Non contingit pollutio vasi testaceo nisi ex* [parte] *concavi ipsius, & cùm ferat Gonorrhaicum, neque alia præter cibos liquores & manus polluit, quoniam perpetuò proles immunditiei est:* proles autem, uti jam diximus, cibos quidem & liquores, non autem homines & vasa polluit. Ex his autem omnibus quæ jam explicata sunt constat liquores immundos aliàs esse *Patrem pollutionis*, aliàs *Primum ad polluendum*, atque esse ex ipsis quæ sint gradu tertii & quarti, viz. eum solum liquorem qui tetigerit eo die ablutum, uti in superioribus ostensum; at nunquam esse liquoribus secundum. Quoniam nempe Pater & primum, & secundum, eos principium constituunt, tertium verò non omnino pol-

luit liquores, nisi sit liquor aliquis sanctus, qui etiam liquor sit principium respectu rei sacræ. Expressè autem dicitur in *Tosephes* tract. *Tahoroth*, *Non est liquor qui tetigerit tertium immundus, excepto sacro.* Cùm autem pollutus fuerit liquor sacer fit principium respectu [rei] sacræ, ideóque expressè dicit *Tosiphta*, *Liquores polluunt duo, & illegitimum reddunt unum in sacrâ.* Quoniam scil principium est quod cùm appropinquaverit cibo fit ipse secundus. Secundum autem polluit tertium, & tertium illegitimum reddit quartum; uti jam pro fundamento positum, viz: primum, secundum, & tertium in sanctis immunda esse & polluere; quartum illegitimum esse, at non polluere. Omnis autem liquor immundus aut Pater est aut primus, nam liquor eo die loti non appellatur immundus, sed illegitimus. Atque ita eum ubique appellat *Mishna*: viz. *liquorem qui illegitimus redditur ab eo die loto*, non autem dicit, *qui pollutus est*. Jam autem manifestò constat non esse liquores qui sint ullatenus secundi. Nam etsi secundi fuerint à Patre numerando, principi-

אלמשקין ראסא אלא אן יכון
משקה קודש פיציר דלך
אלמשקה איצא; תחלה
תחלה לקודש ונץ תוספת
טהרות אין לך משקה הנוגע
בשלישי טמא אלא קודש בלבד
וארא נטמא משקה הקודש
רגע תחלה לקודש ולדלך נצת
אלתוכפתא משקין מטמאין
ענים ופיכלין אחד בקודש
לאנהא תחלה פאדא דנאת
באוכל רגע שני ואלשני ינגס
אלשלישי ואלשלישי יפסול
אלרביעי עלי מא תאצל אן
הראשון והשני והשלישי
בקודש טמאין ומטמאין הרביעי
פסול ואינו מטמא פכל משקה
טמא הו אב או ראשון לאן
משקה טבול יום ליס יתסמי
טמא ואנמא יתסמי פסול וכרא
תסמיה אלמשנה פי כל מוצע
שנפסל בטבול יום ולא תקול
שנטמא פקד באן ואתצח אן
לי כתם משקין שניות בגוה
ואן כאנת שניות פי אלעדד מן
אלאב פהי תחלה פי אלחכם
ואנמא

ואנמא טולת פי הדֿא מעני
לאן גא פי גמר פסחים פי קול
אלמשנה מדבריהם למדנו
וכו' קאוא הכא בבשר שנטמא
במשקין שנטמאו מחמת
השרץ ופי בעץ' אנסך' שנטמאו
במשקין שניות ופי בעצ'הא
יכתבון עלי קול אגמר מחמת
שרץ פירוש משקין שניות
והדֿא כלה גלט כמא
בינא וקאיל הדֿא טן אן
מתין במשקין שני ושלישי
כדרך שמונין באכלין וליס
אלאמר כדלך בל משקין
שנטמאו מחמת השרץ תחלה
לעולם ואלדי אוגב אן יקול
שנטמאו מחמת השרץ ולם
יקל משקין טמאין לאן דלך
יעם אב הטומאה ומשקין
שנטמאו מחמת ידים עלי
מא תקדם תפסיר אלתלמוד
יוגב הנאך אן לא תכון
תלך אלמשקין אב ולא
מחמת ידים אמא אן
תכון שניות ולא בד פלא יורי
נטר דלך אמוצ'ע אלי דלך אלא

um tamen sunt quoad leges in ipsis observandas. Hac autem in re prolixior fui quoniam occurrit in *Gemara Pesachim*, ad dictum *Mishne, E verbis ipsorum discimus &c.* dixisse ipsos. *Ita in carne quæ polluta est à liquoribus qui immundi sunt ob reptile.* At in quibusdam exemplaribus legitur, *Qui polluti sunt à liquoribus secundis*, in aliis autem adscribitur dicto *Gemaræ, ob reptile*, [vice] expositionis, (*liquores secundos*) quòd totum erratum est, uti explicabimus. Qui autem hoc dixit opinatus est numerari in liquoribus secundum & tertium eo modo quo in cibis, cùm non se ita res habeat, verùm liquores qui immundi sint ob reptile, semper sint principium. Ideo autem necesse habuit dicere, *liquores qui immundi sunt ob reptile*, non autem [simpliciter] *liquores immundi*, quoniam illa verba comprehendant Patrem immunditiei & liquores manuum gratia immundos, uti jam dictum. Si quis autem *Talmudum* inspexerit [videbit] necesse ibi esse ut nec sint liquores isti Pater, nec à manibus polluti, sed ut sint necessariò secundi; at non cogit loci istius inspectio ita [statuere] nisi

 eum

eum qui nullum horum magni momenti fundamentorum, quæ jam explicata ſunt, tenuerit. Conſtat ergò liquores non fieri ſecundos; in cibis verò pollutis reperitur primum, ſecundum, tertium, & quartum, nequaquam verò Pater, uti jam dictum. Vas autem teſtaceum primum erit & ſecundum, idque quòd pollutum fuerit à liquoribus immundis qui ſunt principium, uti dictum eſt. Quod ad reliqua vaſa, viz. Veſtes, & vaſa immerſionis, ſunt ipſa patres pollutionis, & prima ad polluendum, & ſecundum; ſcil. cùm liquoribus immundis tantùm polluantur, cùm nulla proles immundiciei polluat vaſa, excepto liquore, uti jam dictum; nec quivis liquor polluat, ſed is tantùm qui Patri acceptam fert [immunditiem] ut etiam dictum. Sed nec reperitur vas aliquod è vaſum numero quod ſit tertium, aut quartum. Porrò ex iis quæ ſcire debes, eſt, vaſa immunda etſi polluta fuerint liquoribus immundis, polluere cibos ita ut tertii fiant, ſintque illegitimi ad *Terumam* tantùm, uti ſub finem tract. *Zabim* explicaturi ſumus. Homo autem fit & Pater immunditiei, & primus; at nun-

למן ליס ענדה שיא מן הדה
אלאצול אלעט׳ימה אלמתקדם
שרחהא פקד כאן אן לא תכון
משקין שניות אמא אוכלין
טמאין פיוגד פיהא ראשון ושני
ושלישי ורביעי ולא יוגד פיהא
אב כמא תקדם ואמא כלי חרש
פיכון ראשון ושני וד׳לך כאן ינתגס
במשקין טמאין שהן תחלה עלי
מא תקדם אמא שאר כלים אעני
בגדים וכלי שטף פקד תכון אב
הטומאה וראשון לטומאה ושני
לטומאה איצ׳א והו אן תנתגס
במשקין טמאין פקט לאן כל ולד
הטמאות אינו מטמא כלים אלא
משקה כמא תקדם וליס כל
משקה ינגס אלכלים אלא מא
אכתנר אלי אב כמא תקדם ולא
יוגד כלי מן גמיע אלכלים ד׳א
שלישי ולא רביעי וממא יגב אן
תעלמה אן אלכלים תמאין ולו
אנתגסת במשקין טמאין פאן
חלך אלכלים תנגס אלאוכלין ויכון
אלאוכל שלישי פיכון פסול
בתרומה פקט כמא נבין פי אכר
זבים אמא אלאנסאן פיכון אב
הטומאה

הטומאה ויכון ראשון ולא יכון
שני אברא מן התורה ולא
מדרבנן בטומאת מגע. לאן
כל ולד טומאה אינו מטמא
אדם ולו אלמשקין טמאין
פאנהא לא תטמא אדם
שנגע · בהן כמא תקדם
ביאנה לכנה יכון שני אדא
אכל אוכלין או שתה
משקין טמאין וסאיר מא
עדד פי אכר זבים וזלך
כלה גזרה לרבנן עלי מא
תבין ·פי גמר שבת וכמא
נבין פי אכר זבים לכן הדא
אלדי נחסב אלשכץ מן
אלנאס ·שני למעני אנה
יפסול את התרומה כמא
יבין חתי יטהר במקוה
פאדא ·טהר ליס יחתאג
הערב שמש לאנהא טומאה
קלה מדרבנן ונץ ספרא
אין האוכל אכלין טמאין
ולא השותה משקין טמאין
טמא טומאת ערב. וכדלך
כלים שנטמאו במשקין שהן
תחלה פאנהא אדא טהרת

quam secundus, vel ex Legis, vel ex Magistrorum sententia, pollutione contactu propagatâ. Nulla enim proles immunditiei polluit hominem, ne ipsi quidem liquores immundi; neque enim hominem qui ipsos tetigerit, uti jam antea explicatum est, immundum reddunt: at fit ille secundus ubi comederit cibos immundos, aut liquores immundos bberit, cum reliquis quæ fine tr. *Zabbim* recensentur. Atq; hæc omnia decreta sunt à Magistris, uti ostensum est in *Gemara Sabbati*, útque ostensuri sumus fine tract. *Zabbim*. Hoc autem quod hominem aliquem pro secundo habeamus ita intelligendum, quòd illegitimam reddat *Terumam* (uti explicabitur) donec [aquâ] conceptaculi se purgaverit; quòd si mundatus fuerit non opus habet [ut] occasum solis [maneat, cùm sit illa immundities levis quæ ex instituto Magistrorum est. Verba autem *Sifra* diserta sunt, *Neque is qui ederit cibos immundos, neque qui biberit liquores immundos pollutus est pollutione, quæ* [ad] *vesperam perdurat*. Atque ita vasa quæ polluta sunt à liquoribus qui sunt principium, cùm mundata

fuerint

fuerint aquâ conceptaculi, munda sunt, neque opus habent occasu solis, ita in *Sifra* dixerunt, *Vasa quæ polluta fuerint à liquoribus, è pollutione sua egrediantur eo ipso die, cùm sit pollutio ista à Magistris* [decreta,] uti jam dictum. Atque hæc fundamentorum, quæ ideo visum est præmittere ut iis quæ explicaturi sumus substernantur, summa est. Hîc autem visum est quiddam tibi indicare quod forsan negligere possis; scil. quicunque tandem sis qui desiderio tenearis cognoscendi ea quæ ad immunditiem & munditiem spectant, & intelligendi ea quæ in hâc Classe continentur, oportere ut primò omnia præcognoscenda quæ in hac præfatione præmisi, una cum textu capitis istius primi tr. *Celim* ejúsque explicatione nostrâ perfectissimè teneas, adeò ut expeditè tibi hæc omnia in lingua fluant, sine ulla molestia ea in memoriam revocandi; neque enim ullatenùs sufficit tibi ea perlegisse & repetiisse, vel millies, nisi & memoriâ teneueris; neque vel hoc sufficit, nisi & in promptu sit linguæ tuæ instar lectioni *Shemaa*: ita facilè ope memoriæ fidæ & intellectus perspicacis fiet, ut in-

במי מקוה טהרת ולא תחתאג הערב שמש ופי סיפרא קאלוא כלים שנטמאו במשקין עו״ין מידי טומאתן בו ביום לאנהא טומאה מדרבנן עלי מא קדמנא פהדה הי גמלה אלאצול אלתי ראינא בתקדימהא תוטיה למא אריד שרחה ואן אריד אן ארשדך הנא אלי מא ימכן אלגפלה פיה ודלך אנה ינבגי לך אן מן טמחת המתה אלי מערפה אלטמאות ואלטהרות ופהם מא תצ׳מנה הדא אלסדר אן תחפט אולא גמיע מא קדמתה פי הדא אלצדר מן אלמקדמאת מע נץ הדא אלפרק אלאול מן כלים ונץ שרחנא לה חפטא חסנא גדא חתי יטרד גמיע דלך עלי לסאנך דון אן תטלב נפסך בפכרה בתכלף ולא יכפיך פי דלך בונה קראתה ואלמרור עליה ולו קראתה אלף מרה דון אן תחפטה פדלך גיר כאפי לך אלא אן יטרד עלי לסאנך מתל קרית שמע ובאלחרי יחצל לך מע גודה אלחפט ואלפהם ואלדכא פהם

פהם מא תצׄמנה הדֹא אלסדר
לאנהא אמור צעבה גדא פי
נפסהא עטׄימה אלאשכאל בעידה
אגור ואדֹא כאן עטׄמא חכמי
משנה עליהם אלסלאם
יסתעטׄמונהא פנאהיך נחן אלי תרי
ר' אלעזר בן עזריה יקול למחל
ר' עקיבה עלי גמלתהם אלסלאם
עקיבה מה לך אצל הגדה כלך
מדברותיך אצל נגעים ואהלות
והדֹא נץ בראשית דר' הושעיה
וכדֹלך וגדנא אול חכמי תלמוד
יסתהולון בעץׄ פרקים מנהא
באסתעטׄאם ר' יוחנן לפרק
תינוקת מן מסכת נדה
ואסתצעאב פרק האשה
שהיתה כובשת ירק מן מסכת
טהרות עליהם אלסלאם והו
אלפרק אלדֹי פיה יתכלם פי ראשון
ושני ושלישי ורביעי כיף
רתבתהא באכלין ומשקין
בחולין ובתרומה ובקודש וכדֹלך
יתמהלון במסכת עקצין צעובה
ופי גמר שבת קאלו בשנכנסו
רבותינו לכרם ביבנה אמרו
עתידה תורה שתשכח מישראל
שנ' הנה. ימים באים נאם יי

telligas in hac classe contenta; sunt enim res in se val.è difficiles, perplexæ, & profundæ, quas cum sapientum *Misbnæ* præcipui pro difficilibus habuerint, quanto magis nos? Annon vides R. *Eleazarum* f. *Azariæ* *dixisse viro qualis erat* R. *Akiba, Akiba, quid est quod inter enarrandum totus sis in loquendo de iis quæ spectent ad tract. Negaim & Oholoth?* quæ verba sunt textûs *Bereshith* R. *Hoshaia* [adscripta.] Ita reperimus Sapientes *Talmudicos* antiquos ut ardua suspexisse quædam capita hujus [Classis,] e. g. arduum putâsse R. *Juchananem* c. *Tinoketh* è tr. *Niddah*, & pro difficili habuisse cap. *Haisha* &c. [i.e. mulier quæ cõdierit olera in olla] è tract. *Taharoth*, quo capite instituitur sermo de primo, secundo, tertio, & quarto; quomodo scil. se habeant gradus eorum, in cibis & liquoribus, in rebus ordinariis & *Teruma*, & sanctis. Ita etiam tract. *Oketzim* difficultatis arguunt. Et in *Gemara Sabbati* dixerunt, *Cùm ingressi essent Doctores nostri vineam in Yabnah dixerunt, Futurum est ut oblivioni tradatur Lex in Israele, sicut dictum est, Ecce dies veniunt, inquit Dominus, quibus immittam famem* Amos. 8. 11 &c.
in

in terram, &c. Et movebunt se à mari usque ad mare, & ab aquilone, & usque ad Orientem discurrent, ad quærendum verbum Domini, & non invenient. Quid est [quod dicit] Discurrent ad quærendum verbum Domini & non invenient? *Futurum est ut mulier quæ abstulerit placentam Terumæ circumeat Synagogas & Scholas ut cognoscat num prima sit, an secunda* [ad polluendum.] Quin & ibi locum dubii quod occurrit ipsis, ostenderunt. viz. Si reperiatur reptile in aëre furni, quod tamen nec panem tetigerit, nec ipsius furni corpus, jam dubium non est quin polluatur furnus unà cum omnibus quæ in ipso sint, juxta dictum domini *Quodcunq; fuerit in ipso polluetur*; at dubium apud ipsos oritur sitne panis, primus [respectu pollutionis,] cùm polluerit ipsum reptile ingrediendo concavum furni, factúsque sit furnus instar pleni immunditiei; an reptile polluerit furnum tantum, furnus autem panem contactu suo, atque ita sit panis secundus? De quo cùm dubitaverint [dictum est,] *Oblivioni tradita est lex ab Israele.* Nôsti autem quod nunc temporis ob iniquitates nostras quæ multi-

אלהים והשלחתי רעב בארץ וכו׳ תעומים עד ים ומצ׳ ועד מזרח ישוטטו לבקש את דבר ײ ולא ימצאו מאי ישוטטו לבקש את דבר ײ ולא ימצאו עתידה אשה שתטול ככר שלתרומה ותחזור על בתי כניסיות ובתי מדרשות לידע אם ראשונה היא אם שניה ובינוא הנאך מוצֿע אלשך אלואקע עליהם והו כאן יוגד שרץ באויר התנור ולא יכון אלשרץ נגע באלכבז ולא בגרם אלתנור איצֿא פלא שך אן קד אנתגס אלתנור וכל מא פיה לקולה תעאלי כל אשר בתוכו יטמא פיקע להם אלשך הל אלפת ראשונה או ואלשרץ אנגסהא בחצולה פי הוא אלתנור והתנור כמאן דמלי טומאה הו או אלשרץ אנגס אלתנור פקט ואלתנור אנגס אלפת בנגיעה פתכון אלפת שנייה פכאן ענדהם אלשך פי הדא נשתכחה תורה מישראל ואנת תעלם אן אליום בעונותינו שרבו

שרכו ארצא חורת על ראשי
ישיבות ישראל נאהיך בתי
כניסיות פתגרדהם ישכל עליהם
מן הדא אלפן מא נארת
פירה אלנצוץ אלכתירה פי
אלתורה ואלמשנה ומא
הו אבין מן הדא ואצח ולא
יסתעטם מתל הדא אלחא
פי זמאן אלגלות ואנקטאע
הדא אלפן בקלה אלטלבה
לה לאן נגדהם פי זמאן
אלמקדש וכונור אלאנביא
אשכלת מעאני אלטומאה
ואלטהרה וחכם אלשלישי ואלרביעי
ולו עלי אלכהנים המשמשים
במקדש אלדין הם אחוג אלנאס
לחפט הלכות טומאה וטהרה
לאן מעטם מא יחתאג אליה מן
הדא אלפן אנמא הו לענין מקדש
וקדשיו קאל כה אמר יי׳ צבאות
שאל נא את הכהנים תורה
לאמר הן ישא איש בשר קדש
בכנף בגדו ונגע בכנפו אל
הלחם ואל הנזיד ואל היין
ואל שמן ואל כל מאכל
היקדש ויענו הכהנים

plicatæ sunt, si circumiveris præcipuas Academias *Israelis*, nedum Synagogas, reperturus sis ambiguos hærere illos in hujus generis [rebus,] de quibus multa occurrunt & in Lege, & in *Mishna* testimonia, immò & in iis quæ his clariora & magis perspicua. Minimè autem mirum videri debet si ita se habeat hoc exilii nostri tempore, quo & in desuetudinem abiit hoc [quæsitorum] genus quòd pauci sint qui in ea inquirunt, cùm invenerimus stante adhuc Templo & viventibus Prophetis dubium movisse quæstiones de pollutione & munditie, deque tertii & quarti ad polluendum legibus, vel ipsis Sacerdotibus qui in Templo ministrarent, quos mxaimè omnium oportuit ritus ad immunditiem & munditiem spectantes callere, cùm maxima pars eorum, quibus in hoc genere opus est, ejusmodi sint quæ ad Templum & res ejus sanctas spectent. Dixit, *Sic dicit Dominus exercituum, interroga modò sacerdotes legem dicendo, Si tulerit quispiam carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, & tetigerit orâ suâ panem, aut pulmentum, vel vinum, aut oleum sive quemlibet cibum, numquid sanctificabitur? Et responderunt sa-* Hagg. 2. 12.&c.

X x   cerdotes

cerdotes dixeruntq́, *Non.* Et dixit *Haggai*, *Si tetigerit* immundus ob cadaver aliquod *illorum*, *eritne immundum?* *Et reſponderunt ſacerdotes dixeruntq́, Immundum erit.* In cujus quæſtionis interpretatione diſcrepatur inter ſapientes *Talmudicos*, dicentibus aliis, perplexi ſunt ſacerdotes in quarto in rebus ſanctis, de quo cùm interrogaverit ipſos reſponderunt, mundum eſſe; errantes, cúm illegitimum ſit, uti in ſuperioribus diximus, At reſponſum eorum de eo qui à mortuo pollutus fuerit, immundum nempe fore, verum fuit; quoniam quartum ab illo quod pollutum eſt à mortuo in ſanctis immundum eſt, i. e. pollutum eſt ipſum, at non polluit alia: & affirmantibus peritos fuiſſe eos immunditiei à mortuo contractæ, at non ejus quæ à reptili eſt, dum putarent quartum ex reptili, mundum fuiſſe in rebus ſacris. Aliis verò dicentibus, nequaquam perplexos fuiſſe ſacerdotes; cum in quæſt: prima interrogaverit ipſos de quinto in rebus ſanctis, quod dixerunt illi mundum fore; at in quæſt: ſecunda de quarto, quod dixerunt immundum fore, adeo ut in utraque quæſtione rectè reſponſum ſit.

ויאמרו לא ויאמר חגי אם יגע טמא נפש בכל אלה היטמא ויענו הכהנים ויאמרו יטמא וקד אכתלף חכמי תלמוד פי תאויל הדא אלסואל וקאל בעצהם אשתבוש כהני רביעי בקודש בעא מיניהו ואמרו ליה טהור פהם גאלטון לאנה פסול כמא קדמנא וגואבהם פי טמא מת יטמא צחיח לאן טמא מת רביעי ממנו בקודש טמא אעני אנה מנגוס ולא ינגס גירה וקאלוא בקיאין הן בטומאת מת ואין בקיאין בטומאת שרץ כאנוא טנוא אן רביעי בשרץ טהור בקודש ובעצהם קאל לא אשתבוש כהני פאן אלמסאלה אלאולי סאלהם ען חמישי בקודש פקאלוא לה טהור ופי אלסואל אלתאני סאלהם ען רביעי פקאלוא יטמא ואלגואב צואב פי אלסואלין ואנא אבין

אבין הדׄא אלכלאם אדׄ ודכרתה
הנא אנה איצׄא פי נהאיה מן
אלצעובה פי מוצׄעה והו כלאם
מנקפל גדא גׄדא ושרחה מפיד
הנא פי מא נרומה מעין פי מא
קדמנאה פאקול אן קולה
הנא בשר קודש לשון נקיה
ואלקצד בשר שרץ וכדׄלך
קולה היקדש יריד בה היטמא
כמא תסמי אלעבראניה
אלבעד ען אלשי ואסתנכאפה
קדושה קאל אל תגע בי
כי קדשתיך וקאל פן תקדש
המלאה הזרע וכדׄא פאדׄא אכׄד
אלשרץ בכנף בגדו כאן
אלבגד ראשון פאדׄא נגע כנף
הדׄא אלבגד בלחם צאר אללחם
שני תׄם נגע אללחם בנזיד צאר
אלנזיד שלישי פסאלהם ען הדׄא
אלנזיד אלדׄי הו שלישי אדׄא נגע
ביין ונגע בשמן ותגע במאכל
מא חכם הדׄא אלמאכל והדׄא
אליין והדׄא אלשמן הל גמיע דׄלך
מנגוס או לא ולא שך אן אליין
ואלשמן ואלמאכל כל ואחד מנהא
רביעי לכן יין ושמן יעשו תחלה

Porrò hæc verba & ipse tibi explicaturus sum, cùm ideo eorum hic mentionem fecerim, quòd valde difficilia sint loco suo,& quàm maximè obscura, conferátque eorum explicatio ad ea quæ volumus [assequenda,] eáque quæ præmisimus confirment. Dico ergò, verba, [*carnem sanctificatam*] Euphemismum esse, ac intelligi carnem reptilis; eodémque modo cùm dicit, *Nunquid sanctificabitur* ? Velle, Numquid polluetur ? Sicut appellare amat lingua *Hebraica* amotionem à re & aversationem ipsius *Kedusha* [*sanctitatem.*] Ita dixit, Ne tangas me *Ci* * *Kedashtica.* Et *Ne fortè sanctificetur,plenitudo seminis,&c.* Cùm ergò reptile in ora vestis suæ gestaverit,fit vestis prima;quòd si oram vestis hujus carne tetigerit, fit caro ista secunda; deinde,si carnem pulmento tetigerit,fit pulmentum tertium: de hoc ergò pulmento quod tertium est interrogavit ipsos, Si tetigerit vinum aut oleum aut cibum,quænam sit cibi, vini aut olei istius lex? sint hæc omnia immunda néene? neq; enim dubium est quin vinum,oleum, & cibus,singula in quarto sint gradu; vinum autem & oleum principium, uti ostensum

* *Quia sanctior te sum.* vulg. *quia immundus es.*

sum est, evadunt, cibus verò, illegitimus tantum, nec alia polluit, cùm immunda sint omnia, ad hoc ergo respondentes dixerunt, Non; errantes. Atque hæc sententia est *Rab* qui dixit, *Perplexi sunt in hac quæstione sacerdotes.* Deinde interrogavit ipsos dicens, *Sin immundus ob contactum cadaveris fuerit qui orâ suâ tetigerit panem, qui tetigerit pulmentum, quod tetigerit vinum, & oleum, & cibos, quænam erit ratio hujus vini, olei & ciborum?* Dixerunt, *Immunda erunt.* Quod verum est. *Samuel* autem dixit, *non perplexos fuisse sacerdotes.* sc. quòd dicat dictum *Haggæi* in quæst. prima [*& tetigerit orâ suâ*] non velle quòd tetigerit ora ipsius panem; verùm velle quòd tetigerit cibus oram ipsius, deinde tetigerit cibus iste panem, panis autem pulmentum, quod est quod dicunt in *Gemara. Quid? scriptum est, Et tetigerit ora ipsius? & tetigit ora ipsius cùm scriptum est, de eo qui tetigerit orâ suâ,* Vult, illud quod dicit, *& tetigerit cum ora sua,* non [intelligendum] de quovis qui gestaverit orâ suâ reptile, sed de re quæ conjuncta fuerit oræ isti; ita ut interrogaverit ipsos *Haggæus* de quinto in re-

כמא תבין ואלמאכל פסול ואינו
מטמא ואלכל מננוס פנאיבוה
ען הדא וקאלוא להלא פהדם
גאלטין הדא מדהב רב אלדי
קאל אשתבש כהני פי הדה
אלמסאלה תם סאלהם וקאל פאן
כאן טמא מת הו אלדי נגע בכנפו
אל הלחם ונגע אללחם באלנזיר
ואלמיר נגע ביין ובשמן ובמאכל
מא חכם הדא אליין ואלשמן
ואלמאכל פקאלוא יטמא ודלך קול
צחיח אמא שמואל פקאל לא
אשתבוש כהני ודלך אנה יקול
אן קול חגי פי אלמסאלה אלאולי
תגע בכנפו ליס יריד בה אן כנפו
נגע בלחם ואנמא יריד בה אן
נגע אוכל בכנפו תם נגע דלך
אלאוכל בלחם ולחם בנזיר והו
קולהם פי אלגמר מי כתיב ונגע
כנפו ונגע בכנפו כתיב במי
שנגע בכנפו יעני אן קולה ונגע
בכנפו ליס הו ען אלשכץ אלדי
נשא שרץ בכנפו ואנמא הו ען
אלשי אלדי אנצם בדלך אלכנף
פיכון חגי סאלהם ען חמישי
בקודש

בקודש והו טהור ודלך אן
אלכנף ראשון ואלאוכל אלדי נגע
בו שני ואלחם אלדי נגע בדלך
אלאוכל שלישי ואלנזיר רביע,
והו פסול ואינו מטמא כמא
תקדם פאדא נגע הדא אלנזיר
ביין ושמן ומאכל יכון אלכל
טאהר לא אלמשקה אלדי הו יין
ושמן ולא אלמאכל ינתגס לאן
כל ואחד מנהא חמישי וחמישי
בקודש טהור וכדלך גאובוה
וקאלוא לה אן הדא אלחמישי
לא ינתגס תם סאלהם אן כאן
טמא נפש הו אלדי נגע בכנפו
עלי הדה אלרתבה מא יכון חכם
אליין ואלשמן ואלמאכל
קאלוא לה יטמא ודלך צחיח
איצא לאנה יציר חיניד רביעי
פיכון אליין ואלשמן תחלה אד והו
משקה קודש שנגע בשלישי
ויציר אלמאכל פסול לכונה
רביעי כמא תקדם וביאן דלך
אן טמא מת ליס הו כנפו
ראשון ואנמא כנפו אב הטומאה
כמא קד בינא אן אדם שנטמא
במת אדא נגע בבגדים אובכלי

bus sanctis quod mundum est; cùm sc. sit ora [ordine] primum; cibus qui ipsam tetigerit, secundum; panis qui cibum istum tetigerit, tertium; pulmentum, quartum; quod quidem illegitimum est at non polluit, uti jam dictum. Cùm ergò pulmentum istud tetigerit vinum, oleum, cibum, erunt omnia munda, neque liquor, viz: vinum & oleum, neque cibus polluetur; cùm unumquodque ipsorum quintum sit, quintum autem in rebus sanctis mundum sit. Atque ita responderunt ipsi dicentes, quintum istud non pollui. Deinde cùm interrogaret ipsos, Sin pollutus à cadavere fuerit qui orâ suâ [ista] tetigerit, quænâ hoc pacto futura est lex vini, olei & cibi? dixerunt ipsi, Immundum erit; quod etiam verum est, quia tum quartum erit, erúntque vinum & oleum principium, cùm sint liquor sanctus qui tetigerit tertium; cibus autem sit illegitimus, quòd sit quartus, uti jam dictum est. Quod ita explicandum est, viz. quòd immundi ob contactum mortui ora non sit primum sed Pater immunditiei, sicut ostendimus hominem mortuo pollutum, si vestes aut vasa immeisionis tetigerit,

 ea

שטף והדא אב הטומאה
פיכון כנף בגד טמא נפש אב
ואלשי אלדי נגע בו ראשון כמא
קאל שמואל ואללחם שני ואלנזיד
שלישי ויכון אלשלישי הו אלדי
נגע במשקה קודש ואכלין
שלקודש פיכון אלכל טמא והדא
הו נץ אלתלמוד הנאך לשמואל
לא הכא אשתבש ולא הכא
אשתבש לא הכא אשתבוש
כהני רביעי בקודש בעא מיניהו
ואמרו ליה טמא לא הכא
אשתבוש כהני חמישי בקודש
בעא מיניהו ואמרו ליה טהור
ואתא רבינא בתאויל תאלת וקאל
אנהם גלטו פי אלגואבין
אמא פי אלגואב אלאול פכמא
קאל רב ודלך אן יכון אלכנף הו
אלדי נגע בלחם אמא גואבהם
אלתאני פקאל פיה בטומאת מת
נמילא בקיאי הכא רביעי והכא
שלישי וביאן דלך אן ראבינא
יקול אן קולהם יטמא ואן כאן
אליין ואלשמן ואלמאכל טמא
כמא דכרוא לכנהם גלטוא
פי מרתבתה פי אלטומאה
לאנהם

ea Patres pollutionis reddere; Erit ergò ora vestis polluti à cadavere Pater; res autem quam tetigerit, primum, juxta dictum *Samuelis*; panis, secundum; pulmentum, tertium. Erit ergò illud quod tetigit liquorem sanctum & cibos sanctos, tertium, atque omnia [simul] immunda. Atque hoc est quod in Talmude ibi *Samueli* attribuitur. *Neque hic, neque illic, perplexi fuerunt Sacerdotes. Cùm ab illis de quarto in rebus sanctis quæreret, dixerunt Immundum esse; non sunt hic perplexi Sacerdotes: cùm de quinto in rebus sanctis interrogaret ipsos, dixerunt ipsis Mundum esse, neque hìc perplexi sunt.* Attulit autem *Rabbina* explicationem tertiam, dixitq; illos erràsse in utroque responso. In primo autem ita se res habet ut dixit *Rab*, sc. quòd ora fuerit quæ tetigit panem. At quod ad responsum ipsorum secundum dixit, *Certè in immunditie ob mortuum non erant experti, hìc quartum, illic tertium fuit.* cujus explicatio est, quòd dixerit *Rabina* illud quod dixerunt [*Immundum erit*] etiámsi vinum fuerit aut oleum & cibus, immunda [quidem] esse uti dixerunt, verùm erràsse eos in gradu quem obtinet in

לאנהם ט̇נוא אן הד̇א אלד̇י נגע
בנזיר ראבעי בין לטמא מת בין
לשרץ לכן רביעי דשרץ טהור
לקודש ורביעי דטמא מת טמא
פהם גאלטין פי אלג̇ואבין לאן
רביעי דשרץ פסול בקודש
מת̇ל רביעי דטמא מת
וכד̇לך אלרביעי מן אי אב
אתפק והד̇א אלד̇י ט̇נוה
רביעי לטמא מת הו שלישי
לאן אלכנף אב הטומאה כמא
תבין ואלחבז ראשון ואלנזיר
שני ואליין ואלשמן ואלמאכל כל
ואחד מנהא נגע בשני פיכון
אלכל טמא כמא ד̇כרוא
לכן אלמאכל טמא והו
שלישי לא רביעי כמא
תכ̇ילוא אן אלכנף מן טמא
מת ולד טומאה במת̇ל כנף
שרץ פהד̇א מא וקע מן
אלאכ̇תלאף בין חכמי תלמוד
פי הד̇א אלג̇ואב רב יקול
אכ̇טוא פי אלג̇ואב אלאול
ואצאבוא פי אלת̇אני ושמואל
יקול אצאבוא פי אלג̇ואבין
ורבינא מא נאוכוא בצואב

immunditie, dum putarent hoc quod tetigit pulmentum, quartum esse in polluto sive à mortuo, sive reptili, cùm [tamen] quartum ob reptile mundum sit in sanctis; at quartum ob mortuum, immundum. Errârunt ergò in utróque responso; quoniam quartum reptilis illegitimum est, in rebus sanctis instar quarti immundi ob mortuum; eodémque modo quartum cujuscúnque tandem Patris fuerit. hoc autem quod putarunt quartum immundi à mortuo fuisse, [revera] tertium fuit, cùm ora fuerit Pater immunditiei, uti ostensum est; panis, primum; pulmentum, secundum; ac vinum, oleum & cibus singula cũ secundum tetigerint erunt simul immunda, sicut dixerunt; at cibi immundi, tertium fuerunt, non quartum, uti imaginati sunt; sc. cum ora polluti à mortuo fuerit proles immunditiei, ut & ora reptili [polluta.] Atque hæc est discrepantia quæ contigit inter sapientes *Talmudicos* de hoc responso, dicente *Rab*, peccâsse eos in responso primo, verum pronuntiâsse in secundo: *Samuele* autem verum ipsos in utroque responso dixisse: & explicante *Rabinâ* quid verè re-

respond erint ad utramque quæstionem. Hinc autem constat tibi rem in se difficilem fuisse etiam priscis temporibus, & intellectum fuisse quod dicunt, *Futurum est ut oblivioni tradatur Lex ab Israele*, de oblivione legum pollutionis & munditiei. Atque ita cùm juberet Dominus prophetam de istis interrogare dixit ipsi, *Interroga nunc Sacerdotes Legem*, quasi Lex absolutè sumpta esset decisio [quæstionum] ad pollutionē & munditiem [spectantium] & cognitio legum in ipsis observandarum. Atq; ita etiam dixerunt de pollutionibus & purificationibus, *Hæc, hæc sunt substantialia Legis*. Et qui aliter fieri possit, cùm sint illa scala ad Spiritum Sanctum? Sicut dixerunt, *Mundities perducit ad sanctitatem*, &c. Hæc autem omnia tibi dixi ne putares sermonem de his rebus [institutum] similem esse sermoni de Tabernaculis, aut Ramis palmarum, aut juramento custodum, aut judicum, quem apprehendere posses levi aliquâ attentione téque rem assecutum, quinetiam ne levi pendas ea quæ ipso intellecto commoda precepturus es, aut idem statuas dē

פי אלמסאלתין פקד תבין לך
אן אלאמר צעב פי נפסה ולו
פי אלאזמאן אלמתקדמה ואעתבר
קולהם עתידה תורה שתשתכח
מישראל ען נסיאן אחכאם
אלטומאה ואלטהרה וכדלך
למא אמר אללה תעאלי אלנבי
באלסואל ען דלך קאל לה שאל
נא את הכהנים תורה ככאן
אלתורה באטלאק הי אלתפקה
פי אלטומאה ואלטהרה
ומערפה אחכאמהא וכדא
יאצא קאלוא פי אלטמאית
ואלטהרות הן הן גופי תורה
וכיף לא והי אלסלם לרוח
הקודש כמא קאלוא טהרה
מביאה לידי קדושה וכו'
ואנמא קלת לך נמיע הדא
אלכלאם ללא תטן אלכלאם פי
הדה אלמעאני אנה מתל
אלכלאם פי סוכה או לולב
או פי שבועת השומרין ושבועת
הדיינין פתנטרה באול כאטר
ותטן אנך קד טפרת בשי
ואיצא ללא תסתהון מא
יחצל לך מן אלפואיד בעד
תצולהא

חצולהא ותחמלהא מחמל מא תקדם מן שרחנא ללסדרים אלמתקדמה לאן הדה אלאצול אלעטימה אלכתר אלתי קדמת לך פי הדא אלצדר מא מנהא אצל אלא וקד שקית אלשקא אלעטים פי תצחיחה ותצפחה ולקטתהא אחד מעיר ושנים ממשפחה מן גמיע זואיא אלתלמוד ומכפיאת אלבריתות ואלתוספתות חתי גמעת מנהא הדא אלצדר ליכון מפתאח לגמיע מא אריד שרחה פי הדא אלסדר נעם ולאכתר אלהלכות אלמסתצעבה פי אלתלמוד לאן כל הלכה יכון פיהא כלאם פי טומאה וטהרה ופי ראשון ושני ונחוה תצעב ולו עלי אלאכאביר אלכבאר פכיף עלי אלתלאמיד ואדא וגדת פיהא כלאם לאחד תגד כלאמא כתיר אלתטויל קליל אלגדוי לא יתחצל לך מנה גרץ כאמל לאן אצול הדא אלפן גיר משתגל בהא אצלא אמא מא קדמנאה נחן פי הדא אלצדר פהו כאפיא

iis ac de cæteris quæ præcesserunt in explicatione Classium præcedentium. Nam ex istis magni momenti fundamentis, quæ tibi in hâc Classe præmisi, non est vel unum aliquod cui non magnum ad ipsum confirmandum atque elucidandum laborem impendi; dum ipsa collegerim, *unum ex urbe & duo ex familia*, ex omnibus *Talmudis* angulis, & *Baraitoth* & *Tosiphtoth*, seu Interpretationum exoticarum & Additamentorum latibulis, quoad ex istis præfationem istam confecerim quæ sit instar clavis omnibus quæ in hac Classe explicare animus est, quin & plerisque quæ in *Talmude* occurrunt sententiis difficilioribus; cùm omnis sentẽtia in qua mentio fiat immũditiei & mũditiei, primíque & secundi &c. difficilis videatur, vel etiam Doctoribus magnis, quanto magis discipulis? & cùm aliquem de iis loquentem repereris, invenies sermonem prolixum valdè at parum utilem, adeò ut ex ipso quod velis perfectè assequi non possis. Hujus enim generis fundamenta ejusmodi sunt quibus opera nullatenus impenditur. Verùm illa quæ præmisimus huic classi abundè sufficiunt. Ea autem

Y y probè

גדא גדא ויחתאג אלי חפט כמא דכרנא ומא יעלם קדר אלפאידה בה עלי אלתחקיק אלא מן קד שקא אלאיאם וכהר אלליאלי פי הלכה מן תלך אלהלכות אלתי פי אול שבת ופסחים או חגיגה וזבחים וחולין ונחוהא ולם יתלכץ להלאצ יעמד עליה תם יקרא הדא אלצדר ומא בעדה ותציר לה תלך כלהא מבניה עלי אצולהא פחיניד יעלם קדר מא אנעמל הנא ומא מתאל דלך אלא כמתל מן גמע כראריב בשקא ותעב פי אלאספאר חתי חצל מנהא מאלא כבירא תוצל בה אלאגראץ פאדא טפר בדלך אלמאל מן שקא איאמא ולם יקדר עלי קותה עלם קדרה וכדלך אן וצל ליד רגל מחצל ואן כאן לם ישק פהו יצל בה גרצה ויעלם כמא ירי מן אחוא אלנאס קדר מא כאן ישקי לו

probè tenere oportet uti diximus. Non autē percipiet, prout decet, quàm utilia sint, nisi qui & laborem diurnum, & vigilias nocturnas, impenderit alicui constitutionum istarum quæ occurrunt initio tractatuum *Sabbati*. *Pesachim* *Chagiga* *Zebachim*, *Cholin*, &c, necdum fundamentum aliquod cui innitatur sibi selegerit, deinde hanc præfationē & quæ sequuntur perlegerit, ut sint ipsi omnia ista fundamentis suis superstructa, tum enim eorū quæ hîc facta sunt valorem percipiet. Neque aliâ similitudine hoc [illustrare] possum quàm ejus qui non sine difficultate & molestiâ inter peregrinandum siliquas collegerit quoad magna inde opum copia ipsi accreverit adeò ut iis quis quid velit assequi possit; quas si consecutus fuerit qui cùm aliquandiu angustiam subierit sibi sustentando non fuit, is certè ipsarum pretium dignoscet; quin & si in manus inciderint viri prudentis etiámsi nihil difficultatis passi, hic etiam iis quid velit assequetur, atq; interim ex iis in quibus versari homines videt, perspectum habebit quantum sibi molestiæ subeundum fuisset, nisi eas [sibi para-

לולם ינרה וכל מא עטמנא
הדא אלאמר פהו תחריץ ותחציץ
עלי חפט הדא אלצדר ודכרה
דאימא חתי לא אחתאג אן
אדכר הדה אלאצול מתי מא
אחתגת אליהא כל אחיל
עליהא פקט לאן אלסדר נפסה
יחתמל מן אלתטויל ואן לם
תתכרר מעאנידה מא פיה
כפאיה ואן אבתדי באלשרח אן
שא אללה תעאלי .

tas]inveniſſet. Ideo autem totũ hoc ad rei hujus magnitudinem illuſtrandam protulimus, quò incitare ac perſuadere poſſem ad præfationem iſtam obſervandam, eámque memoriâ perpetuò tenendam, ne fundamenta iſta ſubinde, quoties iis opus fuerit, repetere neceſſe habeã, verùm ea tantùm reſpectans intuear cùm ipſa præfatio etiámſi non repetantur quæ in ea dicta ſint, ſatis prolixa videatur. Jam autem (volente Deo) explicationem aggrediar.

Soli Deo Gloria.



APPENDIX NOTARUM Miscellanea.

אין בתורה אפילו אות אחת שאין ההרים גדולים
תלויים בה :

Non est in Lege [S. Scriptura] *vel una litera, à quâ non dependeant montes magni.*



OXONIÆ,
Excudebat *H. Hall*, Academiæ Typographus,
Impensis *R. Davis.* M.DC.LIV.



IEREM. XXXI. 32.

אשר המה הפרו את בריתי ואני בעלתי בם נאום יהוה

Chald. ראנון אשניו ית קימי ואנא אתרעיתי בהון אמר י'

Quia ipsi irritum fecerunt pactum meum, & ego complacui mihi in eis, dicit Dominus.

Syr. מטל דהנון בטלו דיתיקי דילי ואף אנא בסירת בהון אמר מריא

Quoniam ipsi irritum fecerunt fœdus meum, ego pariter aspernatus sum eos, dicit Dominus.

Arab. in Bibl. Jaianis. لانهم لم يثبتوا في عهدي وانا تهاونت بهم قال الرب

Nam quia non perstiterunt in fœdere meo, ego vicissim neglexi eos, dixit Dominus.

Sept. Ὅτι αὐτοὶ ἐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου καὶ ἐγὼ ἠμέλησα αὐτῶν φησὶν Κύριος.

Vers. Vulg. *Pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus.*

Pagnin. *Qui ipsi irritum fecerunt pactum meum, & ego dominatus sum eis, dixit Jehovah* [not. Vatab.] Alii, *Et fui maritus eis.* aut, *Egi maritum erga illos.*

Angl. Which my covenant they brake, although I was an Husband unto them, saith the Lord.

On

Ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν λέγει Κύριος.

Arab. Jai. وانا اهملتهم *Ego neglexi eos.*

Vulg. *Quoniam non permanserunt in Testimonio meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus.*

Bez. *Nam ipsi non perstiterunt in illo meo fœdere, & ego despexi eos, dicit Dominus.*

Angl. Because they continued not in my Covenant, and I regarded them not, saith the Lord.

Is. XXVIII. 16.

המאמין לא יחיש

Chald. לא יזדעזעון *Non commovebuntur.*

Syr. ומהימן לא נרחל *Et qui crediderit non timebit.*

Arab. ومن يومن به لا يخزى *Et qui crediderit in eum non erubescet.*

ROM. IX. 33. & X. 11. πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ καταισχυνθήσεται.

Et 1 PET. II. 6. ut LXX. Syr. לא נבהת *Pudore non suffundetur.*

Arab لن يستخزى & ما يستخزى *Non pudefiet.*

Vulg. *Qui credit in eum non confundetur.*

Bez. *Non pudefiet.* Angl. Shall not be ashamed [or, confounded.]

Sept. ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ μὴ καταισχυνθῇ.

Vulg. *Qui crediderit non festinet.*

Angl. He that beleeveth, shall not make haste.

CAP. I.

Non temerè sollicitandam esse receptam textûs Hebraici lectionem, Ierem. XXXI. 32. *Vocem* בערתי Baalti, *quod vulgò redditur,* Dominatus sum, *vel* Maritus fui, *non incommodè reddi* ἠμέλησα, Despexi, neglexi, Hebr. *VIII. 9. Idem de* Isai. *XXVIII. 16. statuitur, sc. probabile esse non aliter olim, quàm nunc, lectum Hebraicè.* לאיחיש Lo Yachish, *quod vulgò redditur* non festinabit, *sonare non minùs,* οὐ καταισχυνθήσεται non confundetur, *vel* pudefiet, *ut* Rom. *IX. 33. & alibi transfertur.*



UM is præcipuè scopus in his edendis nobis propositus fuerit, ut studia Rabbinica simul & Arabica, aliquatenus promoveremus, ídque, hoc quasi supposito, utrumque suam habere, quâ rerum præstantiorum studiosis commendetur, utilitatem, ne hoc gratis postulâsse censeamur, visum est aliqua quibus & linguæ Arabicæ ad Veteris Testamenti, & Rabbinorum disciplinæ peritiam ad Novi, textum feliciùs enucleandum haud parum conducere (ne dicam necessariam esse) probetur, appendici huic Notarum inserere; non argumenta sed exempla, eáque in capita, non aliâ ferè methodo quàm prout in mentem venerint, distributa. Primum (quòd primò se cogitanti obtulerint) facient ea quæ ante aliquot annos in auditorio Hebraico, Comitiorum Academicorum Vesperiis, ad unum aut alterum Scripturæ locum, eum in finem, disseruimus, quæ, omissâ tantùm, quæ tempori ac loco accommodata fuerat,

 præfatione

præfatione, ſic ſe habent *Jerem XXXI.32. Quia ipſi irritum fecerunt pactum meum* ואנכי בעלתי בם *& ego Baalti bam.* Celebris eſt locus, qui aliter in Novo Teſt. (ſcil. à θεοπνεύστῳ divinæ ad Hebræos Epiſtolæ, LXX Interpretum verſionem ſecuto, authore) recitatus, quàm ſonare interpretum pleriſque viſa ſunt verba Prophetæ, prout nunc in Hebraicis, quæ tam Chriſtianorum quàm Judæorum manibus teruntur, exemplaribus habentur, in eorum numero eſt qui eam de hujuſmodi diſcrepantiæ cauſa atque origine dubitandi anſam præbuerint, quæ nullo modo tolli poſſe videatur quam ſi ad variantes lectiones confugiamus; ſc. aliter olim in iis quibus uſi ſunt LXX (qui vocantur) Interpretes & priſci temporis homines, quàm in iis qui ad recentiorum manus pervenerunt, codicibus ſcriptum fuiſſe. Quod avidis arripiunt auribus qui corruptelarum nimis frequentium obtentu, fontium Hebraicorum αὐθεντίαν labefactare conantur. Quibus ne plus quam rei ipſius veritas poſtulat, gratìs concedatur, à ſollicitè cavendum eſt illis qui lim-
Zac.14.8. pidiſſimos vitæ fontes è media *Jeruſalem*, imò ipſo Dei atque Agni throno profluentes, ſanctóque ipſius ſpiritu fotos, & conſpicuam divinæ circa ipſos providentiæ, per tot ſeculorum decurſum, curam, eâ quâ par eſt reverentiâ proſequuntur. Ac magni certè hoc in genere momenti eſt locus de quo in præſentiarum agitur; cùm lectionem in Bibliis Hebraicis hodie obtinentem, in dubium vocantibus occini non poſſit, quod in aliis nonnullis & ſolet & meritò poteſt, hallucinatos fuiſſe vel Interpretes vel Scribas, cùm Novi Teſtamenti authoritate comprobetur iſtorũ verſio, horum lectio; cujus textum qui nobis dederunt non minùs acti ſunt à Sp. Sancto, quàm illi, quibus olim allata eſt Prophetia, Sancti Dei homines, adeò ut ab Epiſtolæ ad Hebræos authore, non minùs quàm ab ipſo *Jeremia*,

mia, quid dixerit Dominus acceperimus. Cùm igitur de lectione quæ in Epistolæ istius c. VIII. v. 9 scil. ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν λέγει Κύριος minimè ambigatur, hoc in causa fuit Viris & doctis & piis ut potiùs Scribarum incuriæ in Prophetæ verbis Hebraicè describendis, vel saltem variæ lectioni quæ casu aliquo jam olim contigit, discrepantiam hanc imputarent, & pro בעלתי *Baalti*, quod in hodiernis exemplaribus legitur, ac verti solet *Dominatus sum*, vel *Maritus fui*, substituendum, vel saltem olim non malè, & comprobante jam Sp. Sancto legisse τῶν ἑβδομήκοντα געלתי *Gaalti*, vel בחלתי *Bachalti*, quæ sonant, *Fastidivi*, *Aspernatus sum*. Latiùs patere, quam ut leviori manu sarciri possit, rupturam. Ita certè adhuc doctis visum, at quia non aliam tentârunt, potiùs quàm quòd non reperiri possit, hæc ἐναντιοφανῶν conciliandi viam; quæ tamen inquirentibus adeo facilis est inventu, ut si alia, quæ minùs fortassis primo intuitu præ se ferunt difficultatis, pari facilitate componi possent, nullus relinqueretur textum Hebraicum corruptelæ arguendi prætextus. Ea est, nõ ut pro voce בעלתי (in qua totius difficultatis cardo vertitur) novam aliquam lectionem substituamus, sed ut in varios ejus significatus inquiramus, quod si fecerimus illud non minùs commodè per Græcorum ἠμέλησα reddi posse, quàm aut געלתי *Gaalti* quod est *Fastidivit*, aut quicquid ejus loco adhibent doctorum conjecturæ, reperiemus. Quod ne gratis dictum à nobis videatur, conabimur rationibus nonnullis, quæ & aliis forsan in quibus in diversum abeunt interpretes conciliandis inservire possint, sententiam nostram confirmare. Quẽ in finem necesse erit in varios, quibus dictionis alicujus Hebraicæ, de qua controvertitur, sensus erui possit, modos inquirere. Ii verò (ut mihi videtur) quinque statui possunt. Quorum primus est ut diversa in quibus eadem vox occur-

rit, loca inter se conferantur. ad hunc sæpissime confugiunt Interpretes tum Judæi tum Christiani, quò loci unius obscuritas aliorum perspicuitate illustretur.

Secundus, ut locus de quo agitur diligenter & accuratè perpendatur, ut ita quænam vocis πολυσήμου significatio ei quadret, dignoscatur, imò annon aliam adhuc quàm quæ in reliquis Scripturæ locis occurrit, requirat. Hanc innuit *R. Tanchum* his verbis قد علمت ان الالفاظ يعلم شرحها من معني
Ad Jud. c. 1. الموضع الذي قيلت فيه لا من جهة المشاركة في اللفظ حسب i.e. *Notum est verborum significationem dignosci ex loci, in quo occurrunt, sensu, non eorum cum vocibus affinibus* (seu ejusdem originis) *collatione tantùm.* Idem sæpe in verbis rarioris usûs.
Ad Jer. 43. & v. Kimchi in וחל explicandis, ea hoc vel illud denotare ait بحسب معني المكان *ratione, vel vi sensûs loci.*

Tertius, ut versiones antiquæ, eæque jam olim probatæ, consulantur; cùm earum authores iis vixerint temporibus quibus Judæorum & res & lingua magis florerent & faciliùs perdiscerentur, quæque à scriptorum seculo propiùs abessent. Tales præcipué Græca quæ vulgo Septuaginta Senum audit, Paraphrases Chaldaicæ, & Syriaca quæ פשיטתא sive *Simplex* dicitur, è fonte nempe Hebraico traducta.

Quartus, ut in Rabbinorum tam antiquiorum quàm recentiorum, qui multa hoc in genere κατεσπαρμένα habent, explicationes inquiratur. Quamvis enim lingua Hebraica, jam olim in eam abierit desuetudinem ut non sit ipsis vernacula, parum tamen abest quin ita haberi possit, utpote quam, licet non cum matris lacte imbibant, à teneris tamen unguiculis statim addiscunt, inque ea præ aliis exercitatissimi sunt, adeo ut, quod ad verba attinet, non parum iis tribuant Christianorum cordatiores.

Quintus

Quintus demum, (qui non minimi inter cæteros momenti) vicinarum linguarum collatio, Syriacæ, puta sive Chaldaicæ, & Arabicæ, cùm sint tres istæ, Hebr. Syr. & Arabica לשונות משתתפות מתדמות בשמותיהם ובהליכותיהם ובשרשיהם (ut loquitur *R. Iudah Levita* in *Cozari*) *linguæ affines & quæ multa inter se communia habent in nominibus suis, inflexionis & constructionis ratione*, adeo ut ferè cum *R. Aben Ezra* dicamus esse ea שפה אחת ודברים אחרים *labium unum & verba diversa*, sive unius linguæ dialectos varias quarum Hæbraica mater, reliquæ autem filiæ matri non ab similes. Hujus usus & necessitas hinc patet quòd cùm lingua Hebraica pura, antiqua, in angustos admodum limites redacta sit (utpote cujus nihil, præter illud quod in Bibliis conservatur, ad nos pervenerit; inque iis voces multæ vel semel tantùm, vel diversis significationibus occurrant, quas ex aliorum in eadem lingua, scriptorum usu dignoscere non licet, necesse sit illarum quæ ממשפחה אחת היו (ut iterum cum doctissimo *R. Aben Ezra* loquamur) *ex eadem familia ortũ ducunt*, easdem radices & propagines agnoscunt, scrinia excutere, & quem usum, quos sensus voces istæ apud illas habeant, inquirere. Hoc modo, cum aliàs non possint, frequenter se expediunt Rabbinorum doctissimi *R. Saadias*, *Aben Ezra*, *Ebn. Iannabius*, *Maimonides*, *R. Tanchum*, *Kimchii*, pater & filius, cum antiquiorum & recentiorum aliis. Horum quinque modorum vel alicujus ipsorum beneficio, si genuinus verbi cujusvis, in textu Hebraico occurrentis, sensus erui non possit, nihil superesse videtur opis humanæ, quo dignosci queat. Horum ergò plerosque, si non omnes, à nostris partibus, contrà verò nullum stare si ostenderimus, dum בעלתי *Baalti* in Prophetæ verbis non necessariò per *Dominatus sum*, vel *Maritus fui*, sed commodè per *Neglexi*, *Despexi*, verti posse affirmamus, adeo ut variam le-

Lib. 2. §. 68.

R. Moscat. comm. ibid. v. & Maimon. epist. ad Ebn. Tibbon.

v. R. Moscat. ut supr. & Ab. Ez. ad Ex. 12. 9. Gen. 1. 1. & &c.

ctionem confingere opus non sit, illud quod probandum suscepimus, satis firmâsse videbimur. Quod ut pateat, ad singulorum, ordine suo, examen illud revocemus. Primus ergò, quem proposuimus, modus, est ut de vocis in loco de quo ambigitur intellectu, aliorum, in quo occurrit, collatione statuatur. Atque hic primâ fronte nobis maximè adversari videtur, dum sc. objicitur בעל *Baal*, ubicunque aliàs occurrit, significare *Dominari* vel *Dominum seu Maritum esse*, vel *in uxorem ducere*, ideóque eodem hic sensu necessariò sumendum. Cujus tamen argumenti vim infirmare haud erit difficile, si observemus, quod observandum est, alio hic modo quam in plerisque locorum illorum verbum hoc construi; scil. cum præpositione ב *Be*, cùm aliàs vel cum accusativo construatur, ut ubi maritandi significatum habet כי יבעל בחור בתולה יבעלוך בניך *Sicut maritatur juvenis cum virgine, maritabuntur tibi filii tui. Is. LXII.5.* vel cum ל ubi dominandi, ut אשר בעלו למואב *Qui dominati sunt* Lemoab, *Moabo. 1. Chron. IV. 22.* Ea autem pro diversitate constructionis solet esse significationum varietas, ac penè contrarietas, ut ex illis de hujus loci sensu qui aliûs præpositionis influxu regitur, certi aliquid concludi non possit. Unicus (ni fallor) est præter hunc locus in quo eodem, quo hîc, modo cum ב *Be* construitur. *Ier.. sc. III. v. 1.* אנכי בעלתי בכם *Anoci Baalti becem*; ubi ut, בעלת *Baalti Dominatus sum* vel *Maritus fui* reddatur, adeo non est necessarium ut minimè dubitaverit *Kimchi* pater, referente filio ipsius Davide, hanc sine exceptione regulam tradere כל לשון בעילה שהוא דבק עם בית הוא לשון גנאי i. e. *ubicunque verbum* בעל *Baal cum* ב *Be construitur in malam partem sumi.* Ideoq; verba etiam illa sic exponit. קצתי בכם בזמן שעבר אך עתה אקבץ אתכם *Ego fastidivi vos; eo sc. quod præterito tempore, at jam colligam vos.* quæ eadem est & R. Tanchumi

chumi ſententia "معناه الكره وقد اتي من هذا المعني בעחא
i. e. *ſignificatio ejus eſt*, *Aſpernari*, vel, *Reſpuere*, *quo ſenſu etiam dicitur. Bachal mutato* ע *in* ח. Nihil ergo eſt ex aliorum locorum collatione quod neceſſariò ſuadeat בעלתי *Baalti* hic, *Dominatus ſum*, vel *Maritus fui*, reddendum, vel quod impediat quo minùs vertatur *Faſtidivi*, imò eſt quod ſuadeat potiùs. Prima ergò hæc de vocis ſignificatu dijudicandi ratio, non adeo apertè nobis adverſatur, reliquas valde faventes habemus Quod ad ſecundam enim, quæ eſt diligens & accurata loci de quo agitur perpenſio, ut quis illi maximè conveniat ſenſus, quem admittat, quem repudiet, dignoſcatur; hanc adhibentibus, mirè huic loco quadrare videtur *Faſtidiendi* ſignificatio, ut vel ideò quòd eam לד בעלתי *Baalti* convenire non putent, געלתי *Gaalti*, quod legiſſe olim LXX. exiſtimant, præferendum "cenſeant. ita Doctiſ. *Capellus*. *Heb*. VIII. 9. [legitur] inquit, "*κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν* ex *Jer*. XXXI. 32. ubi in Hebr. eſt בעלתי בם "*Dominatus ſum eis*, at LXX. legerunt געלתי *Faſtidivi*, quæ "lectio videtur melior. hæc ille. ut nec omittam, quòd multis oſtendere conatur *R. Ebn. Jannahius* Dominii & Maritationis ſignificatum, nullum hîc locum habere poſſe. Quòd ita nempe, omnis inter fœdus olim cum patribus initum ac novum jam pangendũ diſcrepantia tolli videatur; quæ hoc modo conſtat, ſi eorum, qui ob illud irritum factum à Deo faſtidiri atque rejecti fuerant, poſteri, hoc jam cordibus ipſorum indito, gratiáq; divinâ auxiliante & ad obſequium impellente, talis in poſterum deſpectus atq; deſertionis metu liberandi prædicentur; unde concludit *Baalti bam* idem valere ac برمت بامرهم ونعقب بهم *Faſtidivi res eorum*. i.e. ipſos, ñſq; afflictus ſum.

Crit. ſacr. p.61.

l. Radicum בעל

Tertio loco, ſi verſiones antiquas conſulamus, habemus quas cæteris omnibus meritò opponamus, Græcam & Syriacam

riacam (quarum illa habet *καὶ ἐγὼ ἠμέλησα αὐτῶν*, *Et ego despexi, seu, neglexi eos*; hæc ואף אנא בסית להון *atque ego etiam contempsi seu sprevi illos*;) præsertim cum isti verborum interpretationi eam conciliaverit authoritatem ipsius Sp. S. testimonium, capite ad Heb. epistolæ modo laudato, ut si eam non admittat recepta hodie in Bibliis Hebraicis lectio ad variantem lectionem necesse sit confugere. Quarto etiam cum ad partes advocandi sint Hebræorum docti, qui nobiscum faciunt nec pauciores, nec eruditione & authoritate, illis qui aliter sentiunt, inferiores, reperientur. Sunt illi magni inter suos nominis viri, *Abul Walid Marun Ebn Jannahi* Grammaticorum princeps, (* cujus in plerisque vitulâ arat *David Kimchius*) *Kimchii* pater, & *R. Tanchum Hierosolymitanus*, qui omnes unanimi consensu בעלתי לפ hîc fastidiendi significatum tribuunt, Dominii negant, additis, ut vidimus, & à constructionis ratione & loci circumstanstantiâ, argumentis. Præcipuus eorum qui contrarium sentientium agmen ducere censetur est *R. David Kimchius*, qui tamen dubius hîc potius stare videtur. Neque enim commodam esse, quam patrem suum amplexum fuisse fatetur, sententiam, sed tantùm necessariam esse, negat. Hæc enim in *l. Radicum* habet. Sunt qui verba ista ואנכי בעלתי בם *Veanoci Baalti bam*, *ita interpretentur ut idem sonet* בעלתי *Baalti* ac געלתי *Gaalti* vel בחלתי *Bachalti* scil. *Fastidire*; ואין צורך *at non est hoc necesse*, *sed usitatiori* בעלתי *Baalti significatione reddi potest, ut valeat*, *Quamvis ego Dominus seu maritus fuerim ipsis, ac fuerim ipsis Deus, illi irritum fecerunt fœdus meum*; *& sic Ionathan* [illegible] אחרעיתי *Ethreiti*, *Complacui mihi*. *at Pater meus p.m.* dixit *Omnem vocem* בעילה *Beilah, quæ construitur cum* ב, *in malam partem sumi*. Hæc ille è quibus vix dignosci possit quam demum sententiam præferat. Ita unam probat, ut alteram improbare non audeat. Restat

* *Ad ipsius exemplum &c. Grammat. & l. Radicum composuisse videtur, cumq; sæpissimè nomine R.* Jonæ *citat.*

Supereſt ut ultimo loco quid ad vocis, de qua agitur, ſignificationes eruendas conferat vicinarum linguarum collatio, videamus: atque hîc linguæ Arabicæ ope, quam in ſubſidium vocant *Ebn Iannabius*, & *Kimchius Senior*, ſi quid adhuc reſtat ſcrupuli, planè tollitur. In ea enim verbum בעל *Baala* eſt, non modo *Dominum eſſe*, & *Maritari*, ſed & *Perturbari*, *Separari*, *Faſtidire*, *Nauſeare*, quo ſenſu etiam uti hîc in Hebr. cùm ب *Be* conſtruitur, & cum على *Ala* conſtructum, *Renuere*, *Nolle*. *Interpretatio verbi* בעלתי *Baalti*, *hâc ſignificatione* [faſtidiendi ſcil.] (inquit) *Ebn Jannabius*, *convenit cum illo quod dicunt Arabes* بعل الرجل بامره *Baelal' Rajolo beamrebi*, ſcil. ضاق به وبرم بشانه *Tæduit virum negotii ſui & faſtidio illud habuit.* ſic & *Kimchii* pater, *eodem* (inquit) *modo dicunt Arabes* بعل الرجل بالامراة *Faſtidivit vir mulierem eámque expulit*, *ſeu repudiavit.* Eam quæ adhuc apud Arabes in uſu eſt, thematis hujus notionem, olim Hebræis etiam notam fuiſſe ſtatuunt. His ergò rationibus moti, cùm & loci circumſtantia, & verſionum antiquarum præcipuæ, & Rabbinorum doctiſſimi, & linguæ Arabicæ uſus perpetuus calculum adjiciant, nulli dubitamus pronuntiare, eandem olim hoc loco, quæ & hodie receptam fuiſſe lectionem; & verò ſi hodie interpretibus viſum eſſet, ut olim LXX Senibus & Syro, verba Prophetæ reddere [*Quapropter eos faſtidivi, nolui, deſpexi*, ἠμέλησα &c] nihil eos facturos quod à vocis בעלתי *Baalti* ſignificatione alienum ſit, imò forſan quod ei, cum præpoſitione ב *Be* conſtructæ, non optimè omnium atque unicè quadret. Nec minùs forſan contra lectionem געלתי *Gaalti* quàm pro בעלתי *Baalti* hinc argumentari

 liceat,

liceat, quòd יתלעג *Gaalti* cum ב *Be* nullibi constructum reperiatur, neque dicatur געלתי *Gaalti bam*, sed געלתים *Gealtim*, *Abominatus sum eos*, ut *Lev.* XXVI. 44. Nec dubitamus si ad easdem regulas exigantur alia etiam Scripturæ loca non pauca, in quibus aliter olim legisse antiquarum versionum authores, quàm hodierna præ se ferunt exemplaria Hebraica, perhibentur, aliter meliùs conciliari posse quæ inter eos & recentiores reperiuntur discrepantias, qàum varias ubique lectiones statuendo. Altero saltem exemplo, ut ita duorum testium fide res comprobetur, illud confirmare liceat. Illius nempe loci qui ab Apostolo *Paulo* LXX Interpretes secuto, Epistolæ ad *Rom.* cap. IX. ver. 33. ex *Isaia* XXVIII. 16. citatur: scil. καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται, *Et quisquis credit in eum non pudefiet.* Verba prout Hebraicè apud *Isaiam* vulgò leguntur sunt המאמין לא יחיש *Hammaamin lo yachish*, quæ sonare volunt Interpretes, *Credens non festinabit.* aliter ergò legisse olim Græcæ versionis authores quos secutus est Apostolus, asserunt docti, scil. יבוש *Yebosh* vel יביש *Yabish*, quod sonat, *Erubescet.* Rectiùs (inquit Illustriss. *Grotius*) quàm quod Masorethæ prætulere. Vir doctus, apud *Capellum* in quæst. de locis parallelis Vet. & Nov. Test. hæc
" habet *Es.* XXVIII. 16. Hebraicè legitur, *Qui sperat in eo*
" לא יחיש *lo Yachish* i. e. *Non festinabit*, pro quo *Paulus*, *Rom.*
" IX. 33. & X. 11. & *Petrus*, 1 *Pet.* II. 6. scribunt μὴ καταισχυνθῇ,
" i. e. *non confundetur*, codicem procul dubiò melioris no-
" tæ secuti, in quo scriptum erat לא יביש *lo Yabish*, *non* לא יחיש *lo Yachish*. Quare autem hæc à viris doctis affirmantur? quia nempe loci naturæ magis quadrare videatur pudoris (quem adhibuerunt *LXX* Senes) quàm festinationis significatus, quem unum voci יחיש *Yachish* competere

petere autumârunt. Quòd si hanc ob rationem varia erit cudenda lectio, quid ni Paraphrastæ etiam Chaldæi & Interpretis Syriaci gratiâ, quorum ille vertit לא יזדעזעון *lo Yizdaazaun*, *Non commovebuntur*, vel *trepidabunt*, hic לא נדחל *lo nedchal*, *non timebis*? Num eos forf. יחיל *Yachil* à חול *Chul*, *Timere*, *Trepidare*, in codicibus suis scriptum reperisse putabimus, voce non minus ad יחיש *Yachish* quàm יבוש *Yabosh* accedente? Quid ni potiùs & hos & illos יחיש *Yachish* olim, prout nunc habetur legisse? alios tantùm ejusdem significatus quàm recentiores prætulisse, quos ambitu suo continere verbum illud suadent, & loci circumstantiæ & interpretum authoritati additus linguæ affinis Arabicæ usus, in qua themata حوش *Haush* & حيش *Hish* quæ Hebr. חוש respondent, tres nobis istos (cum aliis) significatus exhibent (inter se non rarò in rei natura conjunctos, dum qui timet consternatus huc illuc rapitur, atque ita tandem pudore confunditur) scil. اسرع *Asraa*, *Festinare*, فزع *Phazea*, *Timere*. استحيا *Estahya*, *pudore suffundi*, quorum tertium præferunt *LXX*, secundum Chaldæus & Syrus, primum recentiores. Siquidem quod falsò Alcorano suo tribuit *Mohammedes* verè SS. Scripturæ tribui potest, scriptam eam بجوامع الكلام verbis συλληπτικοῖς [*comprehensivis*] quæ varios in se sensus continent, quorum cùm plures aliquando uni eidemque loco satis appositi sint, varias pariunt apud interpretes sententias, citra ullam varias lectiones constituendi necessitatem.

Meritò interim vobis commendatum reddat linguæ Arabicæ studium vel unus hic ejus usus quo Hebraicæ

tam feliciter ancillatur. Quàm latè pateat per totam humanioris literaturæ ἐγκυκλοπαιδείαν ejùs usus fatebuntur mul·i qui quid ulla ex parte Theologiæ studioso conferat planè dubitant. Egò verò, si quid censeam, Theologo adeò utilem existimo, ut si textum Hebraicum aliquando penitiùs excutere necessarium ducat, câ sine manifesto veritatis præjudicio, ne dicam dispendio, carere non possit.

CAP. II.

MICAH. V. 2.

Heb. ואתה בית לחם אפרתה צעיר להיות באלפי יהודה ממך לי יצא להיות מושל בישראל ומוצאתיו מקדם מימי עולם

Heb. ואת בית לחם אפרתה דזעיר הויתא לאיתמנאה באלפיא דבית יהודה מנך קדמי יפוק משיחא

Et tu Bethleem Ephrata quæ minima fuisti, adeò ut computareris inter millia domûs Judæ [forſ.] *quæ minor fuisti quàm ut &c. ex te coram me prodibit Messias.*

Syr. אנת דין בית לחם אפרתא זעוריא אנתי דתחוין באלפא דיהודא

Tu verò Bethleem oppidum num parvum es ut censearis inter myriades Judæ? Ita Bibl. Paris. vel legi potest sine interrogatione, *Tu verò Bethleem Ephrata, parva es ut sis inter &c.*

Arab.

Arab. وانت يا بيت لحم بيت افراثا لست بصغير انت
ان تكون في الوف يهوذا

Et tu, O Bethleem domus Ephrata nequaquam ita parva es ut [non] *sis in millibus Juda.*

LXX Καὶ σὺ Βηθλεέμ οἶκος Ἐφραθά ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα, &c.
* al. μὴ ὀλιγοστὸς.

Vulg. *Et tu Bethleem Ephrata parvulus es in millibus Juda.*

Pagn. *Et tu Beth-lechem Ephrathah parvula es ad existendum in millibus Jehudah. Ex te tamen mihi egredietur ut sis dominator in Israel, & egressiones ejus à quondam, à diebus seculi.*

Angl. But thou, Bethleem Ephratah, though thou be little among the thousands of Judah.

Matt. 2. 6 Καὶ σὺ Βηθλεέμ γῆ Ἰούδα οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ.

Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es &c.

And thou Bethleem in the Land of Juda art not the least among the Princes of Judah, &c.

Conciliatur Micæ V. 2. *cum* Math. II. 6. *dictionem* צעיר *Tsair contrariis gaudere significationibus & modò* parvum, *modò* illustre & præcipuum *denotare. Obiter etiam* Psal. LXVIII. v. 19. *cum* Eph. IV. 8. *confertur.*

EST & hic locus ex eorum numero qui aliter olim, quàm nunc, lectus nonnullis videtur, utpote qui sensu diverso, & ferè contrario à *Mathæo* Evangelista citatus quàm præ se fert textus (qualis nunc habetur) Hebraicus, alteri horum incommodorum patere videatur ut malâ fide vel à *Judæis* servatum Prophetæ oraculum, vel ab Evangelista (quod absit) recitatum videatur. Nam quod apud prophetam hodiè legitur, *Et tu Bethleem Ephrata parvula ad existendum*, (vel quæ parva es) *in millibus Judæ*, apud *Mathæum* formulâ loquendi toto cœlo discrepante effertur, Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα &c. *Et tu Bethleem terra Juda nequaquam minima es inter duces Judæ*. Quod alter affirmare censetur, alter planè negat. Hunc nodum, cùm aliam non invenerint rationem, ita solvunt nonnulli ut ad Variantem lectionem confugiant, quâ locus, in Bibliorum exemplaribus quæ à *Judæis* nacti sumus (ut volunt) perperam lectus in integrum restituatur, Hos inter, est, V. D. quidam apud Clarissimum Virum *Lud. Capellum* in append. ad Criticam Sacram, qui *Mathæum* hîc sine punctis autumat ita le-
"gisse צעיר ליהות i. *minima non es*, Quæ verba (inquit)
"ex punctatione *Massoretharum* & unius litteræ ו transpo-
"sitione ita hodie perperam leguntur, צעיר להיות i. *minima*

“ *ma ad existendum*, literam, inquam, ו particulæ לו adi-
“ mentes, & sequenti verbo mediam inserentes. לו enim
“ non raro ponitur pro לא ut 1 *Sam.* II 16. & XX. 2. idque
“ *Syrorum* more qui pro לא scribunt לו· היית autem simpli-
“ ci Jod in medio interdum legitur ut *Pagninus* adnotat
“ in היית. Ita 2 *Sam. XV.* 33. item *X* 11. sicut autem hic
“ sensus omnino cum *Matthæo* convenit, ita punctatio illa
“ Rabbinorum non solum ei omnino adversatur, sed e-
“ tiam se ipsam absurditate suâ evertit, quæ ita habet, *Tu*
“ *autem Bethleem minima ad existendum*. Eadem & in
altera ibidem dissertatiuncula, p. 494. repetens. Non-
“ nunquam (inquit) etiam Apostoli sive divino numine, sive
“ puriore aliquo codice freti, ita testimonia è Prophetis
“ proferunt, ut simul quoque vitia emendent, quæ tamen,
“ etiam ipsorum auctoritate damnata, non potuerunt ad-
“ huc ex ipso Canone Hebræo eliminari, ut *Mich.* V. 2.
“ Hebraicè & Græcè ita hodiè legitur Καὶ σὺ Βηθλεὲμ Ἐφραθα ὀλι-
“ γοστὸς εἶ τοῦ εἶ) ἐν χιλιάσιν Ἰούδα, sensu & incongruo & falso; quem
“ *Mathæus* ita restituit, Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ
“ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα, ex quo (inquit ille) conjicio verba
“ Hebræa quæ hodie ita leguntur צעיר להיות olim ita
“ scripta fuisse לו היית צעיר ἐλαχίστη οὐκ εἶ. Quæ verba postea,
“ vitio Scribæ ita distorta fuerint, transpositâ scilicet li-
“ terâ ו in medium verbum היות, quod omnino hic non
“ quadrat; לו autem, i. e. *non*, non tantum *Syriacum* est, sed
“ etiam *Hebræum*. ita 1 *Sam.* II. 16. & *XX.* 2. *Tertullianus*
“ & *Eusebius*, ita locum hunc legunt cum Evangelista
“ Μὴ ὀλιγοστὸς εἶ, pluris scil. facientes auctoritatem Evangelista-
“ rum quàm versionem Græcam. Hæc ille, conjecturâ certè
liberiori quàm ut eam mihi viæ indicem statuere audeam;
nam si ita literas ac verba mutare & transferre liceat, ubi
tandem

tandem pedem figemus? tot erunt textus sacri, quot Critici vel Interpretes, sive in conjectando feliciores, sive paullùm æquo doctiores. Eam ergò *Cl. Capellus* (quamvis alibi dicat, videri LXX quos secutus est *Math.* legisse צעיר לא היית) in respons. ad dissertatiunculam istam, rejicit. verba
" ipsius hæc sunt In loco qui est *Mat.* 11.5 οὐδαμῶς ἐλαχίστη ni-
" hil est necesse fingere variam lectionem (éstque illa quam
' Doctissimus Vir affert non parùm coacta) quum idem re-
" verâ sit apud *Michaam* & *Matthaeum* sensus & mens, licèt
" quoad verba videantur pugnare duo illa loca; nam cùm
" *Michaas* dicit *Bethlehem* esse nimis parvam, ut censeatur
" ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα, respicit ad urbis illius statum humilem
" atque contemptum, qui fuit tempore Prophetæ, eámque
" de abjecto illo statu consolatur, & evehit promissione
" gloriosâ orituri; ex ea *Messia Matthaeus* verò quum negat
" *Bethlehem* esse minimam in illis ἡγεμόσι, respicit ad *Christi*
" nativitatem quâ condecoranda erat & illustranda urbs
" illa, quæ quantum ad civiles & politicas prærogativas
" attinet, erat tum temporis humilis & abjecta. Quare
" unum idémque dicunt tum *Michaas* tum *Matthaus*, li-
" cèt pugnantibus in speciem verbis Hæc *Capellus*. Alii aliter tolli ἐναντιοφάνειαν istam volunt; sc. ut prophetæ verba per interrogationem efferantur, quæ negationi tantundem valeat, *Tú-ne Bethlehem minima sis in censu familiarum tribûs Iuda? imò verò ex te originem sumturus est Messias.* Utrique responso cùm insit quod προσέχοντι εἰς τὸ συνεχὲς abunde sufficere debeat, quo minus verba benè contexta violentis conjectationibus luxet & distorqueat, lectioníque minimè corruptæ stigma inurat incongruitatis & falsitatis (præsertim cùm pateat παραφραστικῶς enarrari, ab Evangelista, Prophetæ verba) aliud tamen liceat in medium proferre

Drus. & *Grot.*

proferre quod non minori forsan facilitate totum qui hîc subesse poterit scrupulum tollat, affirmando scil. nihil impedire quo minùs & nunc ut olim in eo factum צעיר *Tsair* οὐδαμῶς ἐλαχίστη vertatur. Atque tam *Magnum* quàm *Parvum* sonare vocem istam more linguæ *Hebr.* cum aliis communi, quo dictiones aliquæ sensus planè discrepantes, atque inter se pugnantes, ambitu suo contineant. Hanc lectiones istas ἐναντιοφανεῖς conciliandi rationem suggerent nobis quæ ad locum *Micha* controversum annotavit doctiss. Rabbinus *R. Tanchum*, qui postquam dixisset, à nonnullis exponi prophetæ verba ac si prolata fuissent, אסתצגארא להלך אלבלד, quasi *per contemptum istius regionis* ac familiæ, quæ minor videretur quàm ut imperio in *Israelem* obtinendo idonea censeretur, sibi tamen rectius videri ut צעיר *Tsair* hoc loco exponatur רייסא חאכמא *Primaria, Princeps,* ac *Iudex,* sive *Magistratus,* quo intellectu idem nomen aliis etiam locis gaudere vult, e.g. *Jerem. XLVIII.* 4. ubi השמיעו זעקה צעיריה *Hishmiu Zeaka Tseireha*, reddi vult, non ut vulgò solent, *audire fecerunt clamorem Parvuli ipsius*, sed ארוסא ואמקדמון *Principes & Præfecti ipsius*. צד אלמשהור מן לפט צעיר *contra vulgò receptum nominis Tsair usum*, seu ut ad locum istum habet רוסאהא ואגלאהא *Principes & Magnates ipsius.* פהו צד אלצעיר אלדי הו אלצגיר *éstque contrarium τῷ Tsaïr quod parvum denotat*. Et ad sententiam suam confirmandam Paraphrastæ etiam *Chaldæi* testimonium profert, qui ita locum istum transtulit בשרו צוחתא שלטנהא *Annuntiate clamorem Dominatores ejus.* Si libeat Magistri hujus sententiam amplecti nulla hìc inter Prophetam & Evangelistam superest discrepantia. Certè quæ *Princeps, Illustris, & Præfecta* fuerit, οὐδαμῶς ἐλαχίστη meritò appellabitur:

nec temerè forsan adhibita ista loquendi forma potiùs quàm alia quæpiam, quæ simpliciter *Magnum* vel *Illustrem* denotet, cùm ita duplex (quem diximus) nominis צעיר *Tsair*, intellectus subinnuatur, utroque expresso, altero licèt prælato, idque non prout accidit, sed certo ac deliberato consilio factum videatur. Ac ne ab una illius authoritate, quámvis *Chaldæi* (ut vidimus) Paraphrastæ, magni nominis authoris, suffragio se tuentis, pendeamus, addimus & alterum ὁμόψηφον, Grammaticorum Hebr. Principem *Eon Iannahium*, qui in libro Radicum, asserit vocem צעיר *Tsair* esse מן אלאצׄדאד i. e. ex illis quæ pugnantes inter se significationes comprehendunt; (ἐναντιοσήμων dicere liceat) ac aliàs *Magnum* & *Excellens*, aliàs *Parvum* denotare. Præter locum *Jerem.* jam laudatum, alium (cujus etiam meminit R. *Tanchum*) affert è *Zachar*: XIII. והשיבותי ידי על הצערים *Et convertam manum meâm super Hatsoarim*, i. e. (inquit) עלי אלאגלא ואלרוסא *super illustres & Principes*, non, ut vulgò intelligi solet, *Super parvulos*. Quæ (inquit R. *Tanchum*) omnium quæ adducuntur expositionum optima est. His calculum adjicit etiam

* leg. סלטאן Glossarii *Hebræo-Arabici* minimè contemnendi author, qui inter thematis צער *Tsaar* significâtus, statuit צולטאן **Soltan, Dominator, Princeps*, verbis *Zachariæ* istis in testimonium adductis. En sententiam quatuor testium ore confirmatam: at, num fide dignorum, inquies? Certè non aliis Magistrorum, quã quos, quod ad verborum in S. Script. occurrentium significatus, (ubi de nullo religionis articulo controvertitur) cæteris libenter præferunt docti, non minorum. Sed & idem sensisse ipsi etiam LXX videntur, qui verba ista *Zachariæ* sic reddunt καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τοὺς ποιμένας necnon *Syrus* ואהפך אירי על עללנא *Reducámq; manũ meam*

meam contra Superiores: & Arabs على الرعاة *super pastores*. Ac ne insolens cuipiam videatur quod de hac voce affirmatur, intellectibus eam planè contrariis atque inter se pugnantibus gaudere, sciendum est illud & aliàs in lingua *Hebraica* non insuetum, atque in vicina *Arabum* dialecto, è qua de *Hebraica* matris usu judicari volunt Magistri, frequentissimum, prolatis in medium exemplis res illustrior fiet & σαφεστέρα. A themate קדש *Kadash* derivata notissimum est & quod *Sanctum*, & quod à sanctitate longissimè remotum est, denotare, *Scortum* scil. et *Cynædum*, de utroque sexu dictum occurrit *Deutr.* XXIII. 17. לא תהיה קדשה מבנות ישראל ולא יהיה קדש מבני ישראל *Non erit* [*Kedeshah*] *meretrix è filiabus Israel*, *neque erit* [*Kadesh*] *scortum masculum è filiis Israel*. Verbum ברך *Barac* est cùm *Bene-dicere*, est cùm *male-dicere* vertendum fateantur interpretes. sic 1 *Reg.* XXI. 13. ברך נבות אלהים ומלך *Barac Naboth Elohim vamelec*, *Maledixit Naboth Deo & Regi*, ut & *Jobi* I. 11. אם לא על פניך יברכך *nisi in faciem tuam* [*Yebarececa*] *benedixerit tibi*. nec non cap: II. 9. ברך אלהים ומת *Barec Elohim vamut*, *Benedic*, i. e. *Maledic Deo & morere*: seu convitiare Deo & morere, quàmvis refragante eo loci Cl. Viro *Sixtino Amamâ*, id Sancti viri *Jobi* uxore indignum rato. Sed confirmatur ea verbi notio è lingua *Arabica* in qua ابرك teste * *Ebn Athir* & *Benedicere* significat & *Convitiari*. Nomine נפש *Nefesh*, non tantùm *Animam*, sed & *Corpus inanime* designari volunt *Hebræorum* Magistri, eósque secuti Interpretes *Christiani*. v. g. *Hagg.* II. 13. אם יגע טמא נפש *Si tetigerit immundus Nefesh*, i. e. ob cadaver humanum. *Pagn.* Angl. By a dead body; pari modo apud *Arabes* نفس

* *l. Nehaja.*

Nefs & *Spiritus* ſeu *Anima*, & *Corpus* audit. חסד *Cheſed*, quod frequentiſſimè *Pietas*, eſt & cùm Impietas reddenda videatur. Sic, *Lev.* XX 17. חסד הוא *Cheſed hu.* Verſ. vulg. *Nefarium rem* operati ſunt. Alii *Opprobrium eſt*, ut LXX ὄνειδός ἐστι Chald. קְלָנָא *Ignominia.* *Syr.* חסדא הו *Opprobrium eſt.* *Ar.* فذلك عار *Dedecus eſt.* Eam eſſe vocis vim aſſerit *Maimonides ut omnis in re aliqua exceſſus *Cheſed* appelletur, כאנת תלך אלמבאלגה פי כיר או שר ſive in *bono*, ſive in *malo* fuerit exceſſus iſte. Nomen אור ut *Lucem*, ita & quod luci maximè contrarium eſt, *tenebras* ſc. confeſſò denotare aſſerunt jam laudati R. *Ebn Jannabius* & R. *Tanchum* אלמשהור מן אסם אלאור אלנור ואלציא וצדה *Notum eſt nomen Our & luci competere, & ejus contrario:* idque ut volunt tam ex Scripturæ quàm *Miſna* & *Talmudis* uſu, Exempla quæ ex *Scriptura adducunt hîc minùs firma videntur, manifeſtiora quæ ex *Talmude*, in quo etiam plura ejuſmodi occurrunt. e. g. Thematis פקק *Pakak* ſunt & *obſtruendi*, *operiendi*, ſive *claudendi*, necnon è contra *ſolvendi* atque *aperiendi* notiones. Et nomine מתוק quod *dulce* ac *ſuave* denotat, gaudet etiam res *amariſſima* الحنظل *AlHandbal* ſeu *Colocynthis*, adeo ut illud inter אלאצדאד ſive ἐναντιόσημα ab eodem R. *Tanchumio* numeretur, qualia & apud *Arabes*, (quorum linguam & *Hebraicam* קריבה אלאצטלאח *uſu verborum admodum affines eſſe*, pro confeſſo habet) frequenter reperiri, rectè ſcribit. Sed nec apud *Arabes* ſolos, cùm pleræque, ni fallor, linguæ hoc in genere exempla nobis ſuppeditent. De *Græca* & *Latina*, quæ maximæ apud doctos authoritatis meritò habentur, patet His *Altum* & *Profundum*, tam de ſupra quàm de infra nos longè poſitis dici notum eſt; *Infractum* idem eſſe quod fractum

* Comm in Pirke Ab. c. 5. l. Morſhedin

* Pſ. 139. אור ולילה אור *et nox Our. Our hic (inquit Rashi) eſt* לשון אופל *ſignificatu Tenebrarum. & ſic vertit Judæus quidam qui Pſalmos Arab. interpretatus eſt.* والليل يغشا علي *& nox me obtenebrabit.*

* Et ſenſu etiam tralatitio ſeu metaphorico, alta voce, altum ſilentium,

fractum, eique contrarium; ut & alia haud pauca ab *in* composita: *Restringo*, & *rursus stringere*, & *solvere*; Illis ἀργὸν, & *pigrum*, & *velocem* denotare, στειφὸν & *firmum* & *imbecille*; καθαγίζω, & *polluo* & *consecro*; Ἀγανὸν *mitem*, & *sævum*; Νοσηλεύω *Ægrum curo*, & *facio*, cum aliis non paucis: nec in vernacula nobis deesse his similia nemo non novit, qui To let dicimus cùm & *sinere* & *impedire* volumus, & To skin, cùm *pellem*, & *inducere* & *detrahere*. Sed his omissis iis potiùs quæ apud *Arabes* occurrunt immorabimur, utpote quod & instituto nostro magis conducere, & ad linguæ *Hebraicæ* usum illustrandum præ cæteris expedire videatur. unum tantùm aut alterum è lingua *Syriacâ*, quæ & ipsâ *Arabicâ* adhuc *Hebraicæ* vicinior, præmittere liceat. Ea sint סכל *Secal*, *stultus fuit*, à quo tamen in forma aucta סכל *Sacel* est *intelligere fecit*, unde סכלא *Saclo*, *Stultus*; & contrariæ naturæ ejusdem radicis propagines סכולתנא *Saculsono*, *intelligens*; סכלא *Sucolo*, *intellectus*; סכלותא *Sacluthe*, *stultitia*, quæ in themate hoc significatuum contrarietas ad *Syros* ab *Hebræis* derivata est, apud quos hoc dictionibus שכל & סכל commune est, ut utraque tum stultitiam tum è contra intellectum denotet, quamvis illa magis propriè per סכל hic per שכל indigitetur. Audiamus quid hâc de re annotavit R *Tanchum*.

V. Vulg. *Annuntiate clamorem parvulis ejus.* LXX *renuntiatê voce Hebr.* ἀναγγείλατε εἰς ζογόρα.

حيث يذكر في الفقه סכל וסכלים יסכלו فلا يكون
الا جهل وعدم معرفة لان هذه اللفظ وان كان فيه
معني العقل والمعرفة فلا يكتب ذلك الا بשין لكن قد جا
في النص منه يسير بסמך مثل נתן הסכל במרומים
وذلك على راي بعض الشارحين وقد جا في النص
ايضا معني الجهل بשין مثل הוללות וסכלות لكن

في غير النصوص لا يكتب ابدا معني العقل والفهم الا بشين ومعني الجهل بسمك لا يتغير ذلك *Ubicunque occurrit in libris juridicis* Sacal, Sacalim, *aut* Yiſcolu, *non ſignificatur aliud quàm ſtultitia, & defectus ſcientiæ. Hæc enim dictio etſi comprehendat ſignificatum intellectûs & ſcientiæ,*
Eccl. 10. *iſtâ tamen notione non ſcribitur niſi per* Sin. *In textu autem*
6. *Biblico pauca quædam hujus ſignificatûs exempla ſcribuntur per* Samec, *e. g.* conſtituitur [*Haſſecel*] in excelſis, *idque juxta ſententiam quorundam interpretum. Occurrit etiam in textu Biblico notione ſtultitiæ ſcriptum per* Sin *e. g.* הללות ושכלות *inſanias & ſtultitiam; alibi verò quàm in textu*
Eccleſ. 1. *non aliàs unquam ſcribitur ſignificatu intellectûs quàm per* Sin,
17. *ſtultitia verò per* Samec, *nec mutatur* [ordo] *iſte.* Parilis etiam apud *Syros* eſt ratio vocis ܩܬܝܐ *Ketboyô*, quod & *riſum effuſiorem*, ſcil. chachinnationem denotat, & è contra, *fletum* filentio compreſſum. Ad *Arabes* jam propero, apud quos tot ſunt in hoc genere exempla, quot integras juſti voluminis paginas implerent. Ea appellant Grammatici الاضداد *Aleddad*, nec inconcinnè, cùm nomen ضد, ut ab eo ordiamur ejuſmodi ſit quod non ſolùm communis cæterorum appellatio, ſed & ὁμώνυμα eſſe poſſit, cùm & ipſum, nominis ſui menſuram hâc in parte implens planéque ἐμφοτεριζον, tam quod *ſimile*, quàm quod *contrarium* eſt denotet. Cætera prout ad manus venerint nullo methodi ordine ſequentur. حميم *Hamim*, *Aqua calida*, & è contra *frigida*. الاحم *Alahammo*, *Nigrum*, & *Album*. البضع *AlBodoo*, *Connubium* & *Repudium*. الطرب *Altarbo*, *Gaudium* & *Dolor*. الرد *Alredao*, *Intellectus* & *Stultitia*.

tutia, item quod *Ornamento* est, & quod *Dedecori* seu *dehonestamento*. الجبر *AlJabaro, Rex* & *Servus*. المولي *AlMaula, Dominus* & *Servus*. البسل *AlBaslo, Licitum*, item *Illicitum*. فوق *Fauka, infra*, & *supra*. ورا *Wara, ante* & *ponè*. الغابر *AlGabero, præteritum* & *futurum*. الجون *AJauno, nigrum* & *album*. طفل, *Tafala, ortus est Sol, occidit Sol rubens*. جلد *Jalada*, To skin, i. e. *pellem detrahere*, & *pelle tegere*. اسود *Aswada, Filium genuit Dominum*, seu *Nobilem*, item *Filium genuit Vernam*. الشعب *Alshaabo, collectio* & *dissipatio*, idémque, *reparatio*, & *destructio*, seu *demolitio*. دان *Dana, potens* fuit & *impotens* fuit. item *obedivit* & *rebellis* fuit. inde & ادان *Eddana*, Tempore condicto *vendidit*, & *emit*. مديان *Madyano*, qui fœnori *accipit*, & qui *collocat*. شرى *Shara*, *emere*, & *vendere*, الماعن, *Almaano, longus*, & *brevis*, امعن *Am'ana, dives* fuit, *pauper* fuit. خفا *Chapha, texit*, & *detexit*. اسر *Asarra, texit*, & *retexit*. الغلام, *juvenis*, & *senex*. اقرن *Akrana, potens* fuit, & *impotens* fuit. اكلس *Aclasa, audax* fuit, & *pavidus* fuit. المنة *AlMannato, potentia*, & *impotentia*. الساجد *AlSajedo, incurvus*, & *erectus*. النجادة *AlNajadato, avaritia*, & *liberalitas*; المتظلم *AlMotadhallemo*, qui injuriam *passus* est, & qui *intulit* injuriam. قسط *Kasata*, *justè* egit, & *injustè* egit. المسجور *AlMasjuro, plenus*, & *vacuus*. امل *Amela, sperare*, & *timere*. القشيب *Alkashibo, vetus*, & *novum*, item *rubiginosum*, & *à rubigine* tersum. المتين *AlMatino, validus*, & *imbecillis*. نال *Nala, accepit*, & *dedit*.

Quam

Quam ſignificatuum varietatem & olim apud *Hebræos* habuiſſe verbum לקח *Lakach*, mihi pluſquam probabile videtur, atque inde factum ut verba illa *Pſal.* LXVIII. 19. לקחת מתנות באדם *Lakachta Mattanoth baadam.* quæ vulgò redduntur, *accepiſti dona in hominibus*, ut & à LXX Ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις. à *Syro* Interprete valdè antiquo vertatur ויהבת מוהבתא לבני נשא *Vayahbt Mauhbetho labnainosho, Et dediſti dona hominibus*; ut & ab *Arabe* واعطي الناس مواهب *Et dedit hominibus dona*, ſenſu ab Apoſtolo etiam confirmato, qui Epiſtolæ ad *Epheſios* c. IV. 8. verba iſta hunc in modum citat, καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις, *Quapropter dicit, cùm aſcendiſſet in ſublime, captivam duxit captivitatem, & dedit dona hominibus*, ut non minus *donandi* quàm *accipiendi* intellectu ſumptum pateat verbum. A diverſa verbi وثب *Wathaba* notione, quâ tum *ſedere* tum è contra *exilire* ſignificat, pendet hiſtoria quæ proverbio apud *Arabes* noto anſam dedit, cujus & alibi meminimus. *Arabs* quidam cùm ad *Hamyarenſium* Regem in palatii tecto ſedentem acceſſiſſet, hâc voce (ثب *Theb*, ſc.) comiter *ſedere* juſſus, Sciat (inquit) Rex me ad omnia quæ juſſerit paratiſſimum, dictóque citiùs de tecto deſiliens, miſerè confractis membris periit. Miratus Rex hominis dementiam, cùm à ſuis audiiſſet, verbum illud aliâ *Arabum* dialecto, non tam *ſedendi* quàm *proſiliendi* aut volandi ſignificatum habere, Certè (inquit) oportet qui *Dhafarum* (nomen illud Regiæ apud *Hamyarenſes* urbis) ingreditur, *Hamyariſmum* addiſcat. Sed reponere ad hæc poſſit aliquis, diverſos ſignificatus iſtos, ejuſdem licèt vocis, diverſorum dialectorum fuiſſe, cùm ſit teſte inſigni Critico *Jallaloddino l'Oſyutienſi*, شرط الاتحاد ان يكون استعمال اللغة

l. Mozhar.

اللغة المعنيين في لغة واحدة ex necessariis τῶν ἐναντιοσήμων conditionibus, *ut eadem dictio diversis significationibus in una eadémque dialecto occurrat.* Huic equidem exceptioni obnoxium esse ultimum istud negandum non est, quod ideo hâc notâ indigitavit *AlFiruzabadius*, gaudere ipsum alterâ significationum suarum privatim بلغة حمير in *Hamyarensiũ* dialecto; reliqua autẽ pleraq; ejusmodi sunt quæ ab eodem doctissimo Grãmatico, *Iauhario, Iallaloddino,* &c. charactere الاضداد seu vere ac absolutè ἐναντιοσήμων, insignita sint. Ac facile esset jam recensitis quamplurima addere quæ passim apud illos alióque probatos authores occurrunt, adeo ut lectorem vel oscitantem fugere non possint. Sed vereor ne jam modum excessisse videar. Unicum igitur adjiciam de quo idem quod de *Hebraico* צעיר, quod in hæc inquirendi causa nobis fuit, affirmatur, unâ sc. & *Parvum* & *Magnum* denotare; Non equidem صغير, *Sagir*, quod sono ad *Tsair*, unde ortũ ducit, quàm proximè accedit (ipsum enim in hoc censu haud collocamus, quamvis et aliàs quæ ἐλαχίστως ἐνδεχόμενα الاصغران *AlAsgarani*, q d. *duo minima* audiant; viz. Cor et Lingua, sed eo sensu potiùs quo et quædam mole minima, pretio maxima censentur) sed aliud ei ex parte Synonymum, et per quod reddunt *Ebn Iannahius* et R. *Tanchum*, *Hebræorum* צעיר *Tsair*, eo qui minùs usu tritus est significatu, sc. quo quod *Magnum* et *Illustre* est denotat. Est illud, dictio جلل *Ialalo*, de quo *AlFiruzabadius* in *Oceano* suo linguæ *Arab*: الجلل العظيم والصغير ضد *AlJalal*, *Magnum* & *Parvum*, ἐναντιόσημον. quod & exempla è Poëtis Veteribus ab *AlIauhario* aliisque allegata confirmant. Magnum denotare probat illud *Waela Ebn Harethi*,

قومي هم قتلوا اميم اخي
فاذا رميت يصيبني سهمي

 ولين

ولين عفوت لاعفون جللا
وان سطوت لاوهن عظمي

I. e. *Populus meus interfecerunt Omaimum fratrem meum,*
Jam quâcunque jecero, in me recidet sagitta mea.
Si condonavero, condonabo certè Ialalan [magnum quid;]
Sin in eos irruam, hoc pacto infirmabitur potentia mea.

Ubi voce *Ialalan* magnum innui dubium non est (inquit) *Iallalodinus AlOsyutensis,*) quæ enim gloria est culpam parvam remittere? eâdem è contra parvum & leve significari ostenditur istis *, كل شي ماخلا الموت جلل *Omnis res exceptâ morte Ialalo, levis est,* & والموت فيما بعده جلل *At mors respectu ejus quod post ipsam est Ialalo,* i. e. يسير, *levis,* vel *facilis toleratu est*: uti necessariò evincit sententia, adeò ut suspicari non possit ذو عقل وتمييز ان الجلل هنا معناه عظيم *ratione & judicio praditus Ialalo hic* *Magnum denotare,* ut loquitur idem *l. Mezhar,* c. 26 Quid igitur impedit quo minùs unum idémque nomen in lingua etiam *Hebraica,* à qua fluxit *Arabice,* æquè diversa significet? Quærat forsan aliquis, quâ tandem ratione hoc factum ut eidem verbo sensus adeò discrepantes competerent? Nolo ego, cùm apud *Hebræorum* Magistros nihil de hac re dictum adhuc (quod memini) repererim, quod ad ipsorum linguam incertas sectari conjecturas; quod ad *Arabica* dialectum attinet, liceat, (si cui libet,) ab ipsorum Criticis & Grammaticis prodita audire, sc. inde hoc contigisse quòd diversæ tribus apud quas diversus esset verborū usus سمع بعضهم لغة بعضهم فاخذ هاولا عن هاولا وهاولا عن هاولا *aliæ ab aliis,* acceperint ignotos sibi ab initio eorum sensus

* *sic in lib. Hamasah,* كل الذي لاقيت من بعده جلل صغير *parvum.*

* Dicunt Arabes, الموت اهون ما بعده واشد ما قبله *Mors eorū quæ sequūtur levissimum, eorum quæ præcedunt, gravissimum est.*

ſus & civitate donâſſe: nam ut eadem dictio apud diſcrepantes tribus contraria indicet, non ſufficit ut inter الاضداد *Aleddad* [ἐναντιόφωνα] cenſeatur, juxta regulam è *Ialaloddinio* ſuperiùs laudatam. Alii unum unicuique vocabulo ab initio ſignificatum fuiſſe aiunt, deinde تداخل على جهة الاتساع *latiùs ſe ad alios admittendos extendiſſe*. quod certè fieri potuit ob rationes licèt jam nobis ignotas, illis tamen, penès quos tunc jus erat & norma loquendi, perſpicuas. Si quis objiciat indicium fore hoc penuriæ & tenuitatis linguæ *Arabicæ*, & confuſionem parere cum neſcius hæreat auditor quem ſequatur ſenſuum inter ſe pugnantium, diverſimodè reſponderi ait *Abu Becr Ebn olAnbari*, inter cætera, ان كلام العرب يصحح بعضه بعضا ويرتبط اوله باخره ولا يعرف معني الخطاب منه الا باستيفايه واستكمال حروفه فجاز وقوع اللفظة علي المعنيين المتضادين لانها تتقدمها وياتي بعدها مايدل علي خصوصية احد المعنيين دون الاخر فلا يراد بها في حال التكلم والاخبار الا معني واحد *In Arabum ſermone aliud ab alio confirmari, ac principium & finem inter ſe connecti, neque percipi orationis ſenſum niſi ad finem perducta ac prolatis dictionibus abſoluta. Nihil impedire ergò quo minùs habeat dictio aliqua duos ſignificatus contrarios, cùm præcedat & conſequatur quod indicet utra ſignificationũ* [loco præſenti] *propriè competat excluſâ alterâ, cùm inter loquendum una tantùm innuatur*. Interim مجري حروف الاضداد مجري الحروف التي تقع علي المعاني المختلفة

 وان

وان لم تكن متضادة فلا يعرف المعني المقصود منها الا بما يتقدم الحرف ويتاخر بعده مما يوضح تاويله

Ratio vocum ἐναντιοσήμων eadem est ac πολυσήμων quæ diversos continent, licet haud inter se pugnantes significatus, cùm & in illis haud dignoscatur intellectus ad quem collimatur, nisi ex iis quæ dictionem istam antecedunt & consequuntur, quorum interpretatio manifesta est, Quam regulam esse necessariò observandam fatentur omnes, qui rectè non modo Scripturas Sacras, sed & alia quævis ab hominibus conscripta, in quibus minori cum periculo erratur, interpretari velint. Sed non est nostri inpræsentiarum instituti, in hujus rei rationes anxiè inquirere, nec quid indè commodi, sive incommodi sequatur, satis est ita actu comparatum ostendisse, ut sit (uti loquitur *Ebn Phares*) من سنن العرب في الاسما ان يسموا المتضادين باسم واحد i (loquendi) *legibus apud Arabes in nominibus receptis, ut res duas contrarias uno nomine appellent*, quo eorum sententia qui eundem linguæ priscæ *Hebraicæ* morem fuisse asserunt, è vicinæ dialecti, filiæque germanæ usu omnibus noto confirmetur, atque idem sonare nomen צעיר *Tsair*, quod apud Prophetam occurrit, ac quod apud *Matthæum* οὐδαμῶς ἐλαχίστη. Quod catenus, ni fallor, evicimus, ut nec *Judæus* quis *Matthæum* malâ fide *Michææ* verba enarrâsse asserere ausit, nec *Christianus* Prophetæ verba prout hodiè *Hebraicè* leguntur, quicquam à *Matthæi* dicto abhorrens continere adeò morosè contendere debeat, ut sententiæ suæ tuendæ gratiâ, receptæ à multis retrò sæculis lectioni, seu potiùs (quod apud me extra dubium est) ab ipso Propheta, di-

ctante

ctante Spiritu Sancto profectæ, vim inferri velit. Si igitur qui usitatiorē nominis צעיר *Tsair* significatum, *Parvum* sc. retineri velit, aliam divinos hosce scriptores conciliandi rationem adhibuerit, libenter assensero; sin aliquis intemeratam Prophetæ lectionem, pro corruptâ haberi velit, ut ipse manum medicam importunè adhibeat, illum quem jam indicavimus verbi usum, tot exemplorum illustrium, tot virorum insignium authoritate comprobatum, vel felicissimis ipsius conjecturis, audacter opposuero. والله اعلم.

CAP. III.

HABBACUCI. I. 5.

Heb. ראו בגוים והביטו והתמהו תמהו

Chald. חזו בעממיא ואסתכלו אתרפו שוהו.

Intuemini gentes, & conspicite, admiramini, obstupescite.

Syr. חזו מרחא וחורו ואתדמרו ותמהו

*Videte * arrogantes* [seu transgressores] *& respicite & admiramini, & obstupescite.* Par. *impudentes & considerate.*

Arab. انظروا يا متغافلون وارجعوا فتعجبون عجايب وتفنون

Videte O negligentes & revertimini, ut mira admiremini & pereatis.

LXX Ἴδετε οἱ καταφρονηταί, καὶ ἐπιβλέψατε καὶ θαυμάσατε θαυμάσια, καὶ ἀφανίσθητε.

Vers. Vulg. *Aspicite in gentibus, & videte, & admiramini, & obstupescite.*

Interlin. *Videte in gentibus, & aspicite, Attoniti estote, obstupescite.*

Ang Behold ye among the heathen, and regard, and wonder marvelously.

ACT. XIII.

Ἴδετε οἱ καταφρονηταί, καὶ θαυμάσατε, καὶ ἀφανίσθητε.

Verſ. Vulg. *Videte contemptores & admiramini, & diſperdimini.*
Bez. *Evaneſcite.*

Angl Behold, ye deſpiſers, and wonder, and periſh.

Confertur Habacuci. I. 5. *cum Act. XIII.* 41. *Et olim ut nunc lectum videri textum Hebraicum, neque neceſſe eſſe ut* בגדים *vel aliud quippiam pro* בגוים *ſubſtituatur, quò Græco* καταφρονηταί, *nec ut* תמהו והתמו *pro* והתמהו תמהו *legatur, quò verbis* καὶ θαυμάσατε καὶ ἀφανίσθητε, *reſpondeant.*

EA quam capite præcedente innuimus regula, viz. Multas rerum quæ nos jam latent rationes, olim cognitas atque perſpectas fuiſſe, uſús eſt ferê perpetui, ad modeſtiam nobis inculcandam, ne benè poſita temerè loco moveamus, quoties quî factum fuerit ut ita ſe haberet, quod à multis retro ſeculis factum eſt, non adeo faciſè percipiamus: in iis præcipuè rebus de quibus eos quorum maximè intererat, ſi quid minùs ſani aut ſinceri ſubeſſet illud ſtatim detexiſſe, nullam moviſſe controverſiam reperimus. Cùm ergò teſtimonium aliquod, vel ex Lege vel Prophetarum libris ab Apoſtolis Domini noſtri *Jeſu Chriſti* citatum, aliter ſonare quàm à recentioribus, ſive *Judæis*, ſive *Chriſtianis* eo jam loco unde deſumptum fuerat, intelligatur, invenerimus, ne tamen *Judæo* cuipiam Novi Teſtamenti Scriptoribus malæ fidei litem intentanti ullatenùs cedamus, hoc ad perſuadendum ſatis eſt, quòd ſi

ſi minùs rectè, vel ſine optima ratione factum fuiſſet, haudquaquam illud ſiluiſſent ipſius majores quorum ætate propagata ſunt fidei *Chriſtianæ* dogmata, quibúſque primò propoſita. Illi prout *Chriſto* ejúſque doctrinæ ſemper erant infenſiſſimi, hoc ſtatim ut manifeſtiſſimum falſitatis argumentum eis objeciſſent; viz. Prophetarum, ad quorum teſtimonium provocârunt, ſcripta ab ipſis corrupta. Eandem etiam ob cauſam nec temerè à *Chriſtianis* ſollicitandam, *Hebraici* textûs in ejuſmodi locis lectionem eam quam poſt *Chriſti* & Apoſtolorum tempora haud probabile eſt mutatam fuiſſe, licèt jam inter ipſam & quam exhibet Novum fœdus, aliqua videatur diſcrepantia, judicamus. Rationes rei forſan tunc temporis notiſſimæ erant, licèt nobis jam obſcuræ admodum ac penè imperveſtigabiles, in quarum tamen veſtigia, quibus poſſumus modis, inquirere, atque omnia priùs tentare, decebit, quàm aliquid immutandi atque innovandi audaciam ſumamus. *v. Capel. p. 572.*

Hujuſmodi, præter jam prolata, videtur eſſe locus iſte *Habbac.* I. 5. ראו בגוים והביטו והתמהו תמהו כי פעל פעל &c. *Reu bagoim, &c* quem recentiores vertunt, *Videte in gentibus &c.* ut ita *Beth*, quæ vocem *bagoim* orditur præpoſitio nomini præfixa, non litera ipſi eſſentialis habeatur. Apoſtolus verò *Act.* XIII. 41. verba hæc in teſtimonium contra *Judæos* proferens (à quibus, cùm vox iſta quâ uſus eſt, acerbiſſimo convitio perverſos ipſorum mores perſtringat, niſi id ſonare prophetæ verba perſuaſum habuiſſent, adulterati textûs proculdubio incuſatus fuiſſet) ſic effert, Ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ καὶ θαυμάσατε καὶ ἀφανίσθητε, ὅτι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν: i. e. vertente *Bezâ*, *Videte, ô contemptores & admiramini & evaneſcite, &c.* Quomodo &

LXX

LXX Ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ ϗ θαυμάσατε θαυμάσια ϗ ἀφανίσθητε, nec aliter ferè qui Vetus Teſtamentum è lingua *Hebraica* in *Syriacam* traduxit חזו מרחא ותורו ואתדמרו ותמהו *Videte* * *arrogantes & reſpicite & admiramini & obſtupeſcite.* Patet igitur tam LXX, quos ſecutus creditur Apoſtolus, quàm *Syrum*, dictionem illam quam ita tranſtulerunt, pro unica habuiſſe, non geminâ è præpoſitione & nomine conflatâ, qualis cùm בגוים *Bagoim* viſa recentioribus fuerit, ejus loco בוגדים *Begedim* literis ג & ו tranſpoſitis, & inſerta ד vel ſaltem ו in ד, unâque vocalibus mutatis, ſubſtituendum duxerunt reip. literariæ Primates, *Beza*, *Grotius*, *Capellus*, (qui & aliam adhibet conjecturam, forſan ſcil. eos בוזים *Bozim* legiſſe) ita tamen, ni fallor, (quo erant candore) ut non aliam interpretes ipſos inter ſe conciliandi viam obſtructam voluerint; cujuſmodi ubi, bonâ cum ipſius venia, Lectori indicavero, eámne an aliam potius amplecti velit ſuo utetur judicio. Ea igitur hæc ſit: ut, nempe inter Interpretes antiquiores & recentiores, quam innuimus diſcrepantia, inde ortum traxerit, non quod verbum hoc aliis alii literis in eis quibus uſi ſunt exemplaribus ſcriptum repererint, ſed quod unum idémque dum legerint, diverſas illi origines, quarum utriuſque capaces videntur quibus conſtat literæ, tribuerint, alii pro uno ac ſimplici, ut diximus, alii pro gemino, è duobus compoſito habentes, unde hi *Ingentibus*, illi verò *Contemptores*, ſeu *Arrogantes*, vel *Inſolentes* reddiderunt, quaſi בגוים pro plurali à ſingulari בגוא *Bago*, formâ קנוא *Kano*, *Zelotes*, ſumpto; à themate nempe בגא, quod in uſu olim apud *Hebræos* fuiſſe, etſi non alibi in textu Biblico, (qui unus *Hebraiſmi* puri & antiqui theſaurus nobis ſupereſt,) occurrat, mihi ſatis confirmatum reddit additus interpretum iſtorum authoritati linguæ

* ſeu tranſgreſſores.

linguæ *Arabicæ* usus, in qua verbum بغا *Baga*, hos habet, cum aliis, significatus ظلم *Injustus* seu *injurius fuit*, علا على احد *Se super aliquem extulit*, عدل عن الحق *à vero declinavit*, seu, recessit. استطال *superbè*, insolenter, *se gessit*. كذب *mentitus est*, اختال في المشية *fastuosè incessit*, teste *Kamusi* authore. Sic & *Allaubarius* البغي *Al Bagyo* (inquit) est التعدي *Transgressio*, item, كل مجاوزة وافراط على المقدار الذي هو حد الشي فهو بغي *Omnis transgressio & excessus modi qui terminus est rei, dicitur Bagyo.* Si ex his de thematis istius in lingua olim *Hebraicâ* usu conjecturam ferre liceat, non malè, vel à LXX καταφρονηταὶ, vel à *Syro* מרחא *Maroche*, versum בגוים *Bagoim* nomen indè deductum, facilè concedetur. Certè מרחא *Marocho*, à *Bar Ali* in Lexico *Syro Arab.* المتعدي redditur, *Transgressor, qui modum excedit, insolenter se gerit*, vel injuriam facit. & מרחותא *Marochutho* التعدي *Transgressio, &c.* eodem prorsus vocabulo quod *Allaubarius* ad البغي *Al Bagyo* explicandum adhibet, adeo ut Interpretem בגוים legisse, atque hoc intellectu sumsisse haud difficulter credas. Non video ergò quid impediat quo minus thema hoc cum significatibus suis à matre *Hebraica* traxisse dialectum *Arabicam* credamus, atque inde rursus *Hebraica* * نسيا suum in memoriam revocemus. Neminem enim turbabit, credo, quòd non scribatur בגואים cùm א inter pronunciandum latente ac prorsus otioso, magis quã quòd, si alterã lectionẽ amplecti velit, scriptum videat בגוים non

* *Oblitum, vel oblivioni traditũ.*

 בגויים

Masora notat ter & decies in conjugatis, unius verbi באן *deesse* א.

בגרים aut גרים alicubi, non גרים aut quòd eadem litera, (א nempe) sæpiùs in aliis quibus radicalis est, inter movendum excidat; ut nec quòd *Hebraeorum* ג apud *Arabes* frequentiùs in ج migret, quàm in غ, cùm & hujus exempla occurrant non rara; ut cùm à נהר *miscere* fit غرى, à סוג *avertit se, retrocessit*; زاغ, à שרג *implicari*, unde שריגים *surculi*, propagines, palmites; سرغ *palmes*, à בלג, unde התבלג *confortare se &c.* دلغ *ad maturitatem virium pervenit, & fortis fuit &c.* Quòd si objiciatur, nec thema ipsum nec aliquam ejus propaginem alibi in Sacro Codice extare, non est quod hoc nos moveat, utpote quod aliis compluribus cum ipso commune sit, quorum alia, themata sua, quæ in longam desuetudinem abierunt, non aliunde quàm è vicinis *Syrorum* & *Arabum* dialectis agnoscant, alia semel tantùm occurrentia, non alia habeant significatus sui indicia. Non opus est ut his probandis multum operæ insumamus; vel primus *Geneseos* versiculus exempla suggerit omnibus notissima. Undè enim ipsius Dei appellatio אלהים *Elohim* apud *Hebræos*? ab אלה *Alah juravit*? longiùs petitum hoc, ut taceam inter و الياء الظاهر ה seu *Mappikatum* & quiescens differentiam, discimus ergò è lingua *Arabica*, ab الة *Aleha, coluit, servivit*, nomen hoc *Unicè colendum* indigitare. Undè cœli השמים *Shamaim* dicantur quis noverit, nisi linguæ *Arabica*, in quam ex *Hebraica* antiquitùs fluxerunt significatus isti, ope? Jam verò ne ad longè petita nescio quæ Etyma divertamus, facit quòd in ea vocem istam *Altitudinis* & *Eminentiæ* intellectum habere docemur. Observavit illud jampridem *Aben Ezra* in suis ad locum istum commentariis טעם שמים גבוה ומעלה וכן בלשון ישמעאל שרבו על מתכו

מחכונת לשון הקרש *Significatus Shamaim est altitudo, & eminentia, uti etiam in lingua Ismaelitica quæ in plerisque linguæ Sanctæ conformis est.* Rectè; apud eos enim سما *Sama* est *Elatum, altum, excelsum esse, eminere*, unde quicquid alia supereminet, nomine سما *Samao* gaudet, meritò igitur Cælum; quod alii incerta nescio quæ sectati sint, ignem aquâ miscentes, *Arabismi* ignorantiâ factum videtur. Si ad illud quod proximè sequitur pergamus, הארץ *Haarets* scil. ejusdem etiam, nullibi in Sacro volumine obviam, radicem suppeditabit nobis eadem *Arabum* dialectus, dum ارض *Ards* à themate ارض *Aradza* contrariæ superiori notionis quicquid *humile*, atque infimo loco, seu infra cætera positum est (ac proinde terram à situ nomen sortitam) appellatum docet. Eadem ne in תהווכהו *Tobu* & *Bohu* originibus indagandis incertus erres, aut inanem operam impendas, ducem se præbebit, monens تها *Taba*, idem esse ac غفل *neglexit, neglectui habuit, deseruit*, & توى *Tawah*, transpositis literis, *periit*, بها autem *vacuum atque inane esse*, unde الباها *AlBahi, domus vacua* & deserta, ut sint *Tobu* & *Bohu neglecta, deserta*, & hoc sensu (si ita loqui liceat) ἀόρατος, & *inanis, vacua, desolata.* De Angelorum, quos מלאכים *Malacim* vocant, licèt non hîc statim nominatorum, creatione hoc etiam loco ab interpretibus disquiri solet, at unde illi appellationem suam sortiti, pauci docent, nec certè facile, nisi eâdem dialecto interpretem se præbente, cognoscent, in qua themata אלך *Alac* & לאך *Laac, mittendi* & missionis significatum habeat, ut indè qui nuntii deferendi seu legati officio fungatur ملاك *Malaac* audiat. Hæc verò, cùm aliis id genus multis, licet originis ignotæ, notæ satis sunt significationis è frequenti, quo veniunt, usu. Alia occurrunt non

pauca ἅπαξ λεγόμενα, de quorum intellectu nisi in consilium adhibitâ *Arabum* linguâ vix auderent, vel doctissimi *Rabbinorum*, certi aliquid statuere. Hoc in genere censetur מאטאתי *Teteti, everri*, Is. XIV. 23. & מטאטא *Matata, everriculum*. Nesciebant quid esset *Vetetetiha*, donec audirent famulam quandam *Arabicam* dicentem sociæ suæ, שקולי טאטיתא וטאטי ביתא *Shikkoli Tatita veteti baita, Accipe scopas & scopa domum.* ita citat *Buxtorfius*, ea quæ in *Talmude* tract. *Megilla*, fol. 18. habentur, nescio tamen an ibi famula *Arabica* dicatur, an famula *Rabbi*: ita enim in ea quæ penès me est *Talmudis* editione legitur, nec non apud *Kimchium* ad *Isai.* XIV. & in lib. *Shoreshim*, tam in præfatione quàm in radice טאטא. Interim *Arabum* ibi innui dialectum haud dubitaverim in qua vocis istius significatio sit, ut vult *R. David Kimchius, Amovere*, auferre. Ita *Ebn Jannabius* interpretationem ejus esse ait *Arabicè* وطاطابها اي وانفضها *Waatatiha*, i. e. *& excutiam eam*. Est certè طاطا apud *Kamusii* Authorem, *movere*, ut cùm equum quis femorum agitatione ad cursum incitat, & manu frænum eum in finem concutit; nec non *celeriter opes expendere*, profundere, quod idem ferè est ac excutere; quæ omnia motûs notionem includunt. aut referri (inquit idem *Ebn Iannabi*) potest ad طحطح *Tahtah*, mutato א in ح ejusdem organi literam (ut frequenter fieri in utraque lingua solet) ut sonet وطحطحها, quod inter cætera est, *Dispergere, dissipare, dejicere*. Conferri etiam potest cum طط *Tata*, quod est idem ac ذهب *Abiit*, undè forsan dicatur طتي *Tatta*, auferre; item cùm تعتع *movere*, idque paulo violentiùs, atque etiam ثاثا *Thathaa, loco movere*, amovere. Hæc

Ita & in voce יהב *Arabem nominat, cum in Gemara dicatur* ההוא *i. e. Syra.*

Hæc enim omnia & ſono & ſignificatu affinia ſunt, quorum quodlibet ex ancillæ, imò doctioris cujuſdam Magiſtri ore *Tetei* ſonare poſſet. Huic addi poſſunt & cætera quæ à *R. Davide Kimchio* in præfatione, & paſſim textu libri *Shoreſhim* adducuntur: quo lectorem harum rerum ſtudioſum remittimus. *Hoſ.* c. XIII. 5. de voce תלאובות *Tal'uboth*, nihil omnino ſtatuere audent Magiſtrorum doctiſſimi, quàm quod ipſis dictaverit linguæ *Arabicæ* uſus. *R. Salomo Jarchi* enim, qui nondum forſan ab iis didicerat, ſe extricare neſcius, אין רמיון (inquit) *Non eſt illi geminum*, ideóque interpretatio, juxta illud quod poſtulat ſenſus, erit *Tumulus in quo deſiderant omne bonum, nec inveniunt. Aben Ezra* autem linguam *Arabicam* callens, ut ſe expediat, *Denotat* (inquit) *terram aridam & ſiticuloſam*, וכברה בלשון ושמעאל *ita enim in lingua Iſmaelitica.* Quod autem dicunt alii eſſe terram in qua כל תולאה בו *Omnia ſuſpenſa ſint*, alluſio (inquit) eſt, non verbi expoſitio. *Kimchius* eandem ſecutus interpretationem, non alio nititur fundamento, quàm quod Pater ſuus הביא ראיה למלה הזאת מלשון ערבי *probationem ad hanc dictionem* [explicandam] *attulerit è lingua Arabica*, in qua dicunt لاب الرجل *Labal' Rajol, ſitivit vir*, vel ut in l. *Radicum* idem effert, quòd ſcripſerit *R. Jonah* (*Ebn Jannahium* innuit) *Arabes* locum aridum & ſiticuloſum לאבה *Labah*, vocitare. Nec aliam ſibi in præf. l. *Shoreſhim*, id genus dictionibus quibus non reperiantur חבר במקרא *alia ſimiles* in textu Biblico, interpretandis, viam ut optimā & tutiſſimā proponit, quā ut ea vel ex *Miſhna*, vel *Gemara* explicentur, vel è linguis יוני או הגרי *Græcâ & Arabicâ*, cujus optandum certè fuerat ipſum majorem habuiſſe peritiam; ita enim, quo erat ingenio & eruditione, majora longè præſtitiſſet, quàm

jam, magna licet & præclara, alienis oculis cernens, & ad Patris sui, vel *Ebn Jannabi* tantùm, à quibus omnia haurire non potuit, authoritatem provocare sæpiùs coactus. Verè enim ibi asserit linguam *Hebraicam*, etsi cæterarum parens fœcunda fuerit, omniúmque olim perfectissima, jam tamen apud ipsos præ exilii diuturnitate diminutam fuisse; Idem quod *R. Judas Levita in l. Cozari* מצא אותה מה שמצא נושאיה נתדלדלה בדלותם וצרה במיעוטם *Idem illi contigit fatùm quod populo cui vernacula fuit, despectui habitis illis unà in contemptum abiit, & afflictis eorum rebus ipsa in angustias redacta est*. Plura in re tam perspicua exempla congerere haud operæ pretium fuerit, cùm ubiq; obvia sint: ac præcipuè (ut annotârunt ampridem docti) in lib. *Job*, qui totus *Arabismum* spirat: certè in illo explicando nisi linguam *Arabicam* vice clavis adhibuissent jam olim interpretes, frustra fuissent. Cùm dictio גלדי explicanda venit, quò recurritur nisi ad جلد quod *Arabicè, cutim, pellem*, sonat? (אצל גלד אסם גלד *Radix Geled est nomen Ar. Gild.*) cùm & עורק' c, xxx. 17. quò nisi ad عرق quod est *Vena, Nervus*? Sic de זחלתי c. xxxi, 6. ענינו לפי מקומו פחדתי *Intellectus ejus pro ratione loci est, Metui*, (inquit *Kimchius*;) *at R. Jona* (inquit) *exposuit* התאחרתי *Tardatus sum, Me retraxi, retrocessi*: scil. authoritate לשון הערב *linguæ Arabicæ*: ita certè, & verè, *Ebn Jinnabius*; nam زحل idem est تاخر تنحى زال *Recedere, secedere, tardari*, seu *moras trahere*: unde & dictum vult ab illis *Saturnum* زحل *Zohal*, nempe لكثرة قهقرته *quòd multùm retrogradus sit*: qui & alio nomine كيوان *Ciwano* apud illos appellatus; quod dudum à doctis observatum feliciter variantis lectionis necessitatem alibi tollere visum est,

נהמעט אצלנו לאורך נלותנו

R. Tanch. in Morshed. v. Rashi, & Ab. Ezr. &c.

est, viz. ne pro ביון apud Prophetam ריין *Revan*, à LXX lectum, uti à *Drusio*, aliisque conjectatum, putent; cum eundem esse ביון *Ciun Hebrais*, *Syris* & *Arabibus* pateat, qui *Ægyptiis Rephan*, seu *Remphan*, *Saturnum* scil. videsis *Lud. de Dieu*, ad Act. VII. 43. *Grotium* & *Bochartum*, cujus viri longè doctissimi, cùm commodè inciderit mentio, quo digressioni isti finem imponamus, audiamus quid ipse hanc in rem dixerit, in illo diffusæ eruditionis opere, l. 1 c. 15. *Amos. v. 26.*
"scil. *Arabismis* refertos esse Scripturæ libros Prophetic"cos, *Jobi* maximè, ut pridem observavit *Hieronymus* &c. "unde est quod idem præfatione in *Danielem* asserit *Job* "cum *Arabicâ* linguâ plurimam habere societatem. Id quod, si dederit Deus, pollicetur se Cl. vir quandoque palàm facturum, (quod opus avidè expectamus.) De"inde paulo pòst, Ad *Hebraa* linguæ perfectam cogniti"onem multo plus confert quàm creditum est hactenùs, "quod *Hebraorum* in Scripturam Commentaria docent, "qui quoties hæret calculus ad hanc linguam confugiunt, "tanquam ad sacram Anchoram; Quamvis longè plura "observâssent ex *Arabismo* ad sacri textûs illustrationem, "si illius linguæ fuissent peritiores. Hæc ille. Ex his quæ à nobis prolata sunt, constat, nec contra doctiorum tam apud *Hebraos* quàm *Christianos* morem, nec contra rationem facere nos, si thema בגא *Baga*, licèt alicubi in Textu Sacro non occurrat, olim in usu apud *Hebraos* fuisse ex linguæ *Arabica* usu notissimo, conjecturam sumamus, atque inde בגאים *Bagaim* deductum esse, quod *Insolentes*, *Superbos*, *καταφρονητὰς*, significet.

Hâc sublatâ, alia occurrere videtur in his verbis difficultas; alia inter eam quam secuti sunt olim LXX, & Apostolus, & quam hodie sequuntur *Judai* & recentio-

res, diſcrepantia. Dum enim apud illos legitur καὶ θαυμάσατε καὶ ἀφανίσθητε, ſuſpicionem movet habuiſſe quæ ſecuti ſunt exemplaria, תמהו והתמו mutato primum ordine, deinde & verborum altero, eodémque à themate תמה *Tamah* ad thema תמם *Tamam* è geminantibus ſecundam radicalem tranſlato, At quæ hoc ſtatuendi neceſſitas, cùm nihil in Græcis ampliùs contineri videatur, quàm in *Hebraicis*, eo quo jam & modo, & ordine leguntur? Nam התמהו benè per θαυμάσατε reddi non eſt qui dubitet; quid ni & תמהו per ἀφανίσθητε? neque enim illud postulare videtur, ut quis prorſus conſummetur aut conſumatur, ſed præ admiratione & ſtupore ab eo quo fuerat ſtatu mutetur, & quaſi corrumpatur: quam eſſe thematis תמה *Tamah* vim oſtendit ejus in lingua *Arabica* uſus, in qua تمه *Tameha* eſt *corrumpi* & in pejus mutari, inde de cibo dictum valet تغير ريحه وطعمه *mutatos eſſe ejuſdem odorem & ſaporem*, item de ove dicitur cujus lac ſtatim mutatur ac corrumpitur. Ac talis hîc ſufficere videtur mutatio ex mente Ill. *Grotii*, qui ad hunc locum ita commentatur, καὶ ἀφανίσθητε, *nempe* τὰ πρόσωπα, ut *Mat*. VI. 16. *Expalleſcite*. *Syrus* V. T. interpres qui è fonte *Hebraico* vertit, dictionem priorem ſcil. התמהו reddidit אתדמרו poſteriori תמהו retento, præfixâ tantum copulæ notâ, ותמהו quod in lingua *Syriaca* idem ſonat, ac in *Arabica* الدهش *Stuporem*, confuſionem, ex admiratione nimia ortam. Ita enim *Bar Ali* תמהא *Temho* explicat, at אתדמר ſimpliciter per تعجب *Admiratus eſt*. Eodem prorſus modo quo *R. Tanchum* verbum תמהו *Temahu* hoc loco, qui التكرير *repetitio* (inquit) *eſt* للتاكيد *confirmationis ergò, ac forſan verborum altero voluit* التعجب *Admirationem, altero* الدهش *ſtuporem, confuſionem, qualem admiratio à re aliqua inſolenti oborta*

parere solet, adeóque simplex חמרה majus aliquid significare videtur quàm aut החמרה apud *Hebræos* vel אתרמר apud *Syros*, neque infrequens puto ut tam apud *Hebræos* quàm *Arabes*, conjugationes auctæ, ut התפעל & تفعل & استفعل minus aliquid, diversum licèt, quàm thema simplex innuant, scil. conatum & apparatum ad rem faciendam, eámque vel verè vel simulatò facere; cùm simplicius illud eandem re verâ ac seriò facere denotet.

CAP. IV.

HABBACUC. II. 4.

Heb. הנה עפלה לא ישרה נפשו בו

Chald. הא רשיעיא אמרין בלביהון לית כל אלין

Et Impii dicunt in cordibus suis, Illa omnia futura non sunt.

Syr. ובעולא לא צביא נפשה

Iniquitate non oblectatur anima ejus.

Arab. وان ضجر لم تسر نفسي به

Si tædeat illum non delectabitur eo anima mea.

LXX. ἐὰν ὑποστείληται οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ.

Vulg. *Ecce qui incredulus est non erit recta anima ejus in semetipso.*

Interlin. *Ecce elata est, non recta anima ejus in eo.*

Angl. Behold his soule which is lifted up, is not right in him.

HEBR. X. 38.

ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ.

V. Vulg. *Quòd si subtraxerit se, non placebit animæ meæ.*

Bez *At si quis se subduxerit, non probat eum animus meus.*

Angl. But if any man draw back, my soule shall have no pleasure in him.

Collatio instituitur inter Habbac II. 4 *&* Hebr. X. 38. *nec non* Amos IX. 12. *&* Act. XV. 17. Psal: XIX. 5 *&* Rom. X. 18. *quâ lectionem textûs Hebraici hodiernam eandem esse in istis* V. T. *locis, quam olim secuti sunt* LXX *&* *Apostolus, adstruitur: Illustrantur* Ex. IV. 25, 26. Ex. XIII. 18. Psal. XXII. 17. *atque alia obiter loca.*

APud eundem Prophetam, cap. II. 4. occurrunt & alia quæ ab Apostolo *Hebr.* x. 38. (versionem LXX, ut creditur, secuto,) aliter recitata quàm in textu *Hebraico*, qui hodiè manibus teritur, sonare censentur, aliter ipsum (vel eos, quos secutus est, Interpretes) legisse, argumento esse doctis videntur. הנה עפלה לא ישרה נפשו בו *Hinneh uppelah &c.* hæc vulgò in hunc sensum sumi solent, *Ecce extellitur, non recta est anima ejus in eo.* Græca ἐὰν ὑποστείληται οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ in diversum abeunt sensum. Suspicatur ergò Illustr. *Grotius* legisse ipsos pro עפלה *Uppela*, עלפה *Aalepha*, & pro נפשו *Naphsho* נפשי *Naphshi*. At quid tandem hîc est, quod לה עלפה *Alefa* magis conveniat quam לה עפלה *Uppelah*? præsertim cùm ex sententia

R. Tan-

R. Tanchum עפל idem valeat ac עלף in illo *Jonæ* IV. 8. ויתעלף *Et defecit*, aut *Isai* LI. 20. בניך עלפו שכבו בראש כל־חוצות *Filii tui defecerunt, jacuerunt in capite omnium platearum*; qui etiam præter vulgo receptam verbi notionem quâ *Elatum esse*, & *extolli* significat, tertiam quandam recenset à Græco ὑποστέλλεσθαι minimè alienam. viz. بعد ، تأخر *longè remotum esse, Tardari, Retrahere se*, petitam ab עופל *Ophel*, *clivo* sc الصعب الوصول اليه لعلوه ووعره *qui non sine difficultate præ altitudine & asperitate suâ ascenditur*, quæ licèt eidem loco isti minùs quadrare videatur, cæteris tamen præfertur ab *Ebn Jannahio*, quamvis sequiùs prophetiæ tardanti ac quasi se subducenti attributa. Sensus, inquit, est لما بعدت ووانت وتاخرت هذه *postquam longè remotum sit, ac recesserit, & dilatum fuerit hoc* quod denuntiatum est, non recta est anima ejus in ipso, quæ nihil eorum quæ minatus est Propheta, timet. Ideo autem quod de persona, seu anima impii affirmari quod hîc dicitur, non de prophetia, putat *R. Tanchum*, utramvis priorum significatuum huic præfert. *R. Moses Kimchius* aliam adhuc interpretationem affert, etiam à fratre ipsius *Davide* laudatam, in qua non minùs *subducendi* notionem habemus, scil. ut sensus sit, Anima impii quæ non est recta in ipso, nec in Deo fiduciam collocat, עפלה *Vppelah*, i. e. inquit, שמה־עצמה בעפל־ובמבצר, *se ponit in clivo*, seu, *se in rupem & arcem subducit*, ἐκλείπειν, puta, & ὀλιγοψυχεῖν: verùm justus, qui confidit in Domino, non opus habet ut se in arcem recipiat, sed fide suâ vivit. Glossarium *Hebræo-Arab.* aliter adhuc, עפלה *Vppelah* (inquit) est تحير *Obstupuit*, perplexus, confusus, conturbatus est. Has omnes juxta sententias, eâ tantùm

exceptâ, quæ extollendi, vel ſe efferendi intellectum præfert, non longè à ſcopo aberraverit qui עפלה *Vppelah* ὑπεστείλατο verterit. Sed nondum *Arabes* conſuluimus qui aliam nobis ſuggerunt, dum غفل quod *Hebraico* עפל reſpondet (ע in pleriſque in غ migrante) interpretantur ترك سها عنه *Omittere*, ſeu *negligere*, *aliò animum avertere*; quâ ſolum ratione motus acerrimi judicii Vir, *Lud. de Dieu*, non meliùs reddi poſſe עפלה *Vppelah* quàm ὑπεστείλατο fidenter aſſerit. Quòd ſi ab interpretationum diverſitate de exemplarium, quæ ſecuti ſunt Interpretes antiqui, diſcrepantibus lectionibus concludere liceat, ſuſpicari forſan poſſet quis *Syrum* ſimplicis V. T. verſionis authorem hîc pro עפלה legiſſe עולה cùm vertat, ובעולא לא צביא נפשה *Et in iniquitate non delectat ſe anima ejus*: hoc obiter. Quod ad ea quæ ſequũtur, לא ישרה נפשו בו autumat Doctiſſ: *Capellus* LXX. qui vertunt οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ, vocem illam (ſcil. ישרה *Yaſherah*) accepiſſe quaſi eſſet a radice *Arabibus* uſitata שרר nempe سر *Sarra*: at ſi res ſe ita haberet litera י ad radicẽ nequaquam pertineret, ſed futuri formativa eſſet, quod formâ regulari eſſet يسر *Yaſerro*, adeóq; ה paragogicum, & vocales prorſus mutandæ. Eò autem confugere minimè neceſſarium videtur, cùm ישר alibi frequenter per ἀρέσκειν vertatur, quod eodem ferè recidit ac εὐδοκεῖν, illúdque dicatur rectum eſſe in oculis Domini, quo ipſe ſibi complaceat. Verba igitur prout in textu *Hebr.* ſe habent ita ſonant, *Ecce ſubducitur*, aut *negligitur*, vel *ſubductio fit*, aut *neglectus*, ſeu *deſertio eſt* (agentem ſubticendo & verbis imperſonaliter poſitis) *non recta eſt anima ejus cum eo*, i e. Non delectatur anima ejus [vel, ſibi complacet] eo; ut ita ad Deum referantur poſteriora.

Per ſocordiam ſuperſedit, Gol.

Nec

Nec quicquam superest difficultatis nisi quòd pro נפשו *Naphsho, anima ejus*, in Græca versione personâ primâ efferatur *Anima mea*, quasi נפשי *Naphshi*, legeretur. At non infrequens est in textu Biblico â persona ad personam transitus. Exempla (ni fallor) satis ad rem apposita habemus, *Psal.* xxiv. 6. זה דור דורשו מבקשי פניך יעקב *Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem tuam, Jacob.* ubi LXX personarum Enallagen statuentes, reddunt Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν κύριον, ζητούντων τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. sic & vulg. *Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Jacob.* Et *Psal.* lix. 10. עזו אליך אשמרה *Fortitudo ejus, ad te respiciam*; ubi dum LXX. vertunt, τὸ κράτος μου πρὸς σὲ φυλάξω, & *Syrus*, mutato verborum ordine, אלהא לך אשבח מטל דאנת בית גוסי *Deus, te glorificabo, quia tu es refugium meum*, affixum tertiæ personæ in primæ proprium transtulerunt, ut ita de Deo intelligendum monerent, non de alio aliquo, quod *Hebræorum* plerique de *Saulis* robore dictum intelligunt. Quam ipsam licentiam Interpretes *Græci*, ut sensum commodiùs redderent, hîc etiam sibi sumendam duxerunt, ut ita verba ad Deum referenda, atque ipsius personâ efferri docerent. Nec interim, absurdum forsan erit ut si ei in quem cadit reprehensio tribuatur affixum, *Non est recta anima ipsius in ipso*, paraphrasticè exponatur, & ad sensum optimè, *Non oblectatur anima mea ipso*; ideo enim non placet impius Dei animæ (i.e. Deo) quod ipse se in anima sua, vel apud se, non rectè habeat. Neque ita se ad literam interpretes hosce adstrinxisse videtur, quin ut sensui commodè exprimendo, à verborum sono aliquoties discedant: exemplo sunt illud quod occurrit cap. xv. libri ejusdem, *Act.* scil. v. 17.

ὅπως.

ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων τὸν κύριον καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐφ᾽ οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ᾽ αὐτούς. quæ licèt verborum sono ab *Hebraicis* למען יירשו את שארית אדום וכל הגוים &c. *Amosi* IX 12. unde desumpta sunt, satis discrepant, utpote quæ sonant *Vt hæreditate possideant Edom & omnes gentes super quas invocatum est nomen meum:* & variantem lectionem statuentibus facilè occurrat ידרשו pro יירשו unius literæ mutatione substituendum, אדם *Adam* pro אדום *Edom*, vocalibus tantùm mutatis, & אתי pro את additâ literulâ, ne excidisse videatur illud quod quærendum est, sensum tamen adeò commodè exprimunt, ut non facilè mihi persuadere possim eos (Apost. sc. & quos ille secutus est) aliter olim quàm nos hodiè legisse, aut si jam iterum vertendum haberent, aliter reddere voluisse; cùm jam intimos verborum recessus optimè pandant, ac lectori notum faciant, hoc non tam de terrenâ terræ *Idumeæ* hæreditate aut populi illius subjugatione intelligendum, quàm de omnium gentium ad fidem Christi conversione, nec aliter ipsos à Christo ejúsque Apostolis subjugandos prædicare, quàm verbi gladio; vel alio sub jugo mittendos, quàm disciplinæ *Christi*, cui in hæreditatem dati sunt fines terræ, ut ita regni cœlorum doctrinâ instituti omnes Dominum unanimi consensu quærerent, ipsique nomen darent: (atque hoc innuit Cl: *Beza*, dum ad locum annotat, *Hebræa veritas habet, Vt possideant reliquias Edom; sed idem sensus est, cùm eos demum, possideat Ecclesia qui Dominum requirant.* Quamvis addat, *Videntur tamen Græci interpretes pro* אדום *Edom legisse* אדם *Adam.* at nullâ urgente necessitate, cur ita statuamus?) Neque enim insolens puto esse ut unius gentis nomine plures intelligantur

intelligantur, ut *Iſraelis* omnes quotquot ubique *Christo* nomen dederint etiam vel *Idumæi*; quidni & *Edom* nomine alii quotquot ante converſionem ipſi inimici erant? præſertim cum & explicationis gratiâ addat, *Et omnes gentes &c.* neque erit quod contra hoc objiciant *Judæi*, qui *Romanos*, imò omnes *Chriſtianos*, *Edomi* (quâ ratione ipſi viderint,) reliquias eſſe volunt. Eadem eſt Cl. V. *Ludovici de De Dieu* ſententia, qui etiam ut rem faciliorem reddat, verti Prophetæ verba mallet, *Ut poſſideant* (nempe reſtauratum *Davidis* tabernaculum) *reliquia Edom*, *& omnes gentes &c.* & per verbum ירשו״ *Poſſideant*, non tam poſſeſſionem, quàm poſſidendi ſtudium à *LXX* intellectum autumat, idémque requirendi verbo ſatis feliciter expreſſum. videſis Cl. V. animadverſiones in *Act.* xv. 17. Hæc certè omnia faciliùs concedi poſſunt, quàm tot in uno commate errores commiſſos atque admiſſos fuiſſe. (præſertim ubi non ſine ſumma cura & reverentiâ ferè ad ſuperſtitionem nimiâ, exarati ſint libri,) niſi exemplar unicè ſuperſtes à blattis ac tineis eroſum fingas. Parem ob rationem nolunt è doctis nec pauci nec infimi, ideo variantem lectionem admitti *Pſal.* xix. 5. licèt ibi jam legatur בכל הארץ יצא קום *in omnem terram exivit Kavam*, quod reddi ſolet, *Linea eorum*, cùm apud *LXX*, & *Rom.* x. 18. habeatur, εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, *In omnem terram exivit ſonus eorum*, unde concludunt multi lectum ab illis non קום *Kavam*, *Linea eorum*, ſed קולם *Kolam*, *vox eorum*. At hoc negans Cl. *Rivetus*, *Dicimus* (inquit) *Veteres illos Interpretes, non de verbo ad verbum reddidiſſe, ſed ad ſenſum reſpexiſſe, qui jam utrobique fluit ſive lineam & normam &c. ſive ſonum dicamus, niſi quòd vox illa poſterior enarrandi verbo immediatiùs reſpondet, quamvis etiam verbo*

indicandi

indicandi appositè linea & norma respondeant, &c. quare concludit, *Nullam esse corruptionem in Hebræo, neque aliter fuisse lectum vel tempore Hieronymi vel antè.* Quam in Doctissimi viri sententiam qui descendere recusaverit, ne tamen statim corruptionis textum arguat, aut קולם *Kolam* pro קום *Kavam* reponat: aliam, si libet, viam mecum experiatur, scil. dictioni קו *Kaw* significatum suum (licèt minùs notum) restituendo, non ipsum è medio tollendo. Fiet id (ni fallor) linguæ etiam *Arabicæ* ope, quâ plusquam probabile reddetur, ipsi olim *Clamoris*, seu *vociferationis*, non minùs quàm *lineæ* seu *amussis* intellectum tribui solitum. Conjecturæ ratio inde quòd in ea قوقا formâ (ut fieri solet in ejusmodi verbis) quadriliterâ ex primæ radicalis repetitione à themate قوي *Kawa* (quod *Hebraice* קוא *Kava* & קוה *Kavah* cum *He* leni seu quiescente, respondet) idem denotet ac صاح *Clamare, exclamare, vociferari* teste *AlFiruzabadio* in *Oceano* suo, in quo forsan & usitatioris ejusdem thematis intellectus (scil. *fortitudinis, roboris,* & *potentiæ*) vestigia sunt non obscura, ut sit non quovis modo, sed κατὰ βοῆς φθέγγεσθαι, *fortiter & altâ voce clamare*, ut & hîc quoque locum habeat regula in nominum à themate suo formatione notissima زيادة البنا تدل على زيادة المعني *Accessio literarum significatûs accessionem seu intensionem denotat.* Saltem hujusmodi formæ frequentativæ (seu, ut loquitur *Amira* Gram: *Syr* p. 418. iteratæ) actionis repetitionem includunt, ut ita verbum istud iterationem ac ingeminationem vocis denotare videatur, quod & confirmare videntur Doctiss: Grammatici *AlJauharii* verba, qui idem valere ait قوقي *Kauka*, ac ضوضي *Dauda*; atqui

qui الضوضاة *AlDauda*, ipſo explicante, eſt اصوات الناس وجلبتهم *Hominum voces & inclamationes* ſeu *conclamationes*, quales nempe equos in ſtadio, ſeu depoſito pignore certantes ad curſum incitantium, id enim eſt اصوات الناس في الجلبة vel ut *AlFiruzabadius* اصوات الناس في الحرب *voces in bello ſe mutuò excitantium*) ut & formâ ſimpliciori ضوة *Dawab*. ita (inquit) dicunt سمعت ضوة الناس *Audivi Dauwab*, i. e. *vociferationem hominum*. ac ſic forſan & قوة *Kawab* idem olim fuerit ac geminatum *Kaukab*, quod formæ ſimplici tam ſignificatum quàm ortum ſuum acceptum ferat, ut & *Hebraica* קו vel קוה utrúmque eorum. Hoc licèt omnium maximè convenire vocis hujus rationi videatur, unde & primum ei locum attribuimus, nequaquam tamen ab ejus quod eſt inter has linguas commercii & convenientiæ analogiâ recedemus, ſi ad قوة *Kawaba* i. e. קוה cum *He*, الظاهر (ut loquuntur) *claro*, ſeu manifeſto, (*Mappikatum Hebræorum* Grammatici vulgò vocant) lectorem remittamus: neque enim inſolens videbitur ſi quod in altera harum linguarum in *He* clarè pronunciato, in altera eâdem quieſcenti deſinat, in pluribus fit; imò & in una eadémque quod naturâ mobile eſt, inſtar quieſcentis excidit: quorum utrumque eadem exempla confirmatum dabunt; שפה *Hebraicum* in linguam *Arab.* migrans *He mobile* acquirit, ut fit شفه quo tamen in formatione nominis vim ſuam amittente fit شفة quod in plurali شفاه reſumit. à פה *Os*, *Hebr.* fit فوه *Arab.* cum *He moto*, quod tamen in فم inde formato rurſus excidit: ſed res manifeſtior eſt quàm ut pluribus eam

 proſequi

prosequi opus sit. Jam verò قوى קוה scil. *Kawab*, cum *He mobili* ejusdem est cum verbo priùs memorato significatûs, viz. صرخ *Clamavit, Exclamavit*, imò sensu loco isti mirè (ut mihi videtur) commodo, cùm sit ita clamare, ut alter alteri respondeat voce mutuo agnitâ, quasi signo utrinque dato, ut ita cœli se invicem inclamare fingantur, ut cùm *cantarent pariter astra matutina, & jubilarent omnes filii Dei. Job* XXXVIII. 7. quomodo & verbo قوقا juxta significatûs sui rationem jam indicatam optimè convenit cum iis quæ hoc *Psalm.* sequuntur, *exultat ut Gigas ad currendam viam*, seu, lætatur instar viri fortis conclamitantium plausu & clamore excitati, cursum suum peragere. Quidam قوقا illud de gallinæ quem post exclusum ovum tollere solet, κοκκυσμὸς seu clangore, qui etiam exultantis vox est, interpretantur; quod & verum est; at nec una ea, nec prima (ut videtur) verbi notio, cùm & *AlFiruzabadius* alterum quem diximus intellectum præmittat, & صاح *vociferatus* est, genere masculino ponat, ac *Jauharius*, ut de homine ipsum loqui pateat, primâ personâ قوقيت *Ego vociferatus sum*, cùm tertiam aliàs præmittant, efferat. Quicquid sit, nequeo mihi persuadere aut LXX aut *Syrum* legisse קולם *Kolam*, cùm aliis hîc utantur dictionibus quàm quibus קול *Kol* in præcedentibus explicârunt, nam & LXX hîc φθόγγος habent, qui *Kolam* v. præcedente φωναὶ reddiderunt, nec alibi usquiam (ni fallor) φθόγγος ad קול exprimendum adhibent. sic & *Syrus* qui קולם eâdem prorsus voce suis cùm *Hebræis* communi קלהון reddidit, hîc quasi ad aliud aliquod verbum enarrandum כברתחון *enuntiationem* posuit, quod dictioni קו vel קוה eo quem indicavimus sensu optimè respondet. Aliam etiam exhibet Doctiss. *Capellus* conjecturâ

quæ

quæ lectioni receptæ confirmandæ inserviat sc. *Interpretes forsan accepisse* קום *quasi esset à* חוה *quod Chaldaicè & Syriacè significat eloqui, enuntiare, indicare*, immò & *Hebraicè ut v.3.* יחוה דעת *Indicat scientiam*. Ex his quid amplecti velit penès lectoris judicium esto, non esse cur à lectione vulgo receptâ recedat, ni fallor, constat. His verò quæ ad linguæ *Arabicæ* usum in Veteris immò utriusque Testamenti textu feliciùs enodando demonstrandum protulimus, alia qui ei vel mediocrem operam impenderit, & plura addere poterit & meliora, ídque in aliis etiam generibus, ut Theologo perpetui usûs esse probetur. Ita certè Viris hujus sæculi primariis visam, atque in partes ubique vocatam, qui eorum opera inspexerit, nescire non poterit: quæ ab aliis dicta sunt supervacaneum erit huc transferre: unius tantum exempli lectorem paucis monere liceat quod accuratissimâ de verbis *Sephoræ* diatribâ linguâ nobis vernaculâ conscriptâ, ideóque paucioribus notum, occurrit. Ibi enim D. V. hoc inter cætera argumento utitur ad probandum solenni formulâ puerum quo die circumcisionis Sacramento initiaretur חתן *Chatan* appellari solitum, quod inde apud *Arabes* verbum istud *Circumcisionis* etiam significatum acquisiverit. ac certè hoc binorum quæ ad morem istum confirmandum adducit argumentorum firmissimum videtur. Alterum enim ab *Aben Ezra*, aliorúmque testimonio petitum, eo infirmatur quod docet *R. David Kimchius*, illud ab ipsis מסברא seu *ex conjecturâ* tantùm affirmari. Qui pleniorem verborum istorum explicationem desiderat ipsam Diatriben adeat, vel saltem eruditissimi viri *Christophori Cartwrighti* Annotationes in *Exodum*. His tantùm ad utilitatem linguæ *Arabicæ* indicandam annotatis liceat interim de gemino dictionis illius apud *Arabes* in-

l. Shoreshim.

c. 4. v. 25. 26.

tellectu aliqua subnectere, quæ & forsan ad loci istius illustrationem aliquantulum conferant. Primò igitur ut in lingua *Hebraica* sic & *Arabica* thema ختن *Affinitatem contrahendi* notionem habet, unde non solùm Socer, sed & tota eorum qui mulieri sanguine conjuncti, series, scil. Pater, fratres, patrui, avunculi, &c. nomine ختن *Chatan* gaudet, ut &, juxta nonnullos respectu mulieris, quicunque maritum consanguinitatis & cognationis titulis attingunt. Eàdem etiam appellatione gaudet Gener, vel الرجل المزوج في القوم *Vir qui se conjugii jure populo alicui inseruerit*, hic ab omnibus istis *Chatan* appellatur. qui tamen in lingua *Hebraica* ita distinguuntur ut illi חתן *Choten*, hic verò *Chatan* audiat. Hoc est quod dicit *Ebn Jannahins* الختن وان كان مشتركا في لسان العرب لوالد الزوجة واخيها ولزوج الابنة فان العبرانيين قد فرقوا بينهم في اللفظ *Nomen Chatan licèt in lingua Arab. tam patri uxoris ac fratri ejus, quàm filiæ marito competat, inter hos tamen diversâ nominis formâ & pronuntiatione distinguunt Hebræi.* Inde & nomen ختونة *Chatunah* & *Chatun*, ejusmodi affinitatis contractionem, ut *Hebr.* חתונה denotat, & تزوج الرجل المراة *Cùm vir mulierem* [apud aliquos] *in uxorem ducit.* Atque hinc apud Novi Testam. interpretem pro sponso etiam usurpatur, ut videre est *Job.*

Edit. Erp.

III. 29. ubi صديق الختن redditur ὁ φίλος τοῦ νυμφίου, ut & hunc etiam intellectum (* quamvis forsan minùs propriè) cum *Hebraico* חתן habeat. Præter hos verò significatus alium etiam habet thema istud apud *Arabes* usitatissimum

* Quod & de Hebr. asserit *Medus*.

Hebræis

Hebræis fortè ignotum, vel ſaltem oblivioni traditum, quem tamen neſcio an jam memorato poſteriorem atque ab eo oriundum cum Doctiſſ. *Medo* ſtatuam. Eſt ille, quo *Circumciſionem* denotat. indè ختن *Chatan Circumcidere*, خاتن *Chaten*, *Qui circumcidit*, ختين *Chatin*, & مختون *Machtun*, *Circumciſus* ختان *Chetan*, *Locus qui circumciditur*, item ipſa circumciſio, ut & ختانة *Chetanah* &c. His obſervatis conſtat חתן דמים tam apud *Arabes* quàm *Hebræos* ſonare, *Generum* vel *ſponſum ſanguinis*. *Sephora* interim cui *Arabica* vernacula fuit, non hunc ſolùm, ſed & alterum ejuſdem vocis ſignificatum reſpexiſſe videtur, atque utrumque ſimul verbis ſuis indigitâſſe: quæ quid ſi ita intelligantur ac ſi marito ſuo dixiſſet, Verè & merito tu mihi *Chatan* diceris; utroque enim ſenſu nomen hoc tibi competit, non eo ſolum quo à parentibus & conſanguineis meis *Gener* &c. appellaris, ſed & iſto qui *ſanguinis effuſionem* innuit & requirit. hoc ſi *Moſen* allocuta fuerit: ſin puerum, ut mavult Cl. *Medus*, (quæ & **Ebn Jannahii* ſententia eſt) cum is erit quem ſtatuit vir Doctiſſ. verborum ſenſus, & חתן eundem uſum habebit quo & ابى *Pater*, & اخو *Frater* apud *Arabes*, ut *Gener* vel *ſponſus ſanguinis* ſit, vel ſanguine acquiſitus ſeu redemptus, vel ut *Ebn Jann*: ſanguini, i. morti valdè vicinus. Ita ille لاشرافه على الموت quod *parum à morte abfuit*, *ipſum Chatan Damim*, i. عروسا مقتولة *ſponſum occiſum* i. penè occiſum vocat. Utrovis ſenſu ſumas alluſio optimè conſtabit, ſi ita verba iſta חתן דמים למולת *Chatan Damim lemuloth*, *Arabicè* ſic efferas, ختن الدم من اجل الختان *Chatan*

*Qui & Angelum non *Moſen*, ſed puerum occidere voluiſſe, veterum aliquos ſecutus autumat.

eldam

oldam (vel in pl. الدما *Aldemai*) *men asli l'ebetan*. Hæc interim à nobis דרך שקלא וטריא (ut loquuntur) ſeu *exercitationu tantùm gratiâ* dicta ſunt, pleniorem loci enarrationem qui velit, apud ipſum (quem diximus) Doctiſſ. Virum videat.

Ad alia ut pergamus, Si ad ejuſdem libri (*Exodi* nim.) c.XIII.18 oculos conjicere libet, ibi occurrunt hæc verba וחמושים עלו בני ישראל *Et quintati aſcenderunt Iſraelitæ*, ad quæ de vocis *Chamuſhim* multum inter doctos diſputatur, variæque proferuntur ſententiæ, & adhuc ſub Judice lis eſt: ad quam tollendam nondum, quod ſciam, à quopiam in partes vocata eſt lingua *Arabica*, quæ tamen ſi conſulatur, operam forſan nec inutilem, nec ſpernendam conferet. Quæ ab aliis de verbi iſtius ſenſu genuino dicta ſunt videre eſt cùm apud alios, tum inprimis in erudita ſummi viri *Nic. Fulleri* ea de re diſſertatione, & Doctiſſ. *Cartwrighti* notis ad *Exod.* XIII. quæ repetere animus hîc non eſt. hoc tantùm addere liceat, mihi omnium quæ loci iſtius adduci poſſunt explicationum ſimpliciſſimam ac commodiſſimam videri, quam ſuggerit ejuſdem dictionis apud *Arabes* uſus, ut vertatur, ſc. *Agmine ad exercitûs formam*, ſeu ordinem, *compoſito aſcenderunt*, ſeu egreſſi ſunt, non tam quòd ſub quinta coſta armis accincti (ut volunt *Rabbinorum* plerique) quàm quòd in ordines ſuos diſtributi. Apud *Arabes* enim خميس *Chamîs* dicitur exercitus, (non quòd armis *ad quintam coſtam* induti) ſed لانهم خمس فرق quòd ipſorum corpus quaſi è pluribus membris aggregatum quinque partibus ſeu ordinibus conſtare ſoleret. viz. المقدمة *Prima acies* القلب *Cor* الميمنة *Dextrum cornu* الميسرة

Miſc. Sacr. l. v. c. 2.

AlJauhar. Kamus, Ebn Athir &c.

الميسرة *Sinistrum*, الساق *Crus* [extrema acies.] Quare optimè vertisse videtur interpres ille quisquis *Judæorum* fuit qui *Josuam* cæteróſque libros Historicos Vet. Test. in linguam *Arabicam* traduxit, verbum istud متعبيين *Motaabiina* quod forsan à צבא *Hebraico* mutato צ in ע, ut aliàs in his linguis fieri solet, e.g. in ארעא *Syriaco*, ab *Hebr* ארץ *terra* &c. Est enim تعبية الجيش ܬܥܒܝܬܐ في مواضعه *Tabiah ordinata exercitûs in locis suis dispositio*, vel in loca sua distributio. Meliùs puto, quam *R. Tanchum* qui eo loci explicat חמושים *Chamushim* א משדורי אלחומש אלכאצרה *Accinctos Alchomesh*, i. e. ad *Ilia*, indè quòd dicitur, *Et percussit eum* על החומש *ad hachomesh*, & similiter inquit חלוצים תעברו *Chalutsim transibitis* dicitur, id est, *accincti lumbis* qui חלצים *chaletzim* audiunt, quo argumento usus est etiam *Aben Ezra* ad sensum hujus vocis hoc loco eruendum, sed parum, ut videtur firmo. Nam si חמושים *chamushim* sint in modum excercitûs ordinati, ut sic ab ordine describantur, non incongruum erit ut alibi *chalutzim* ab armis, postquam iis instructi fuerint, dicantur. Tali autem qualem innuimus ordine profectos *Israelitas* satis indicat quod legimus *Exod.* VI. 26. *Educite filios Israel è terra Ægypti* על צבאתם *per exercitus suos.* Ac rursus c. XII. 51. *Eduxit Dominus filios Israel è terra Ægypti per exercitus suos.* jam ergò cap. XIII. 18. ut hæc eo modo quo voluit Dominus facta fuisse ostendantur sequitur ascendisse eos חמושים *chamushim*, i.e. *exercitûs, ordine egressos*; non necesse est ut *armatos* (unde enim illis tum arma?) dicamus. Ea autem notio quâ חמושים *armatos* denotare volunt, adeo nonnullorum animis jam olim

Jauhar. Kam.

olim, sedisse videtur, ut & alibi sensu parum, ut videtur, congruo חמש *armare*, verterint. viz. *Gen.* XLI. 34. ubi וחמש את ארץ מצרים *& quintet terram Ægypti, Rabbi Salomo* exponi vult cum *Chaldæo Paraphraste* ויזרז *Et armet*, sicut (inquit, his verbis ad probationem contortis) dicitur חמושים *chamushim* i. e. (ut ille vult) *armati*: at rectiùs planè qui interpretantur, *Quintam partem fructuum colligat*, ut probat etiam linguæ *Arabicæ* usus, in qua خمس *chamasa*, quod *Hebr. chimmesh* respondet, est *Quintam partem rei accipere*, & privatim spoliorum inter exercitum distribuendorum; unde dictum illud, ducis cu-

l. Nehayah. jusdam apud *Ebn Athir* ربعت في الجاهلية وخمست في الاسلام i. e. ad verbum (si ita loqui liceat) *Quartavi in temporibus ignorantiæ, & quintavi sub Mohammedanismo*, quia Imperator exercitûs في الجاهلية *ignorantiæ* (quæ vocant) temporibus accipere solebant; ربع الغنيمة *quartam spoliorum*, at *Mohammedes* quintam accipi jussit. Ita dicunt inquit ربعت القوم وخمستهم *Rabaatol'kawm wachamastohom*, i. e. *Accepi ab illis quartam & quintam opum partem.*

Verè dicunt *Arabes* الحديث ذو شجون *Sermo ultrò se in varios diffundit atque dispertitur ramos*, invicem implexos, adeò ut toto cœlo distantia se sæpissimè mutuò in memoriam revocent. ut tamen sermoni nostro modum (quem jam forsan excessisse videamur) imponamus, unicum addere liceat, ad eundem cum cæteris scopum tendens. Locus est *Psal.* XXII. 17. precipuæ inter ea quæ *Judæorum* malitiâ corrupta volunt nonnulli, notæ, & in quo conciliando magis quàm alibi viris longè doctissi-

mis

hærere visa est aqua, quamvis dudum ab aliis feliciter solutus videatur nodus. Transtulerunt LXX ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου. *Foderunt manus meas & pedes meos*, at in textu *Hebraico* hodierno כארי habetur, quod est, *Ut Leo*; ut subaudiendum relinquatur verbum, quod *Chald.* נכתין *mordent* supplet; vel τὸ κυκλοῦν repetatur הקיפו quod præcessit, i. e. *cinxerunt*, aut collegerunt, ut leo manus meas, &c. vix ergò dubitatur legisse *LXX* כרו *Caru* à כרה *Carah fodere*, at quis tum locus τῷ א? non solùm mutanda est litera י in ו, sed & א loco movenda, vel epenthetica judicanda. Ita statuerunt plerique, alii verò, quos inter (ut inter harum literarum studiosos meritò) primas tenet *Nicolaus Fullerus*, eúmque secutus *L. De Dieu*, א retinendum & pro radicali habendum judicant, idque authoritate non solùm *Masora* & R. *Chaiim*, qui in exemplaribus olim correctis כארו *lectum* annotât, ut à doctis pridem observatum; sed & linguæ *Syriaca* in quâ כאר *Pudefacere* denotat, quo modo hoc hîc scriptum est intellexit olim *Aquila* dum vertit ᾔσχυναν *fœdârunt*. videat cui cordi est, ipsa virorum doctissimorum verba. Me, si libet, monente addat, isti *Syriaca*, *Arabica* etiam sororis germanæ testimonium, licèt ad illud *LXX* ὤρυξαν potiùs quàm *Aquila* ᾔσχυναν confirmandum. In hac ergò tam (كرى) quæ כרה *Hebr.* refert, quàm كار quæ כור vel כאר *fodiendi* intellectum habet, ita, teste *AlFiruzabadio* à secundo isto الكور *Alcaur* est *effossio terræ*, & verbi formâ auctâ quæ *Hebr. Piel*, quam innuit *L. De Dieu*, ratione Analogiæ respondet, scil. كور *Cawar*, *Prosternere*, item *colligere & colligare*, nec non virum *Hastâ confodere*, ac *simul collectum projicere*, *vel dejicere*. Quod etiam ad prius (كرى), eodem teste, significat حفر *Fodere*,

dere, effodere, ita quidni & olim apud *Hebræos* כרה & כאר Synonima esse potuerunt?

Lectionem כארו ergò non solùm perpetuo Ecclesiæ *Christianæ* consensu, sed & *Masoræ*, cui refragari non audent vel ipsi *Judæi*, testimonio comprobatam atque confirmatam, ut veram & genuinam amplectimur. Ipse *David Kimchius* dum inter ea quæ hoc in *Ps.* à *Christianis* de *Messia* intelliguntur, hæc verba recenset, atque aliter ea legi ab ipsis quàm à *Judæorum Synagogâ* hodiernâ dicit, scil. non כארי *Caari*, sed כרו *Caru* (quamvis & literâ א omissâ quasi à כרה, quã nos non expungimus) non tamen illos quasi ob innovatam vel confictam à se lectionem fraudis incusare ausus est: quod sine dubio fecisset nisi in hoc eos emendatorum codicum authoritatem secutos scivisset, uti fecit *Psal.* CX. ubi (falsò tamen) opinatus eos *Hieronymum* secutos legere, ארני *Adonai Domino* cum *Kamets*, pro *Adoni, Domino meo*, & עמך *Immeca, Tecum*, cum *Chiric*, pro *Ammeca, populus tuus*, sic contra eos insurgit, איך יוכלו להחזיק טעות איש אחר כנגר רבים כי ממזרח שמש ועד מבואו ימצא בכל הספרים בחירך הנון וכן עמך נרבות בפתח העין, *Quomodo possunt unius viri errorem tueri contra plures, cùm ab ortu solis usque ad occasum ejus reperiatur in omnibus libris cum Chiric litera Nun, & similiter*, Ammeca Nedaboth *cum Patach literæ Ain*: deinde quasi triumphum canens subjicit. והלא הם אומרים שהסנה* שלנו ערות להם אם כן יאמינו בער. *Et annon dicunt legem nostram ipsis testimonium esse? si ita sit, jam testi credant*. Quod obiter notandum ne absque necessitate variantes lectiones fingendo, occasionem illis præbeamus cavillandi atque insultandi quasi ad hoc χρησφύγετον. ideò confuge-

* al. ex התורה

confugeremus, quòd aliter fidei *Christiana* dogmata tueri non possemus, quæ certè non aliis egent quàm scripturæ, prout nunc & ab ipsis legitur, rectè intellectæ, testimoniis. Notari etiam potest verba ista *Kimchii* quæ laudavimus, in aliquibus editionibus * *Venetis* (nescio an & in omnibus) desiderari. jam verò annon & idem hoc loco contra *Christianos* retorsisset, si lectionis *Caru* illi authores fuissent? Alteram interim, cui *Judæi*, quòd *Christianorum* placitis minùs eam favere putant, jam mordicùs adhærent, si quis alteri præferendam atque olim prælatam probare posset, ne tamen eo sensu intelligendam quo ipsi jam volunt, aut magis significatu à priori isto differre putet quàm formâ literarum discrepat, quam unius lineolæ productio, quâ י in ו converteretur, eandem prorsus efficeret, monet altera ista *Masoretarum* nota textui adscripta, quâ asserunt bis ita scriptam occurrere vocem hanc (כארי *Caari* scil.) בתרי לישני *in duabus significationibus*: unde concludunt docti cum altero duorum, quos innuit, locorum, viz. *Isai* XXXVIII. 13. extra omnem controversiam significet, *Sicut Leo*, in hoc alium ei assignatum tunc fuisse intellectum; qui quomodo ei competere possit, ostendit Cl. V. *Ludovicus De Dieu*, si nempe כארי pro infinitivo *Piel* habeamus, eóque sensu præteriti sumpto, ut litera, י pro affixo habeatur, valeátq; *Deturpando mihi*, vel, *Deturpârunt mihi manus meas, ac pedes meos*. At quid si (formâ כאר & כור etiam perfodiendi notione, jam ex usu linguæ *Arabicæ* à nobis adstructâ) vel pro *Benoni* seu participio præsenti formæ *Kal*, accipiatur? Ne litera א quam jam pro radicali genuinâ habendam, vel quod eodem recidit à ו mutatione factam, probavimus, aut vocalium quibus legitur naturâ, offen-

* sc. in octavo ann. 1596. & f. 1517.

v. Amam. Antibarbar. &c.

damur, faciunt exempla, קאם *Hos.* x. 14. cùm alibi קם scribatur, & ראמה *Raamah*, *Zech.* xiv. 10. in præterito, & ראמות in participio *Prov.* xxiv. 7. & שאטים *Ezek.* xxviii. 24. & שאטות *Ezek* xvi. 57. Neque nihili est quod annotat *Tanchum Hierosolymitanus*, ad istum *Hoseæ* locum, אן חק כל קם וסאיר באבה אן יכתב באלף מתל הדא לאנהא כלהא פיהא כואכן לינה ואנמא תרך דלך קם אסתכפאפא ואתכאלא עלי דלילה אלחרכאת *debuisse* קם *ubicunque occurrit, & reliqua ejusdem ordinis, scribi per* א *ut hoc loco, quia in omnibus sunt literæ quiescentes lenes, quod tamen omittitur facilioris pronuntiationis gratiâ, & quòd indicio vocalium innititur*. At tum formam pluralem requirere videtur sensus quâ vel כארים *Coarim* ut à כאר vel כארים *Caarim* à כר, vel in formâ constructâ, *Coare* vel *Caare* esset. Neque enim hîc locum habere videtur syntaxeos ratio illa quâ pluralia aliquando cum singularibus construuntur ad partitionem seu distributionem innuendam vel ejusmodi aliquid, ut *Psal.* lxxxvii. 3. נכבדות מדבר בך *Gloriosa dicuntur de te, &c.* Esto. at cur non & hîc pro forma plurali agnoscatur כארי *Caar*, cùm non desint aliàs numero isto similiter desinentium exempla? sic * *Genes.* xl. 16. חורי *Chori foraminum*, vel ut alii, *Candidorum* sive panum, sive viminum. *Arabs* ab *Erpenio* editus reddit بيوض *alba* scil. canistra. החצי *Hachitzi Sagitta.* 2 *Sam.* xx. 38. שלישי *Shelishi*, *Triariorum* 2 *Sa.* xxiii. 8. הכרי *Haccari Duces* 2 *Reg.* xi. 4. & rursum 19. עמי *populos*, sæpe, ut 2 *Sam.* xxii. 41. *Thren.* iii. 13. & *Ezek.* iii. & juxta nonnullos היבוסי *Jebusæos* habitatores *Jerusalem* *Jos.* xv. 63. ad quem locum R. *Tanchum* קולה יושבי בחסב מעני לקבילה או יריד ואהל היבוסים ואסקטת אמים

* v. Sixtin. Amamæ Anomal.

אמים מתל מעסים רמוני הרורר עמי חתתי עלי מא בינא
פי אכליארת לולך קאל לא יוכלו להורישם ולם יקל להורישו

Quod dicit, Joshebe, Habitatores, *est ratione sensûs, quasi de tribu dictum, aut vult,* היבוסים *Jebusæos, omissâ literâ* Mim, *sicut dicitur* Measis Rimmoni *E Musto m.logranatorum, Cantic.* VIII.2. & *Qui subdit* Ammi, *populos sub me. Psal.* CXLIV. 2. *sicut ostendimus in* [præmissis nostris] *generalibus*, ideóque, *Non potuerunt expellere ipsos*, non *ipsum*, dixit. his addere liceat & illud *Psal.* XXX. 4. juxta *Cetib*, vel prout in textu legitur, * מיורדי בור *Miyauredi bor, A descendentibus in foveam:* ita enim accepit *Syr.* qui vertit מן נחתי גבא & LXX qui ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. Non magis, quàm hæc à regulâ aberrabit כארי *Caari, fodientes*, ut alia, sed aliter terminata, in quibus ם pluralis nota excidit, omittamus. Rariora equidem hæc in textu Biblico, ideoque pro Anomalis habentur, cùm præcepta quæ habemus, Grammatica ad ejus unius exempla conformatâ sint; quòd si plura *Hebraismi* antiqui monumenta extarent, plura forsan occurrerent, quæ & istiusmodi formas olim non ignotas fuisse, aut inusitatas probarent. *Chaldæus* certè Paraphrastes eo, quem innuimus, modo verbum *Caari* sumsisse videtur dum per נתכין *mordent*, effert. At illud, dices, de suo supplevit, ut sensum perficeret, dum quod in textu legit, היך כאריא *Sicut Leo*, verterit. Imò potiùs hoc, mihi, sono verbi vicino id ipsi suggerente, addidisse videtur, ut modum quo crudelia manibus & pedibus ejus, de quo hîc sermo est, vulnera infixerint, leonis immanitatem referentes, aptiùs exprimeret. Et quid si ab eo, hoc pacto, fluxisse putemus, istam, non dicam lectionem, sed notionem quâ כארי *Sicut Leo*, denotare existimatur, nisi quis ita ab aliquo ipso antiquiore,

* *Vide hîc infrà* pag. 64.

ore, intellectum probaverit, dum quod ille, ob eam (quam diximus) rationem posuit, ideo posuisse autumarent recentiores, quod ita ad literam sonare dictionem istam judicaverit? aut quid si ab illis, qui vocem כארי ideo fodiendi significatu repetendum minimè putarent, quòd illud jam dictum in הקיפו videretur? Quamvis enim illud vulgò reddatur, *Circumdederunt me*, non minùs tamen commodè, atque huic loco forsan convenientiùs, reddi potest, ὤρυξαν, seu *perfoderunt* aut *vulnerârunt*. Unde enim הקיף? ab יקף, inquiunt, at formâ quasi à נקף mutuatâ? ad quod ergò thema ipsum referri posse dicit *Ebn Jannabius*, cui duos tribuit intellectus, alterum concidendi, vulnerandi, alterum circumdandi: prior ille tam aliis textûs sacri testimoniis, quàm linguæ *Arabicæ* usu confirmatur, atque illi maximè genuinus vulgò censetur. Occurrit, ut alibi ita *Jobi* XIX. 26. נקפו זאת *Conciderint, perfoderint*, vel perforaverint hoc, ad quorum verborum elucidationem affert linguæ *Arabicæ* authoritatem, in quâ dicitur نقفت راسه *Nakafto rasabo*, i. *Caput ipsi comminui*; Ita certè & *Arabum* Grammatici, النقف *AlNakfo* est كسر الهامة من الدماغ *Ita caput comminuere ut cranium à cerebro separetur*, aut ضربها اشد ضرب او برمح او عصا *ipsum ictu quàm gravissimo contundere, vel hastâ aut baculo cædere*: item aliàs idem quod نقب وشق *Perforare, vel Terebrare, & findere.* Est autem نقب idem quod نقب ut ita tam in lingua *Arabica* نقف & نقب, quàm in *Hebr*: נקף & נקב affinis sint intellectûs. Quid ni igitur & huic loco significatum istum tribuere liceat, ut reddi possit, *Vulnerârunt*,

rârunt, vel *confoderunt me*, *perforantes manus meas*, *& pedes meos?* quòd si Leonis significatum hîc retineri quis velit, non video quomodo se aliter expediat, quàm reddendo, *Vulnerârunt me sicut Leo*, *manus meas*, *& pedes meos*, adeo ut nihil inde lucrentur *Judæi* ad ὀρύξαι seu confodiendi intellectum (quem forsan ut *Christiani* adimant lectioni isti tenaciùs adhærent, etiam contrarium monente *Masoretarum* notâ) ex hoc textu eliminandum. Certè dum verbi הקיפו alteram istam circumdandi notionem amplectuntur, & Leonis simul in כארי retinent, ea ad sensum perficiendum* proferunt, quæ ipsi forsan aliàs riderent. Quid enim *David Kimchius*, author, ut doctus, ita (nisi ubi nimio in *Christianos* zelo præceps rapitur) sobrius & gravis, ad lectionem istam illustrandam?

כי הקיפוני כמו האריה שמקיף בזנבו ביער וכל חיה שתראה אותה העגולה לא תצא משם ממורא האריה ומפחדו ויראתו יאספו ידיהם ורגליהם וימצא האריה טרפו בתוך עגולתו כן אנחנו בגלות בתוך העגולה לא נוכל לצאת ממנה שלא נהיה ביד הטורפים כי אם נצא מרשות הישמעאלים נבוא ברשות הערלים והנה אנחנו אוספים ידינו ורגלינו ועומדים יראים ופוחדים בפניהם כי אין לנו רשות לכרות ברגלינו ולהלחם בידינו והנה כאילו ידינו ורגלינו בנחושתים

Quoniam (inquit) *circumdederunt me tanquam Leo, qui caudâ suâ in sylva circulum describit, quem quæcunque viderit bestia haud inde egreditur præ metu Leonis; at præ timore ipsis ab illo incusso manus pedésque suos colligunt, adeo ut Leo in circulo suo prædam suam inveniat: ita & nos in exilio nostro, medio inclusi sumus circulo, unde egredi non possumus, quin in manus prædantium incidamus: Si enim è potestate Ismaelitarum evadamus, incidimus in manus incircumcisorum,*

ideóque

ideóque manibus pedibúsque contractis, pavidi ac territi coram ipsis stamus, quia nec copia est nobis pedibus nostris fugiendi, nec manibus pugnandi, súntque ecce manus nostræ, & pedes quasi compedibus vincti? Quæ verba ideò

* viz. in 8. 1596. libentiùs integra adscripsi, quòd in * aliquibus editionibus *Venetis* mutila reperiantur, hoc modo, כן אנחנו בבבל בתוך העגולה לא נוכל לצאת ממנה שלא נהיה ביד הטורפים *Ita nos in Babele in medio circuli sumus, unde non possumus egredi quin in manus prædantium incidamus*, omissis reliquis. Egregium sanè commentum cujus partes, & quàm bellè inter se conveniant, excutiat cui cordi est. Sed num hæc revera credidit *Kimchius*, aut nos adeò credulos fore putavit ut iis fidem adhibentes hanc ut genuinam loci enarrationem amplecteremur? annon vel hinc patet haud sine gravi causa à *Masoretis* monitum ne כארי hic, *sicut Leo*, interpretandum ducamus, dum qui ita interpretantur ad talia, quò se expediant, confugere coacti sint?

* *Vide suprà pag. 61.* * Objici forsan possit in hoc, Exemplo parum esse momenti cùm vocales appositæ non ad *Cetib* מירדי sed ad *Keri* מירדי spectent, quod *Mi yordi*, legunt, vel monente *Kimchio Mijaredi*, vertúntque *à descendere me*, ut sit מקור seu infinitivum, (quod tamen formâ usitatiori esset מרדתי *Meridti*) qui *Cetib* retinuerunt legisse, מירדי *Miyorede*, vel *Miyoredi* (ut *Cappel.* p. 129.) Resp. Si *Miyoredi* legatur, ac pro particip. pl. habeatur, æquè quod nos volumus confirmat. His tamen ne temerè assentiamus sunt quæ suadeant, & dubia prius solvenda. Nisi enim *Masoretæ* (vel quicunque tandem fuerint qui τὸ *Keri* in margine apposuerunt) reperissent מירדי ita uti nunc habetur punctatum vocalibus voci מירדי convenientibus, quid opus habuissent ipsam substituere? sensus æquè (si non meliùs) fluit legendo *Miyorede, à descendentibus*, ut præter jam laudatos Interpretes, ipsum etiam *Kimchium* consulenti, aliáque Psalmorum loca in quibus mentio fit יורדי בור *descen-*

è quo-

è quorum numero se magna Dei gratia exemptum hic gratus agnoscit, perspicuum fiet. Quòd si in aliis exemplaribus (ut vult *venarius*) מירדי reperissent & absque punctis vocalibus. quid ni *Mi joredè* eliso *Vau cholem* nihil impediente Analogiâ, legissent præsertim aliis illis in quibus ו expressum ita monentibus: quin etiam si מיורדי *Mijorede* suis (quas volunt) vocalibus insignitum in iis, quæ ipsum legunt, reperissent, illas sine necessitate abjicere, ut peregrinas, infinitivi (ut aiunt) proprias, eorum loco adderent, haud ausi unquam fuissent. Eadem ferè ratio est & aliorum in quibus ו *Kamets* postponitur, e. g. יוסף *Yausaph*, 1 *Sam* XXVII. ubi *Keri* est יסף *Yasaph*: יוכלו *Yaucelu Jos.* XV. 63. ubi legi jubent *Yacelu* & מלושני *Melausheni*, *Psal.* CI. 5. legunt מלשני *Melasheni*, ut & *Patach*, veluti הושר *Haushar*, Ps. V. 9. ubi legunt הישר *Haishar*. in his atque ejusmodi aliis quid necesse fuit consonas mutare nisi vocales quæ iis minus quadrare videbantur, adscriptas reperissent? legere enim poterant sensu æquè commodo ac favente Grammaticâ iisdem literis per vocales tantum diversas prolatis, *Yoseph*, *Yucelu*, *Meloskeni*, *Hosher*. si vocales pro arbitrio suo addendas habuissent, quid opus fuisset ejusmodi apponere ob quas consonæ essent mutandæ? Eas invenisse videntur quas loco movere non ausi, literas quibus eas magis convenire judicarent in margine adscriberent. Quam sententiam nostram non parum confirmant quæ de loco proximè laudato scribit. *C. V. Ludovicus de Dieu* in Grammatica linguarum Orientalium p. 284. ubi postquam primam radicalem *Jod* in conjug. *Hiphil.* mutari dixisset, apud *Hebræos* & *Chaldæos* in *Vau* quiescens, apud *Syros* autem in mobile per diphthongū *au*, addit *Syriasmum hunc redolent in. Hebraismo* הושר [*Haushar*] *Dirige*, *Psal. V.* 9. הוצא [*Hautze*] Educ *Gen* VIII. 16. *Ubi Masorethæ quidem notarunt pro* ו *legendum* י *nos autem scripturam retinendam putamus & rectam esse secundum formam Syriacam.* Tantus certè eorū quæ hoc modo cum ו (ut volunt) superfluo, vel cū vocali haud suâ connexo, scribuntur numerus est, ut non per errorē vel meram scribarū oscitantiam irrepsisse videantur, sed potius & formam & pronuntiationem illis notam fuisse, licèt jam ignotam. Et quid si pro otiosa aliquando habeatur litera ista, vel ad vocalem producendam, aut dilatandam facere, ut in lingua *Arabica* solet; ubi צלוה *oratio*, *Salaton* legitur, זכוה *Elemosyna*, *Zacaton*, חיוה *Vita*, *Hiyaton*: cum aliis id genus, in quibus

Psal. 28. 1. & 83. 5. & Psal. 22. 30. יורדי עפר v. & Is. 38. 18. & Ezec. 26. 6. &c.

* Ut & alibi fact. Ps. 115. 16. & 143. 7. Ezek. 52. 29.

bus nullus literæ ו sonus auditur, sed א tantum quiescentis officio fu gitur, unde & indifferenter scribi possunt חאה צראיה &c. Ac quis neget ut *Chaldaismos* & *Syrismos*, ita multos occurrere in textu sacro *Arabismos*, imò & à gentium vicinarum commercio acceptas loquendi formas, vel potius ipsius *Hebraismi* Idiotismos varios, aut dialectos pro loco um & temporum differentiis, non tantùm in verborum significatu, sed & formâ & prolatione conspicuas? *Ephraimitæ* (testante Scriptura) *Shin* non pronuntiabant, sed per *Sin* ea efferebant quæ alii per *Shin*: *Galilæi* sermone suo prodebantur, *Matt.* XXVI. 73. ad *Samaritanorum* nempe & *Syrorum* idioma propiùs accedente (ut annotat *Grotius*) quam sermo *Hierosolymitanorum* observetur unà Spiritum Sanctum eorum quorum ore loquebatur, dialecto etiam usum videri, juxta regulam à *Maimonide* traditam in *Moreh*, lib II. c. 29. *Unumquemque Prophetam peculiare quid habere, & eâ linguâ, eâque loquendi ratione, quæ ipsi est familiaris & consueta, ipsum impelli à Prophetia sua, ad loquendum ei qui ipsum* [ita loquentem] *intelligit*. i. e. (uti è *Rabbinorum* ad librum istum Commentariis annotat Cl. V. *Joannes Buxtorfius* F.) *si propheta est Hebræus, impellit eum Prophetia ut loquatur Hebraicè, si Arabs, Arabicè &c. Si purum & ornatum sermonem vel stilum habet, eodem modo* Prophetiam *suum eloquitur, si minùs ornatum minùs ornate quoq;* Prophetiam *suam profert.* Si ergò *Ephraimita Ephraimiticè*, si *Galilæus Galilaicè*. Hinc, quamvis de ק *Keri* & *Cetib* ratione in alto historiæ antiquæ silentio, tantâque & tam incertâ varietate quæ magnam causarum atque originum varietatem arguit, adeo ut dubios hærere se fateantur literaturæ *Hebraicæ* peritissimi, nihil habeamus quod statuere possimus, conjectari tamen absque temeritatis notâ liceat, hinc lectionum istarum non paucas ortum traxisse, quòd cùm ea quæ scriberentur dialecti forsan rudioris, aut formæ quæ minus jam in usu, esse viderentur, הסופרים, seu *Scribæ* qui codicibus emendatè describendis præerant, formam puriorem, & usitatiorem, vel Grammaticis canonibus magis stabilitam è regione adscripserint, ac per eam efferri voluerint, quod tamen pro immutatione vel innovatione haberi non mereretur, ut si quod Propheta quis *Ephraimi* stirpe ortus, שבלת *Sibboleth* scripsisset, Scriba quis *Hierosolymitanus* *Shibboleth* per *Shin* efferri jussisset, haud aliud quid scripsisse, vel textum corrupisse dicendus esset.

v. Buxt. vindic. p. 498. &c.

Idiotismos

Idiotismorum istorum, nec pauca, nec obscura uti diximus vestigia in vicinis *Syrorum* & *Arabum* dialectis remanent. Quæ *Syra* vel *Chaldaica* suggerit, passim in Grammaticis, Lexicis, & Commentariis, à doctis annotata sunt, atque eorum observatione simul tollitur omnis quæ ab ' in secunda persona verborum fœm: latente, oritur, difficultas. Asserit *Cappellus* videri *Syros* illud habere à forma illa *Hebræorum* minus jam usitatâ, Quod etiam *Vau* sæpissimè apud *Chaldæos* redundante & otioso tam in medio quam principio dictionum, ut cum scribunt וילון *Vilavan Vela*, *Vau* utroq; loco superfluo &c. dici forsan possit; idque magis quòd istiusmodi exempla apud *Hebræos Chaldæorum* dialectum suis exprimentes literis, & sonis, non apud *Syros* suo more loquentes & scribentes occurrunt. Si eodem modo & *Arabismi* annotentur, non paucæ tollentur quæ ex anomala, ut jam videtur, literarum transpositione, literarum אוי quiete, otio, redundantiâ defectu aut usu promiscuo quæ in lingua ista notissima, aliisque causis oriuntur. את *Atta* Tu M quoties sine ה scribitur ut anomalum notatur. dicunt semper *Arabes* אנת *Anta*, (*nun* enim non elidunt.) In הממותים 2 Reg. xi. 2. ו loco non suo positum observant pro המומתים At *Arabes* utrique ם illud postponentes in con. secunda ממותין dicerent in 4ta ממאתין In המאוית eodem c. v. 4. & 9. literam ' redundare dicunt, at *Arabes* ipsam otiosam retinentes מאיה scribunt, החטי c. xiii 6. quod החטיא cum א legendum monent, conferri potest cum *Arabum* forma אחטי ibid. v. 17. ויר per Apocopen legi videtur pro ויורה (quanquam hoc non pro *Keri* annotatur,) causa istius Apocopes forsan non male peti potestè lingua *Arabica*, ubi Imperativum præcedens futuro Apocopen inducit. Hæc quod uno intuitu sub oculos librum 2 *Regum* inspicienti caderent annotavi, qui id operæ pretium duxerit meliora, seu magis apposita facilè addet. Ubique obvia habebit istiusmodi formas, quas *Arabismos* dicimus, non tam quod *Judæi* antiquiores eas ab *Arabibus* mutuati sint, quam quod (uti de *Syrorum* usu literæ ' affirmâsse *Cappellum* vidimus) *Hebraismi* antiqui dialectos vel formas aliquas, quarum exempla jam minus usitata ubi in Scripturis occurrunt pro anomalis habentur, nobis exhibeat lingua illa quæ parentem suam in multis refert, & quam latè olim patuerit ostendit. Hæc certè quod de lingua *Hebraica* diximus, haud à vero alienum probabitur aliarum linguarū

Targ. Jonath. Ex. xxvii. 9.

Sic & מורת c. xiv. 6. *confer-ratur cum Fut. 2, & 4. Conjug. Arab.*

exemplo, si quis loquendi, pronuntiandi, & scribendi formas antiquas cum novis, vel diversarum τῶν ὁμογλώσσων provinciarum dialectos inter se conferat, ubi non minorem in vocalium & diphthongorum vi & sono, & promiscuo sæpe usu, ac literarum transpositione, otio (ut loquuntur, dum scriptæ haud pronuntiantur) & mutatione, varietatem reperiet, quam variantes istæ linguæ *Hebraicæ* indicant, nec si quis ubi tale quid occurrit, aliam in margine, ac magis forsan nunc temporis in usu scribendi vel proferendi formam annotaverit, quid immutâsse vel corruptum aut corrigendum indicâsse, re eodem recidente, sensúque inviolato manente, censebitur. Quamvis igitur voces quædam juxta regulas quæ apud Grammaticos recentiores obtinent anomalæ videantur, ne tamen pro erroribus statim habeantur, atque è textu ut erroneæ ablim inentur, suadet & ab immedicabili *Hebraismi* antiquioris ignorantia, & à vicinarum, quæ quicquid ferè habent linguæ isti primævæ debent, usu petita ratio. De iis quæ sæpiùs occurrunt, quo in genere est illa quæ digressionis istius ansam præbuit, liberè pronuntiat non uno loco D. V. *Ludovicus Cappellus* qui variarum lectionum faventior habetur, ob illas potius ampliandas esse regulas, aut exceptionibus suis limitandas, quam eas ob regulas (ad alia exempla conformatas) expungendas. videsis ipsum p. 122. & 128. ubi hæc habet verba, "Quid ni possit regula illa non esse universalis, & admittere suas "exceptiones, cujus exceptionis illæ voces, aliæque his similes exem-"pla esse videntur? Itaque malim ex ejusmodi vocibus extruere ex-"ceptionem regulæ, quam ob regulam expungere sine necessitate "literam *vau* in vocibus illis, &c. nec non 137, 143, &c. Imo si vel semel occurrat quid regulis istis minus consonum nè tamen vel ipsum temere ac nisi gravi de causa, mutetur sive quoad literas consonas sive puncta vocalia, monebit tum aliqua antiquitati debita reverentia, tum res periculosæ plena aleæ & in qua haud nimium conjecturis indulgendum. Si igitur quis, fasque deque habitis (quibus jam insignita reperitur vox ista) vocalibus legi velit מיורדי in *Cetib*, *Miyorede*, quare non & alii eâdem licentiâ τὸ *Keri* מירדי vocalibus nudatum eodem modo efferant? quid impedit? sin ùti jam in textu habetur relinquatur; מיורדי *Miyauredi* olim pro plurali τοῦ *Benoni* habitum, pari ratione ac מירדי pro infinitivo, videri possit. ἐπέχω.

ADDENDA ad Cap. IV.

1 *Cor.* XV. 55. ποῦ σοῦ θάνατε τὸ κέντρον; ποῦ σοῦ ᾅδη, τὸ νῖκος. ex *Hose.* XIII. 14. ubi LXX habent ποῦ ἡ δίκη σου θάνατε; ποῦ τὸ κέντρον σου, ᾅδη; at in Hebr. אהי דבריך מות אהי קטבך שאול quæ vulgo reddi solent, *Ero pestis tua O mors, ero excidium tuum O sepulchrum.* Videntur ergò tam Apostolus quam *LXX* legisse non אהי *Ebi*, sed איה *Aieh.* At cur ita statuendum, cùm & olim אהי idem sonare visum sit ac איה, nempe, Ubi? testis est Paraphrastes *Chaldæus* qui ejusdem capitis v. 10. אהי מלכך vertit אן מלכך *Ubi Rex tuus?* non, *ero rex tuus*, ut jam vulgo fieri solet. hoc annotans *Rabbi Salomo* addit ואני אומר איני צריך לעקרו ממשמעתו *At ego dico non necesse me habere illud ab eo quod sonare videtur mutare:* quasi ipse primus fuerit qui illud per *Ero* reddi posse viderit; ipsum secutum esse R. *Davidem*, qui ne quid quod *Christianis* favere videtur gratis concedatur cavere solet, non est mirum: at cur eorum authoritatem, illi antiquiorum præferamus? Saltem ita in confesso est, eo modo ab antiquis intellectum eo versu quo in hoc ab Apostolo citatur, verbum illud. Quod si v. 10 ita sonet verbum, quid ni & v. 14. idem sonare possit? atque idem certè utrobique valere testantur Rabbini nihilo cæteris inferiores *Ebn Jannabius* & *Tanchumius*, quorum ille אהי מלכך אפו הו מקלוב איה ומתלה אהי דבריך מות אהי קטבך שאול *Ebi* in *Ebi Malceca epo*, idem est transpositis literis ac *Ayeh*, i. e. *Ubi*) & similiter, in *Ebi Debareca &c.* hic verò אהי מלכך במעני איה מלכך וקיל מקלוב מנה ומתלה אהי דבריך מות אהי קטבך שאול *Ebi Rex tuus*, eodem signi-

catu eſt ac *Ayeh* [אי׳ה] *& dicitur ab eo per transpoſitionem literarum factum; & ſimile eſt illi*, Ehi Debareca Mavet, Ehi &c. *Ubi peſtis tua, mors, ubi perditio tua, infernum?*

Hoſ. XIX. 3. פרים שפתינו *Vitulos labiorum noſtrorum*, huc reſpiciens B. Apoſtolus *Hebr.* XIII. 15 & LXX ſecutus habet καρπὸν χειλέων. legiſſe putantur פרי pro פרים Quære autem an non καρπὸς idem hic valere poſſit ac κάρπωμα & κάρπωσις quæ pro Holocauſto vel oblatione à LXX uſurpantur, quæ cum è juvencis plerunque fierent, ideo factum ſit, ut פרים voce iſta expreſſum fuerit, vel ſaltem eadem ratione exprimi poſſit? Cur *LXX* holocauſtum κάρπωμα vocent ſi quis rationem quærat, non eſt mihi in promptu reddere. Hoc interim mihi in mentem revocat dictum quoddam Rabbinorum quo העולות Holocauſta quædam vocant קיץ למזבח καρπὸν ſeu fructum æſtivum altaris. Quod num ad ea quæ diximus illuſtranda faciat, perpendat lector. Id quo melius faciat, appellationis iſtius rationem ipſorum verbis accipiat. In *Miſhnaioth* ergo, ſeu textu *Talmudico* tract. *Shekalim* c. 4 § 4. aſſeritur Incrementum & Reſiduum ſeparationis ærarii, ſcil. ſiclorum, ſeu pecuniarum ibi repoſitarum in uſum templi, cedere לקיץ המזבח *Lekaits Cammizbeak, in fructum æſtivum altari, &c.* quæ explicans *Maimonides* וקיץ אסם אלציף ופאכהה
אלציף אעני אלתין ואלענב אלתי תנשר ותיבס יאבלהא אלנאס
כתיר זאיר עלי טעאמהם פתסמאת אלקרבין אלתי תקרב על
גבי המזבח זאיר עלי אלמפרוץ קיץ המזבח והי כלהא עולות
פחית מא תסמע קיץ המזבח אנמא אלגרץ אן שתרי בדלך
אלמאל בהאימא ותקרב עולות נדבה והי משל צבור
Kaits (inquit) *nomen eſt æſtatis, necnon fructuum qui expoſiti ſiccantur*

ſiccantur ac ab hominibus ſæpius comeduntur ut auctarium conviviorum ſuorum [ſeu in menſa ſecunda.] *Appellantur ergò oblationes quæ ſuper altare efferuntur ultra res lege præſcriptas.* Kaits, i. e. *Fructus æſtivus altaris, ſuntq; ea omnes holocauſta. Ubicunque igitur audieris dici* קיץ *Fructus æſtivus altaris, ſenſus eſt, emendas eſſe pecuniâ iſtâ beſtias, quæ in oblationis ſpontaneæ holocauſta offerantur: ſúntque ex iis quæ totius ſunt cœtus.* R. *Obadiah Mibbartenora* ad eadem verba כשמזבח בטל מביאים מהן עולות כמו שדרך בני אדם להעלות מיני מתיקה על השלחן בגמר סעודתם כך אחר שנמרו להביא חובת היום מביאים עולות חללו כשאין נדרים ונדבות והמזבח בטל *Cum vacat altare, afferunt ex ipſis* [pecuniis ſcil. reliquis] *holocauſta, ſicut mos eſt hominibus, menſæ varia bellaria, finito convivio, apponere: ita poſtquam finem fecerint offerendi debita* [cujuſvis] *diei* [ſacrificia] *offerunt holocauſta illa cum non* [fuerint] *vota aut ſpontaneæ oblationes, & vacet altare.* *Maimonides* rurſus in *Yad, Shekal.* c. ult. § 9. eâdem de re agens, ſtatutum à conſiſtorio dicit, de omnibus reſiduis iſtis, שיקרבו עולות בהמה *ut in holocauſta ex beſtiis offerantur*, non autem ex volucribus, cùm in oblationibus totius cœtus volucres locum non habeant. ואלו העולות הבאין ממותר השקלים הם הנקראים קיץ למזבח *at iſta holocauſta quæ reſiduo ſiclorum parantur, ſunt quæ* Fructus æſtivus *altaris appellantur.* quam etiam expoſitionem affert R. *Tanchum*, addítque ותקריבהא על׳ אלמזבח יקאל ענהא מקיצין את המזבח *& cum ea in altari obtulerint, dicuntur fructus altari appoſuiſſe.* vid. & *Aruch.*

Act.

Act. VIII. 33. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη sumptum ex *Is.* LIII 8. ubi in textu *Hebraico* hodiè legitur, מעצר וממשפט לקח quæ reddunt, *De angustia & de judicio sublatus est.* Lectum igitur olim volunt è doctis non pauci בעצרו לקח משפטו *In angustia ipsius sublatum est judicium ipsius*. Quære an non commode reddi possint *Hebraica* prout nunc habentur? *Præ afflictione*, vel *propter afflictionem etiam à judicio sublatus est*. Sic omnia optime convenient etiam non variatâ lectione. imò vel si ut vulgo solet, reddatur, sensus etiam ita fluet, Cùm afflictus admodum esset, vel angustiatus, & judicio oppressus, sublatus, i. liberatus est ab afflictione & judicio isto. quid enim aliud sonat, *Cùm humiliatus vel oppressus esset, ablatum est ejus judicium*, quo ad talia ferenda destinatus fuerat, vel sublata ejus pœna? Idem valet, sive ipse à judicio vel pœnâ ablatus, liberatus, ereptus dicatur, sive judicium, vel pœna ipsius ab ipso ablata.



CAP.

CAP. V.

Conferuntur inter ſe, Mat. xxiii. 27. *&* Luc xi. 44. *idem valere* τάφους κεκονιαμένους ἔξωθεν ὡραίους *ac* μνημεῖα ἄδηλα *probatur è more apud* Judæos *ſepulchra ne laterent ſignandi.*

IN ſuperioribus loca aliquot Veteris & Novi Teſtamenti inter ſe contulimus. Hoc caput duorum quæ in Novo occurrunt collationi, & diſcrepantiæ, quæ inter ea eſſe videtur, tollendæ, vel ſaltem alteri alterius ope illuſtrando dabitur. Illis inter ſe conciliandis linguæ *Arabicæ* uſus nobis commendatus eſt, his, diſciplinæ etiam *Rabbinicæ* ad difficultates in S. Scriptura occurrentes tollendas utilitas aliquatenùs demonſtrabitur: quem in finem & hunc diſſertationi huic locum tribuimus, cùm aliter ad ea ſpectet quæ ad præfationem in *Seder Tahoroth* dicenda eſſent. Loca quæ innuimus, ſunt *Mat.* xxiii. 27. & *Luc.* xi. 44. quorum ille ita ſe habet, Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ, quoniam aſſimiles eſtis ſepulcbris dealbatis, quæ extrà quidem apparent ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum omnique immunditiâ,* Hic verò ſic, Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἐστὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ περιπατοῦντες ἐπάνω οὐκ οἴδασιν. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ, quia eſtis ut monumenta quæ non apparent, & homines ambulan-*

tes supra nesciunt. Aliud ſonare videntur ſepulchra κεκονιαμένα, dealbata, adeóque omnibus conſpicua atque apparentia, quibus apud *Matthæum* aſſimilantur Hypocritæ, aliud μνημεῖα ἄδηλα, *monumenta quæ non apparent*, quibus apud *Lucam*: idcóque diverſis ad eundem finem, ſcil: inſignem *Scribarum* & *Phariſæorum* hypocriſin denotandam comparationibus uſus viris doctis videtur *Chriſtus*. Inde illuſtriſſimus *Grotius* ad *Luc.* XI. 44 hæc habet, *Apud Mat. eſt alia comparatio à monumentis ſumpta idem ſignificans. Fieri poteſt ut modo hanc, modo illam Chriſtus uſurpaverit.* Quod tamen an hîc fecerit quærere liceat, & annon potiùs una eadémque ſit comparatio, idémque prorſus verbis iſtis, κεκονιαμένοις & ὡραῖοι, apud alterum Evangeliſtarum quod voce ἄδηλα, apud alterum quamvis inter ſe primâ fronte diverſiſſimis indigitetur: quod ut manifeſtum fiat, ad ea quæ in *Judæorum* libris de munditie & immunditie traduntur recurrendum, eſt atque ille imprimis mos obſervandus quo ſepulchrorum immunditiei quæ בוקעת ועולה בוקעת ויורדת *perrumpens & aſcendens, perrumpens & deſcendens*, i. ſurſum atque deorſum ſe diffundens obambulantes pollueret, aliiſque quæ inde ſequerentur incommodis obviam ibant. Sepulchra enim polluendi vim ex ipſius legis *Moſaicæ* inſtituto habebant, *Num.* XIX. 16. וכל אשר יגע על פני השדה בחלל חרב או במת או בעצם אדם או בקבר יטמא שבעת ימים

Quicunque tetigerit in ſuperficie agri occiſum gladio, aut mortuum, aut os hominis, aut ſepulchrum, immundus erit ſeptem diebus. Quæ explicans traditio ſic habet, הקבר כל זמן שהטומאה בתוכו מטמא במגע ובאהל כמת דין תורה שנאמר או במת או בעצם אדם או בקבר ואחר הנוגע בגגו של קברו או בכותלו. *Sepulchrum quamdiu in ipſo incluſa fuerit immunditie,*

Yad. Hal. Tumath. Met. c. 2. §. 15.

immunditiem, polluit tactu & ratione tabernaculi [seu obumbratione] *sicut mortuus, secundū sententiā legis* [seu de cujus immunditie statuit lex,] *sicut dictum est, Num.* XIX. 16. Si tetigerit mortuum vel os hominis, vel sepulchrum. *Perinde autem est sive tetigerit tectum sepulchri, sive parietes ipsius.* His ut caverent, sepultis plerumque (ut videtur) cippos extruebant, quos נפשות appellabant. ita colligimus ex iis quæ passim in *Rabbinorum* scriptis occurrunt. *Maimonides* in suis ad *Misnaioth* commentariis, *Oholoth* c. VII. §. 1. hæc habet, נפש הו אלבניאן אלדי יבני עלי אלקבר מרתפעא עלי סטח אלארץ ואסמה ענדנא משהור שוכה אלקבר Nefesh *structura est quæ sepulchro superstruitur elata super terra superficiem, quæ apud nos vulgò* Shaucato'lkabri *appellatur.* In ipso *Mishnaioth* textu *Shekalim* cap. 2. 5. ר' נתן אומר מותר המת בונין לו נפש על גבי קברו R. *Nathan dicit, Eo quòd reliquum est mortuo* (scil. è nummis ad ipsum sepeliendum collectis) *extruunt illi* Nefesh *super sepulchrum ipsius.* ad quem etiam locum *Maimonides* *Nefesh* eodem quo vidimus, modo explicans addit (vel saltem qui ipsum in linguam *Hebraicam* transtulit) והוא נקרא ציון בלשון הקדש *Idémque in lingua Sancta vocatur Tsiun,* in testimonium adducens *Ezek.* XXXIX. 15. locum ad illud de quo agimus satis appositum, imò præcipuum traditionum quæ à nobis laudandæ, fundamentum, ועברו העוברים בארץ וראה עצם אדם ובנה אצלו ציון עד קברו אותו המקברים *Et circuibunt peragrantes terram, cúmque viderint os hominis statuent juxta illud* [Tsiun] *titulum, donec sepeliant illud pollinctores.* LXX σημεῖον: *Syr.* נציא על גבה צויא *statuet juxta illud Tsvoyo,* quod est explicante *Bar Ali, signum è lapidibus.* Unde confirmatur *Ebn Jannabii* sententia qui nominis ציון thema statuit ציה, non ut alii צין, authoritate linguæ *Arabicæ* motus, quòd in illa idem vocetur צוה

Idiomate. scil. Ægypt. sic Interpres Heb.

Sawab à themate صوا, accedente linguæ etiam *Syriacæ* testimonio, quamvis alias ציון affinitatem habere posset cum *Arabum* صون *Sana* quod est custodire, vel صوان *Sawan*, quod lapidis durioris genus qui forsan ad hunc usum frequenter adhiberi solitus. Ita & R. *Tanchum* locum istum explicans ציון dicit esse صوة *quod est* (inquit) حجر يجعل على القبر او في الطريق علامة *lapis vel super sepulchrum, vel in via positus in signum*. ita ad *Jerem.* XXXI. ציונים (inquit) *dicuntur* علامات على الطرق وكذلك البنا يجعل على القبر علامة له يسمى ציון מה הציון הלז وكذلك يقول الاوايل ציון לבית הקברות اي علامة وحاجز تمتنع الناس العبور للقبر *Signa viis apposita. atque ita structura sepulchro imposita in signum appellatur Tsiun, ut ubi dicitur,* Quod est [*Tsiun*]
2 Reg. 23. 17. signum istud? *atq; ita dicunt Majores, Tsiun juxta locum sepulchrorum,* i. e. *signum seu septum quo impediantur homines ne per sepulchra transeant.* Locus in testimonium è textu allatus est 2 *Reg.* XXIII. 17. ad quem etiam nomen illud explicans dicit esse الحاجز الداير بالقبر ليبعد عنه من يخشى טומאה وكذلك הציבי לך ציונים وقيل حجر كبير او بناية على القبر يكون رسم وعلامة *Septum sepulchro circumdatum ut elongetur ab ipso qui immunditiem cavet, atque ita dicitur,* Statue tibi Tsiunim, *vel juxta alios, Lapidem magnum aut ædificium super sepulchrum, ut sit in indicium & signum.* Ex his quæ adduximus constare videtur nomen *Hebraicum* ציון latioris

esse

eſſe ambitus quàm נפש *Rabbinorum*, cùm ſcil. ציון quodlibet ſignum ſepulchro appoſitum denotet, נפש propriè cippum eidem impoſitum. hanc differentiam innuere videtur alibi *Tanchumius* dum נפש explicans, illud, ait, eſſe البناية التي تبني علي قبر من فوق كي يعلم انه قبر ويبعد عنه *Ædificium extructum ſuper ſepulchrum quo dignoſcatur ſepulchrum eſſe, atque ab eo longiùs recedatur,* ציון autem حاجز كالسور يبنا حول المقابر ليلا تدوسها عبار الطريق *Septum inſtar muri circum ſepulchreta extructum ne ea concalcent qui per viam tranſeunt.* Quæ tamen haud ita puto intelligenda, ut vel ציון hujuſmodi tantùm ſeptum denotaret, (cùm ex ipſius verbis jam antea laudatis, tum ex iis quæ *Kimchius* ad *Ezek.* xxxix. anontat, ſcil. ציון eſſe מאבן אחרת או מאבנים מקובצים *vel è lapide uno, vel è pluribus congeſtis*, quodlibet ſignum ita appellari pateat) vel non ſub ambitu ſuo etiam נפש comprehendat, ſed ut hanc in communi *Rabbinorum* uſu inter hæc verba diffeientiam indicet, quâ ציון generaliùs ſigna illa quæ ſepulchris apponuntur, ac communiter pluribus ſimul circumdantur, denotat, נפש autem propriè (ut diximus) cippum, ab amicis mortui ipſius privatim ſepulchro impoſitum.. quod nec ſolum in immunditiei cautelam aliis, ſed mortui etiam memoriæ teſtandæ fieri ſolitum videtur. quod teſtatur, celebre illud è *Talmude Hieroſolymitano Shekal. cap.* 2. אין עושין נפשות לצדיקים דבריהם הם זכרונם *Non faciunt* Nefaſhoth [monumenta] *juſtis, verba ipſorum ipſis memoriam conſervant.* Ac tale viſum eſt R. *Davidi* fuiſſe ציון iſtud 2 *Reg.* xxiii, 17. ſcil. illuſtre aliquod monumentum ac inter

cætera,

cætera conſpicuum, Prophetæ Dei alterius iſtius à quo ſeductus fuerat juſſu ac ſibi una erectū, eo conſilio ne idem oſſibus ipſius contingeret, quod aliis minatus fuerat ille, futurum ſc. ut cremarentur, cum haud dubium ipſi eſſet, quin nuntii à Deo miſſi oſſibus parceret Rex pius, ſigno hoc ubi quieſcerent monitus. alterum enim quod è *Midraſh* citat, (quodque pro vero amplexus videtur *R. Salomo*) illud quod Regi mirabundo hoc quærendi anſam præberet fuiſſe, quod ad hunc tumulum, ſecus ac juxta alios, ab altera parte urticas & carduos creſcere videret, ab altera myrtum ac herbas odoriferas, quod in eo ſcil. ſimul conditi eſſent Propheta verax, & mendax, joculare eſt. Obiter hic notare liceat hunc etiam vocis נפש (quam non ſolùm πολύσημον ſed & ἐναντιόσημον eſſe alibi notavimus) intellectum apud *Rabbinos* uſitatum; atque inde forſan monumento tributum quod illud mortuo novæ inſtar animæ ætatem prolonget, ac vivum in hominum memoriis conſervet, niſi à contrario potiùs ſignificatu *cadaveris* quod tegit, cujuſque indicium eſt, nomen ſortitum putemus. Jam ne fruſtra hæc ac ſine ullo operæ pretio ad dictionum iſtarum ſignificatus eruendos congeſſiſſe videamur, conſtare ſimul arbitror nullum apud *Judæos* ſepulchrum abſque ſigno aliquo, ſive ציון ſive נפש ultro relictum. Hoc enim tum perpetuum ferè immunditiei contrahendæ religioſioribus metum, tum damnum inſuper illis manifeſtum intuliſſet. In eundem enim redacta fuiſſet ſtatum illa quam *Sanctam* vocitarunt, cum profanis gentium terris quæ ex præſcripto Magiſtrorum pro immundis habentur, juxta illud כל ארצות העמים עפרם מטמא במגע ובמשא *Omnis gentium terra pulvis contactu & geſtatu polluit.* adeo ut qui eam calceet, imò vel in

Miſn. Ohol. c. 2. & Yad. Tum. Met. c. 2. & v. ſup. p. 238.

in aerem ipsius caput & majorem partem corporis sui immittat, immundus evadat, ut videre est. *Oholoth*, c. ult. §. 6. & *Maimonidis* ad locum istum commentariis: causa est quòd cum illi minùs de rebus istis solliciti sint, officula quædam vel mortuorum particulæ pulvere ipsius misceantur. Eandémque ob causam etiam in terra *Israëlitica* ager quilibet in quo aratro effossum fuerit sepulchrum, ac officula mortui dispersa & deperdita, pulvere suo vel contacto vel gestato polluit, scil. ne forsan illo commistus fuerit עצם כשעורה *os aliquod quod magnitudine granum hordei aquet*: eodemque se modo habet ager in quo deperditum fuerit sepulchrum, etiamsi non effossum, iisdémque vel gravioribus legibus obnoxium est. Adeo ut nisi his seduló occursum fuisset, non fuisset quo se verterent sanctimoniæ abundantioris studiosi, nec habuissent quo se ab omni immunditie subtrahendo *Pharisaorum* nomen mererentur. Haud opus fuisset illis occinere illud Poëtæ

Yad. Tum. Met. c. 2. 16.

ib. cap. 8. 1. & Misn. Ohol. c. 18. §. 3.

خفف الوطي ما اظن اديم   الارض الا من هذه الاجساد

وقبيح بنا وان قدم العهد   هوان الابا والاجداد

سر ان اسطعت في الهوا رويدا.   لا اختيالا على رقاب العباد

Molliter incede, non enim credo superficiem terra [ex alio constare] *quam istis corporibus.*

Et turpe nobis est, etsi pridem fluxerit tempus, Contemptui [habere] *patres & avos.*

Incede igitur, si potes, in aere leniter, Non fastuosè super colla * *servorum* [Dei.]

* i. hominum.

Certè

Certè haud solû reverentiâ mortuorum ducti, sed pollutionis metu, quocúnq; ivissent, gradu trepido ac in aëre quantum potuissent suspenso incessissent, imò nec hoc suffecisset, cum vel aer ipse sepulchro superimpendens transeuntes polluisset. His ergò, atque hujusmodi malis, dum cippis & signis quæ diximus sepulchra notabant, quantâ fieri maximâ potuit diligentiâ obviam ibant. Hinc sancitum ut כל המוצא קבר או מת או רבר שמטמא באהל מן המת חייב לציין עליו כרי שלא יהיה תקלה לאחרים *Si quis invenerit sepulchrum vel mortuum, aut de mortuo quicquid ratione tabernaculi polluit, tenetur signum juxta ipsum statuere, ne sit in offendiculum aliis.* Quamvis enim sedulò caverent ne sepulchrum aliquod signi indicio careret, fieri tamen potuit ut casu aliquo, aut temporis injuriâ ejus vestigia obscuriora redderentur vel & penitùs delerentur, ideoq; unicuiq; incumbere voluerunt ut quoties occurreret quod vel sibi vel aliis scandalo esse posset illud è medio tollendum curaret. At nec hoc contenti ipse Senatus rem tanti momenti sibi curandam duxerunt, ideóque statis temporibus, scil. בחולי של מוער (ut distinctè *Maimonides*) *Diebus* * *profestis solennitatis*, היו יוצאין מבית רין לציין על הקברות *prodibant è domo judicii ad signanda sepulchra. Yad. Tum. Met.* cap. VIII. §. 9. i. e. explicante eodem ad *Shekalim* I, §. I. ان تفتقد فيما وجد قد اتلفتها الما اعني اتلف الشوكة المبنية عليها بعلم وتجبر حتي يكون مكان הטומאה معلوم ويعزل הכהנים *ad invisenda sepulchra, ut ubi diruisset ea aqua, viz. signa ipsis imposita, signarentur ac reficerentur quo dignosceretur locus immunditiei atque ab eo diverterent*

כל השדה כולה המאהיל עליה נטמא
Yad. ibid.

Yad. Tum. Met. c. 8. 9.

* i. Intermediis.

Misn. Moed. katan. c. I. §. 2. & Shekal. c. I. §. I. & Yad. Tum. Met. c. 8. §. 9.

verterent Sacerdotes. At *R. Obadiah* ad *Moed Katan* c. 1. §. 2. generaliùs in ſignum כדרכים להולכי *viatoribus*, ſeu illac prætereuntibus ne per locum pollutum tranſirent. Idem *R. Obadiah* ad *Shekal:* ait quod ſigna à pluvia ſæpiùs delerentur, ideoque opus fuiſſe לחזור ולציינו *rurſum ea ſignare.* Quænam autem ſepulchra, ac quo modo ea ſignarent, cùm maximè ad ſcopum noſtrum pertineat, ſupereſt ut quæramus. Quorum primum etiam è præcedentibus manifeſtum; jam enim audivimus è *Maimonide* ea quorum dirutum vel quoviſmodo abolitum fuerat ſignum quo à prætereuntibus dignoſci debuerant: addimus ex eodem אין מציינין על הוראות שהרי הן ידועין לכל אלא על הספיקות כגון שדה שאבד בה קבר והסככות והפרעות *Non ſignabant manifeſta, cum illa omnibus nota ſint, ſed dubia, veluti agrum in quo deperditum fuerat ſepulchrum, & [loca] operta, atque etiam aperta, ſeu tecto carentia.* Quod ad modum quo ea ſignabant, (nam hîc latior quem vidimus τῷ ציון ſignificatus ad peculiarem quam obſervabant ſignandi rationem reſtringendus eſt) diſcimus è *Miſna, Maaſar ſheni*, cap. v. §. 1. affuſâ calce, id facere ſolitos. כרם רבעי מציינין אותו בקוזזות אדמה ושל ערלה בחרסית ושל קברות בסיר וממחה ושופך *Vineam anni quarti ſignant glebis terræ, præputiatam teſtâ, [loca] ſepulchrorum calce, quam aquâ maceratam effundit.* Ad quæ verba *Rambam* יעני אן ציון הקבורות יכון באלגיר כאן יחל אלגיר פי אלמא ויצב עלי מוצע אלקבר ליעלם אן דלך אלמוצע טמא ויעזלון מנה אלכהנים *Innuit ſignata fuiſſe ſepulchra calce. Macerabat [quis] calcem aquâ, deinde effundebat ſuper locum ſepulchri quo dignoſceretur locum iſtum immundum eſſe, atque ab eo ſecederent*

v. & Caph. Nachat. ad Moed Kat. Et v. ad Maaſhar Sheni c. 5. §. 1.

v. Gemar. Moed. Kat. c. 1. f. 5.

 ſacer-

ſacerdotes Iis enim præcipuè cavendum erat ne pollueren-tur, adeoq; ne ad immundum aliquid propiùs accederent. Hinc in *Yad. Tum. Met:* cap. 8. ובמה מציינין בסיד ממחה ושופך על מקום הטומאה אין מעמידין את הציון על גבי הטומאה אלא יהי עודף מכאן ומכאן בצידי הטומאה. שלא להפסיד את הטהרות ואין מרחיקין את הציון ממקום הטומאה שלא להפסיד את ארץ ישראל *Quâ autem re ſignant* [ſepulchra ?] *Calce, quam aqua maceratam effundit in locum immunditiei. Non autem ſtatuit ſignum* [præciſè] *ſuper immunditiem, ſed ita ut utrinque promineat ad latera immunditiei, ne corrumpantur munda,* [acceſſu propiore] *neque longè, ab ejus loco ipſum ſtatuunt, ne perdat terram Iſraeliticam* [ne inutile plus ejus quàm opus eſt reddat.] Quare autem calce ? חיור כעצמות כרי. שלא ילכו אוכלי תרומה *quod ipſa alba ſit inſtar oſſiũ quã ergò videntes qui Teruma comedunt eò non accederent*, teſte *Raſhi* ad *Gemar. Moed. kat.* c. 1. f. 5. ut & *R. Obadiah ad Maaſar ſheni* c. 5. § 1. Ex his ſatis liquere arbitror quinam ſint τάφοι κεκονιαμένοι, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, apud *Matthæum* & τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, apud *Lucam*, quibus inſignem *Scribarum* & *Phariſæorum* hypocriſin perſtringens *Chriſtus* ipſos aſſimilat; Eadem nempe ſepulchra, quæ quod ἄδηλα eſſent, utpote gramine & herbâ obducta, adeoque ὡραῖα, ſeu ſpecioſa hominibus apparerent, adeo ut iis inambulantes incauti pollucrentur, κονίᾳ ſeu calce aquâ temperatâ pro more ſignabantur: non enim ideo quod κεκονιαμένα eſſent, ὡραῖα videbantur, ſed contra, quod ſpecioſa, herbis forſan virentibus tecta (ut ſolent ferè ſepulchra præ vicinis terræ partibus) atque veſtita, vel ſaltem à reliqua terra nihil ſpecie exteriori differentia, adeoque ἄδηλα nulla latentis immunditiei

munditiei notâ insignita, calce in cautelam notabantur. nec aliud, puto, apud *Christi* auditores sonabat τάφοι κεκονιαμένοι i. e. ad verbum קברות מסוידות *Sepulchra calce obducta*, quàm מצוינות בסיד *calce*, eum quem diximus in finem, *signata*, quæ ergò *Syrus* apposite reddit קברא מכלשא *Kabre mecalshe*, & *Arab.* القبور المكلسة *Alkobur Al-Mocballasah*, Sepulchra gypsata, gypso vel calce notata. *Hebræus* á *Munstero* editus מול בנות *dealbata*, eos secutus (puto) apud quos verbum illud reperit, quod ita intelligendum ut eodem cum cæteris tendat. Quod si quis dealbata atque opere albario incrustata ad ornatum putaverit, totam similitudinis vim mihi tollere videtur. Neque enim istiusmodi ornatus immunditiem sepulchri tolleret, sed omnibus manifestam redderet, & ne propius accederent admoneret, ut ulteriori cautela opus haud fuisset. ipse enim candor ossa mortuorũ in memoriam revocabat, seu potiùs ob oculos ponebat [ideoq; teste *R Obadiah* aqua macerabatur calx quo magis albesceret.] Jam verò *Christus* qui intimos cordium recessus perspectos habuit, tales depingit, qui exteriùs nihil nisi sanum & speciosum, nihil quod hominibus suspicionem moveret, instar sepulchri herbæ quâ tegitur grato oculis virore fallentis, præ se ferentes, pleni intus fraudis & versutiæ erant, quibus ne ulteriùs hominibus imponerent, hæc ejus redargutio κονίας, seu calcis in signũ affusæ instar erat, quæ non esse חוכם כברם quod intus celarent, sicut illud quod palam essent omnibus indicaret. Interim haud dubium verissimum esse quod asserit Illust. *Grotius* ad *Mat* xxiii. 27. *Comparationem albarii operis fuisse usitatam Judæis ad notandos mores personatos*, uti apparet ex *Pauli* verbis, *Act.* xxiii. 3. *Futurum est ut percutiat te Deus*, τοῖχε κεκονιαμένε, *paries dealbate*: sed idem

licet ſit verbum, locus & res ſubſtrata diſtinguendum monent: atque aliâ ratione epitheto iſto inſigniri parietem, aliâ ſepulchra, cùm ille ornatus & tegendi, quod minus oculis placeret, gratiâ dealbaretur, hæc in immunditiei obtectæ ſignum, & quod illic ad accedendum homines invitaret, hîc ab acceſſu procul arceret: nam hunc non tantum calcis ſepulchris ἀσήμοις in ſignum injectæ, ſed & נפשות cipporum qui honoris etiam cauſâ imponebantur, finem fuiſſe vidimus.

Ad p. 80. in marg. [*Intermediis*] ita *Rabbi Salomo Bar. R. Nathan*, חולו של מועד אעני וסט אלעיד וכוא פי דלך אלסוכה ואלפסח ואקול אן מקרא קדש ישתמל עלי איאם אלסוכה כלהא ואיאם אלפסח כלהא אלכאץ מנהא ואלעאם כמא ישתמל עלי באקי אלאעיאד ולכן קד אפהמתנא אל עלמא ז"ל אלפרוק אלתי בין ימים טובים אעני אואיל אלאעיאד ואואכרהא ובין וסטאניאתהא ולם יטלק עליהא אסם אלחול אלא באצ׳אפתהא אלי מא תקדמהא מן אואיל אלעיד ואואכרה ואלא פהי קדש באצ׳אפתהא אלי איאם אלחול אלמנורה יעני ששת ימי המעשה למא פיה תחרים אלתכסב ואלתגארה ואלתצרף ומא לא תדעו אלצרורה אליה פי אלעיד Tempus *profeſtum ſolennitatis*, i. e. *medium feſti*, *cujus reſpectu eodem modo ſe habent Feſtum Tabernaculorum & Paſcha*, &c. *Dico autem* (inquit) [*nomen*] Mikra Kodeſh [*Convocatio ſancta*] *comprehendere omnes tam feſti Tabernaculorum quam Paſchatis dies*, *tum ſelectos tum communes*, *ſicut & reliqua feſta*. *Docuerunt tamen nos eruditi differentias inter dies feſtos*, *viz. dies feſtorum primos atque ultimos*, *& intermedios*, *quibus non tribuitur nomen* Chol, [*profeſti*

[*profesti*] *nisi comparatis cum primis illis qui præcesserunt, & postremis: aliter enim sunt & ipsi sacri, si cum diebus profestis simpliciter sic dictis, scil. sex diebus operi dicatis, conferantur, ideo quòd in ipsis vetitum sit quæstui, mercaturæ & negotiationi operam dare, aliáve quæ in festo fieri haud postulat necessitas, perficere.* Constat ergò dies istos intercisos esse, mediæ inter festos & profestos naturæ, inter opera autem quæ in ipsis præstari licitè possint, recenset illud de quo loquimur, viz: ad, vel circum sepulchra ea extruere quæ impediant حتي لا يقربها احد فيتنجس *ne quis ad ea propiùs accedens polluatur.* Hinc constat quid in Evangelio intelligatur, cùm dicitur ἤδη δὲ μεσούσης τῆς ἑορτῆς *Io.* VII. 14. (quæ verba angustiùs reddidisse videtur Vulgat. Interpres qui vertit, *Jam autem die festo mediante*, ut & Cl. *Beza*, *Festo autem die jam dimidiato*; in versionis suæ edit. prima, cùm sonent, *medio autem jam festo*: viz. die quodam festi intermedio. quare & ipse in edit. post. *Festo autem illo jam medio.* additâ notâ, nomine ἑορτῆς totum octiduum intelligi, Et rursum, ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς ibid. 37. Qui plura de dierum istorum discrepantiis, & operibus quæ diebus intercisis istis licita vel illicita haberentur, scire desiderat, adeat & *Maimonidem* in *Yad* tract. *Yom Tob.* c. VI. §. 22. &, c. VII. § 1. &c. & § 11. &c.

CAP.

CAP. VI.

In quo variæ Judæorum de resurrectione mortuorum sententiæ expenduntur.

Pag. 157. *Quod ad resurrectionem mortuorum, est ea fundamentum è fundamentis Legis* Mosis, *quod si quis non credat, non est ipsi in Judæorum religione sors aut locus. Pertinet ea ad solos virtute præstantes, &c.* Et rursum, Pag. 177. *Fundamentum decimum tertium est, Resurrectio mortuorum, quam jam explicavimus.*

HIS verbis quid senserit de resurrectione mortuorum, vel saltem quantum de sententia sua proferre visum ipsi fuit, declarat *Maimonides*, in quibus tamen tantum abest ut suorum nonnullis satisfecerit, ut quod nemini sub omnimodæ ab *Israelis* sorte exclusionis pœna negare permissum asserit, ipse penitùs negâsse ab illis incusetur; resuscitatum scil. iri mortuos. Testatur ipse hoc in Epistola quadam Apologetica, hac de re conscripta, in qua quid ab adversariis sibi objectum fuerit, & quid ipse statuat fusiùs enarrare profitetur, in eadem tamen vix aliis quam hîc & in l. *Yad.* tract. *Teshubah*, seu de pœnitentia, c. 8. (ad quod annotat *HaRabad*, propè cum abesse ab iis qui corporum resurrectionem prorsus tollunt) verbis usus. Súntque ea re verâ דברים סתומים qualibus in rebus dubiis seu de quibus in varias partes à pluribus itur, loqui novit (teste authore *Keseph Mishna*) qui aliàs maximè omnium dilucidè, adeo ut num quod senserit totum

Verba obscura, seu indefinitè prolata.

totum protulerit forsan dubitet qui illud scire aveat. Ipsi *Abarbineli* qui ipsius partes sequitur plus à se hoc in articulo præstitum asserere quam præstiterit videtur Sic enim ille in suis ad *Pirke Ab.* c.4 commentariis. *Ecce*, inquit, *Doctor magnus in expositione* Mishnæ *dum articulos* [fidei] *recensens singulos ipsorum explicat.* שמר לפיו מחסום בעקר הזה *hoc in articulo ori suo capistrum imposuit, nihil aliud dicens quam* העיקר הי״ג הוא תחיית המתים זכבר ביארנו הוענו וסודותיו *Articulus* 13 *est resurrectio mortuorum, cujus intellectum & mysteria jam explicavimus. At nescio* (inquit) *ubi ipsum explicaverit: Ecce enim in libro* Madda [*scientia*] *in tract.* Yesude Hattorah, [*de fundamentis legis*] & Deoth, [*de variis hominum opinionibus,*] & Teshubah [*de pænitentia*] *ubi mentionem omnium articulorum facit, nec non de adventu Messia loquitur,* לא דבר מתחיית המתים כלל *nihil prorsus de Resurrectione mortuorum dixit; ut & in* Moreh Nevochim הסתיר פניו ממנו *ab eo faciem suam abscondit. Invenimus tantùm Epistolam ab illo de Resurrectione mortuorum conscriptam, in qua articulum istum confirmavit,* עם היות שבקצת שרשיה לא הסכימו עמו שאר החכמים *ita tamen ut in quibusdam ipsius fundamentis non consentiant cum ipso reliqui Doctores.* Hæc *Abarbinel*, qui tamén ab ipsius partibus stat contra *Nachmanidem*. Sciendum enim in hoc articulo dividi חכמי ישראל האחרונים לשתי דעות *Sapientes Israelis posteriores in duas sententias* (ut *Joseph Alb.* l.4.c.30.) sive classes, quarum altera ducem sequitur *Rambam*, seu *Mosen Maimonidem*, altera *Ramban* seu *Mosen Nachmanidem*, ita interim ut tot ferè invenias sententias, quot Doctores, licet sub eodem vexillo militantes, adeo ut si rem rectè perpenderis, haud aliud ferè reperias de quo pluribus eorum inter se convenisse asseras, quàm credendum & expectandum

In præfat. ad Is. ipsum locutū ait בקוצר גדול *brevitate nimiâ.*

expectandum

expectandum esse aliquid, quod Resurrectio audiat;de re ipsa singulis ferè diversa asserentibus, ac veterum dicta ad partes suas trahentibus. Non est autem nobis animus vel Veterum vel Recentiorum apud eos sententias omnes congerere, & historiam de iis quæ inter ipsos hâc de re intercedunt controversiis fusiorem pertexere, iisve me immiscere. Ne tamen intactas prorsus relinquam aut levi pede quasi res nihil ad nos spectantes præteream,hoc moveor, quod non sine manifesta in fidem *Christianam* injuriâ & frequentibus calumniis λογομαχίας istas inter se exercent, dum unamquamque sententiam, non quàm prope ad veritatem accedat, sed quàm longè à *Christianorum* dogmatis recedat, ad examen revocant, atque ideo vel amplectendam, vel abdicandam censent, uti ex iis quæ (dante Deo) dicturi sumus patebit. Non erit mihi interim aliqua contra ipsos disputatio instituenda, satis erit, ipsorum sententias & rationes nudè proponere, quo & in fumum abeant perversæ ipsorum calumniæ & veritas à nobis recepta suâ se simplicitate tueatur. Quæ hunc in finem dicenda erunt difficile erit ad ordinem reducere, quod tamen ut quantâ maximâ possumus perspicuitate præstemus, eam sequi methodum statuimus ad quam quæ ad articuli istius elucidationem pertinent, redigenda censuit *Abarbinel*, alios obscuritatis & confusionis redarguens. Quæ tamen ipsa si ἀμαθίας & ταυτολογίας incusetur, hoc nos excusabit quod ita tractari à nobis debuit negotium, ut nullam iis quibuscum res est, in ipsorum sententia referenda injuriam intulisse videamur, à qua culpa non melius nos immunes præstare possimus quam ipsorum & methodum & verba exhibendo. Tribus igitur ab *Abarbinele* in libris, de hoc articulo ex professo institutus videtur

videtur sermo, primò in libro cui titulum *Tsedik Olamim* imposuit, secundò in *Nachalat Aboth*, seu Commentariis quæ in *Pirke Aboth* scripsit, tertiò in eorum quæ in *Isaiam* commentatus est præfatione; primum istum librum nondum videre nobis contigit, & periisse videtur, ibi de iis fusiùs forsan egit, de quibus in secundo isto & tertio tractatu haud nimis compendiosè. Ex illis igitur depromenda erit ipsius sententia quam in utraque in 14. שרשים seu *Radices* (sic fibras minores ab eadem radice ortas vocat) divisam tradit, quem etiam & nos sequemur numerum, hoc solum nobis concedi postulantes, ut utrumque inter se conferre liceat, & si quid in tertio tractatu aliter, quam in secundo dicatur, illud ad ipsius capita prolixitatis vitandæ gratia reducamus. In singulis sectionibus primas tenebit *Abarbinelis* sententia fideliter exposita, deinde si opus fuerit quasi explicationis gratia quæ ab aliis traduntur, eo candore ut libros istos inspicientibus, nullius (uti spero) fraudis rei videamur. Nec omnes passim authores sectabimur, sed eos ferè, qui ab ipso *Abarbinele*, ut præcipuæ notæ & fidei inter eos qui hoc argumentum tractarunt, laudantur. Sunt illi *Rambam*, de quo quid sentiat jam vidimus, & *Ramban* quem magnâ industriâ pleraque veterum dicta hac de re congessisse testatur, insigni isto capite *Haggamul*, seu de retributione, in l. *Torat Adam*. ita tamen ut sit אופן חקירתו בלתי מסודרת *ratio disquisitionis ipsius methodi expers*, & nonnulla ab ipso tradita ejusmodi quæ in dubium vocentur; Et utroque antiquior *Haggaon*. *R. Saadia* in l. *Emunoth*, cujus licet propositum & conatum valde laudet, ait se tamen in ipso etiam reperisse בכ׳ה דברים perplexitatem magnam: deinde post hos *R. Chasdai*, & author l. *Ikkarim*, viz. *Josephus*

Albo diversas secuti partes, ita tamen ut ipse sibi viderit עת לעשות *tempus esse faciendi Domino*, atque hujus articuli veritatem declarandi. Ex his cum ad manus nostras non pervenerit *R. Chasdai*, ejus loco substituemus tractatum *R. Juda Zabarah* cui titulus מכתב תחייה *libellus de resurrectione* qui *Constantinopoli*, unà cum *Rabbi Mosis Maimonidis* Epistola, impressus est: quibus cùm & alios adjungere opus subinde erit, eâ cautione utemur, quam à *Judaeorum*, quos mihi nosse contigit, nemini vel doctrinâ vel ingenuitate secundo, *Jac. Romano* accepisse me memini, ut si quid ut à *Judais* dictum aut assertum referre vellemus, illos sequeremur authores qui alicujus apud suos notæ, & fidei haberentur. His præmissis, ut ad Radices ipsas ad quas quæ de articulo isto dicenda erunt referenda *Abarbineli* visa sunt, pergamus.

Radix prima est, שבהפסד האדם וכמותו יפסד גופו וחומרו ויפרדו חלקיו אבל הנפש השכלית תשאר נצחית *Cùm homo morte corrumpitur, corrumpi ipsius corpus, & materiam, partésque separari, animam verò rationalem immortalem perstare*: utpote quæ licet ortum habuerit, haud tamen necessariò corrumpatur, cum nullæ ipsi corruptionis causæ insint, הפך הדעת האפיקורוס המאמין שהנפש תכלה *contra Epicurum qui credidit animam perire*. Artic. hunc probat ex illis *Ecclesiastes* verbis c. XII. 7. *Et revertetur pulvis in terram sicut fuit, Et spiritus revertetur ad Deum qui dedit illum*, ubi observari vult dici de corpore *sicut fuit*, at non ita de spiritu, quia spiritus perfectionem acquirit lege & præceptis observandis, & post mortem præmium suum accipit, aut ob ea neglecta pœnâ afficitur, at non corpus quod nullam acquirit perfectionem; quia pulvis est & in pulverem revertitur. Hinc illud *Rabbinorum* dictum

ctum in *Massecetb Sabbat.* אל האלהים אשר נתנה תנהרו כמו שנתנה לך מה הוא בטהרה אף אתה בטהרה *Deo qui illam dedit des illam, ut ille puram dedit, ita tu puram reddas.* Ita in *Nathalat Aboth.* at in præf. ad *Is.* aliis verbis concipitur hic articulus, sc. שהמתים שכבר מתו ונפרד רוחם מגופם עוד ישובו. לחיים הגשמיים האלו *Mortuos qui mortui sunt, quorumq́; spiritus à corpore ipsorum separatus fuerit reversuros ad vitam istam corpoream.* Quod confirmatur tum ex *Isaia* verbis c. XXVI. 19. *Vivent mortui tui cum cadavere meo resurgent, &c.* Et *Danielis* XII. 2. *Et multi* ישנים *Dormientium in terra pulveris expergiscentur &c.* quo indicatur, non ita mortuos esse ut non revertantur, sed tantum instar dormientium ad tempus quiescere, dein experrecturos, aut velut carceri inclusos, unde demũ exituri sunt, quo spectare ait & quod dicitur, *Absorpta* est mors לנצח in æternum, scil, שלא תהיה נצחית *ne sit æterna*, sed ad tempus præstitutum mortuos detineat.

Crassam istam (quam *Epicuri* vocat quâ tollitur resurrectio mortuorum, & cui articulum istum opponit *Abarb.*) de animæ mortalitate hæresin, in populum *Israeliticum*, tum demum introductum probabile est, cùm & pietas & notitia Dei apud ipsos imminui cœpta, ac rerum cœlestium cura terrestrium posthabita. olim enim notiorem fuisse idq; ut manifestam legis doctrinã articulum istum, quàm ut cuipiam in dubium vocandus videretur, docet nos *R. Tanchum* ad 1 *Sam.* XXV. 29. *Erit anima Domini mei ligata in fasciculo vitæ* ראי גמיע אלמפסרין פי הדא אלנץ אנה עלי סביל אלאנדאר במאסיכון האל אלנפס ומא יחול אליה אמרהא בעד מפארקתהא אלגסד וכינונה אנהא האלהין פבעץ אלאנפס להא

להא מקאמא רפיעא ומחלא תאבתא ענד רבהא חיה
באקיה לא תמות ולא תרתר ובעצ׳הא תלעב בהא אמואג׳
אלטביעה ולא תגד תבאת ולא מסתקר בכל אלאם ראימה
ונצץ מהצלה מע אלרואם ואלאבר כאלהגר אלד׳י יכ׳רג מן אוצף אלד׳י
הו אלמקלאע פיציר מתקלב פי אלהוי חסב קוה אלראמי להא תם
יסקט בקותהא אלטביעיה אלתקילה ואמא אלנפס כלא חקל
פיהא יהבטהא ולא כפה להא תרתקי בהא פלדלך לם תזל פי
אלחירה ואלקלק ואלאם אלי מא לא נהאיה להא פהדא
הו עלי אלחקיקה ראי אלחכמא ואלפלאספה בל והדא הו מעני
אלכרת אלמקול פי אלשריעה ונכרתה הנפש ההיא הכרת תכרת
ואמא אלמרתבה אלאולי פהי אלמקול. ענהא אשר יעשה
אותם האדם וחי בהם ושרח אנקלס פירה דאם יעביד
יתהון אנשא ויחיי בהון בחיי עלמא וחית דכר פי אלתורה
למען ייטב לך והארכת ימים פהדא אלמעני הו אלמקצוד בדה
אעני בקא אלנפס בעד אלמות ומפארקה אלגסד כמא קאל זל״
למען ייטב לך לעולם שכולו טוב והארכת ימים לעולם
שכולו ארוך וענה קיל ונתתי לך מהלכים בין העומדים
הדה לאן מעני עומדים תאבתין מתל למען יעמדו ימים
רבים פאן כאן אלגרץ מן קול אבניל פי הדא אלנץ הדא אלמעני
פהדא ירדל אן הדא אלסר אלד׳י חו גריב ען אלעקול בעיד ען
אלאדהאן ולא תצל ככאר אלחכמא אלי מערפתה אלא בעד אלכד
ואלריאצאת אלכתירה ואלמבאחת אלגזירה ואלאסתדלאלאת
אלעסירה כאן מערוף פי תלך אלאיאם וסהדה משהור ולו ענד
אלנסואן פהדא אעטם דליל עלי פשא אלחכמה ביז אלאמה
כמא קיל ענהם רק עם הכם ונבון הגוי הגדול הזה

Sententia

Sententia est omnium Interpretum quod ad hunc textum, esse ipsum per modum commonitionis [qua declaratur] quisnam futurus sit animæ status, & ad quid tandem deventura sit, postquam à corpore separata fuerit, atque ostendere duplicem esse ipsi statum. viz. *quibusdam animabus esse gradum sublimem, & locum stabilem, apud Dominum suum, dum vitâ immortali fruantur, nec morti nec perditioni obnoxiæ: aliis autem ludere fluctus naturæ, adeo ut requiem & consistendi locum non inveniant, verùm dolores perpetuos, & cruciatus continuos, cum æterna duratione, instar lapidis qui è fundâ projectus, circumrotatur in aëre pro ratione virium jacientis, dein vi suâ naturali gravitante in terram decidit. Animæ verò nec inest gravitas quæ ipsam deorsum, nec levitas quæ sursum ferat, ideoque in perpetua est confusione, perturbatione, tristitia, & dolore usq; in æternum. Atque hæc reverâ sententia est Sapientum, & Philosophorum. Quin & ipsum hoc illud quod* Cereth *seu excidio in lege memorato, significatur, [ubi dicitur]* Excidetur anima ista, excidendo excidetur. *Gradus autem primus ille est de quo dicit*, Quæ faciet homo & vivet in eis, *quæ sic explicat* Onkelus, Quæ si fecerit homo, vivet per ea vitâ æternâ. *nec non ubi in lege dicit*, Ut benè sit tibi in sæculum, & prolonges dies tuos, *idem intelligendum proponitur, scil. Animæ post mortem & suam à corpore separationem duratio, sicut dixit, f. m.* Ut bene sit tibi in sæculum, quod totum est bonum, & prolonges dies in sæculum, quod totum est longum: *& de eodem dicitur*, Dabo tibi viam inter stantes illos. *Idem enim valet* stantes, *ac* stabiles. *ut [cùm dicit]* Ut stent dies multos. *Quod si dicti* Abigalis *textu isto scopus fuerit hoc innuere, indicio est, mysterium istud [hominum] intellectibus peregrinum, & à cogitationibus longè remotum, ad cujus scientiam non perveniunt sapientiâ insignes nisi*

Num. 15. 31, 32.

Levit. 18. 5.

Zach. 3 7.

Jer. 32. 14.

nisi post laborem multásque exercitationes & disquisitiones, ac argumentationes difficiles, illis temporibus notum fuisse, & quod in eo reconditum est, manifestum vel mulieribus; idémque argumentum validissimum, latè diffusam fuisse in gente nostra Deut.4:6. *sapientiam, sicut de ipsis dictum est, Sanè populus sapiens & intelligens, est gens ista magna.* Utut autem vel mulierculis apud gentem cælitus institutam nota erant priscis istis temporibus, quæ de animæ post mortem statu, resurrectione, & vitâ futura credere oportuit; postea tamen cùm alveo angustiori flueret ipsorum sapientia, (quod scientiam operibus confirmare renuentibus interminatus est Isai.29.14. Deus, *Ecce ego addam ut mira faciam populo huic, &c. Peribit sapientia à sapientibus ejus, & intellectus prudentum ejus abscondetur*) magnâ ex parte deleta est harum rerum cognitio, adeo ut vel ipsarum veritas in dubium vocaretur, prorsus negantibus *Sadducæis* esse in homine aliquid morti non obnoxium, vel ipsum denuò vitæ redditum iri. Impiam hanc sententiam traxisse perhibetur sectæ Pater *Sadocus* à dicto præceptoris sui *Antigoni Socensis* malè intellecto, qui quo homines ad illum pietatis gradũ quam cultũ Dei ex amore vocant, perduceret, monuerat Deo servire non ut servi qui ad obsequium sola spe præmii alliciuntur, Rambam ad Pirk.Ab,c.1. sed sine ullo mercedis intuitu; Hinc ille perversi ingenii vir unà cum condiscipulo suo *Baituso*, nullam manere eos qui Deum colerent, mercedem, sive præmii, sive pœnæ conclusit, atque ab eo nomen traxit secta inter *Judæos* ista quæ licet legem *Mosis* amplecti profiteretur, affirmabat tamen שהשכר והעונש הוא גשמי בלבד ובעולם הזה כמו שנזכר באבות ור״ נתן הכחישו השכר הרוחני אחר המות מכל וכל ויביאו ראיה לדבריהם ממה שלא נזכר לפי דעתם בתורת משה

משה גמול נפשיי כלל אלא הצלחות גשמיות præmium & "pœnam non alia eſſe quam corporalia, atque hujus mun- "di, (uti in *Aboth R. Nathan* traditum) præmium aliquod "ſpirituale poſt mortē[expectandum]penitus negans, atq; "inde ſententiā ſuam confirmans quòd (ut ipſis videbatur,) "nuſquam in lege *Moſis* mentio fieret præmii quod animæ "proprium eſſet, ſed proſperitatis tantum corporalis: ſententiam eorum referente *Joſepho Albo*, qui & ideo eos ad hæc aſſerenda impulſos ait quod animam hominis mortalem crederent, nec ab anima brutorum hac ex parte diſtare, verum כמות זה כן מות זה *ut hac moritur ita mori & illam.* Secta hæc quamvis aliis *Judaeorum* ſectis ſequacium numero impar, dignitate tamen ferè ſuperiorum erat, teſte *Joſepho*, cujus verba Antiq. l. XVIII. c. 2. hæc ſunt, εἰς ὀλίγους τε ἄνδρας οὗτος ὁ λόγος ἀφίκετο, τοὺς μὲν τοι πρώτους τοῖς ἀξιώμασι. nec mirum, ſi illi quibus maximè faveret hic mundus ad illam propenderent ſententiam quæ alterius in quo ſeciùs illis futurum eſſet, metum tolleret. Sic fieri ſolet, dum quod mallent homines facilè credunt. His ergò cum reliquis *Iudaeis* ac præcipuè celebri *Phariſaeorum* ſecta (quos ridebant, quod הן מצערין עצמן בעולם הזה ובעולם הבא אין להם כלום ut refert *R. Nathan*, *ſe in hoc mundo cruciarent, cùm in altero nullum eos præmium maneret*) lis ferè perpetua, his quæ illi negabant, animæ ſcil. immortalitatem, mortuorum reſurrectionem & vitæ futuræ præmium adſtruentibus, ſed dubio, ut videtur, ſucceſſu. Hinc illis animus etiam *Chriſtum* aggrediendi, palmario illo quo aliis crucem figere ſolebant argumento, de muliere quæ ſeptem in hoc ſæculo maritis nupſerat, cui tandem futuro adjudicanda eſſet, quæ certè difficultas erat iis qui ex craſſis hujus mundi deliciis, alterius mundi voluptates

Ikkar. l. 4. c. 29.

luptates (quibus nihil inter se commune) metiebantur (quæ tunc temporis *Pharisæorum* opinio fuisse, uti & posteriorum, ettur) haud facilis enodatu; at quam *Dominus*, aliâ quam vel ipsi vel *Pharisæi* somniarant vitæ illius ratione patefactâ, ita solvit ut quod contra hiscerent non haberent; neque hoc contentus eorum argumentum quo resurrectionem impugnabant, retudisse, alio eandem contra ipsos adstruxit, quo utut sententiæ suæ tenacibus os planè obturavit: illo nempe ex *Ex.* 111.6. petito, ubi Deus *Mosen* sic allocutus est, *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob*, insolubili prorsus, & irrefragabili, nisi quis promissa olim Patribus à Deo facta, irrita esse dicat, totámque legis *Mosaicæ* veritatem abneget; quâ enim ratione dici possit Deus, *Deus Abrahami, Isaaci* & *Iacobi*, magis quam aliorum, nisi plura & majora in ipsos beneficia conferendo, quod cum in hac vita non præstitum, quam majori cum felicitate, & rerum externarum affluentia transegerunt non pauci, à Deo alieniores, necesse est ut fateamur proprium remunerationis tempus post hanc vitam fuisse, & superesse, vel vitæ restitutum iri, quò præmium accipiant, concedat, qui non frustra hæc à Deo dicta putaverit, quod nemo nisi planè ἄθεος dixerit. Porrò, hæc ad *Mosen* post tot sæcula ab illis sepultis locutus Deus, se, *esse*, non *fuisse*, eorum Deum dicit, unde ut de ipsius Dei immutabilitate constat, ita nec ipsos prorsus periisse, cùm Deus non sit Deus mortuorum qui nullius beneficii capaces sunt, sed viventium. vivunt ergò Deo tam ipsi quam alii omnes, quorum & animæ jam permanent, & corpora iterum vitæ restituenda sunt, tantâ promissi divini certitudine, ut vel jam nunc vivere censendi sint, atque in illa demum vita promissorum, quæ dum hîc viverent ipsis

facta

facta sunt, impletionem expectâsse eâque fide mortuos, divinos istos Heroas optimè concludit Epistolæ ad *Hebræos* author, *Secundum fidem* (inquit) *mortui sunt isti omnes, non adepti promissa, sed eminus ea conspicati, postquam credidissent & amplexi essent, ac professi fuissent se hospites & advenas esse in terra. Nam qui hæc dicunt palam ostendunt se patriam quærere. Quod si illius memores fuissent ex qua exierant, habuissent tempus ad revertendum. Nunc autem meliorem expetunt, hoc est cœlestem: quapropter non erubescit ipse Deus, vocari Deus eorum, paraverat enim eis urbem.* His è lege depromptis cum *Sadducæos* ad silentium adegisset *Christus*, dicitur perculsam fuisse turbam doctrinâ ejus. unde patet luculentiori ipsum contra eos argumento usum, quàm ullo adhuc usi fuerant *Pharisæi*, qui terrenis (ut videtur) nimis affixi, cœlestia ad quæ vocaret atque institueret lex, oblivioni ferè tradiderant. Argumentorum ab ipsis urgeri solitorum quæ supersunt videre est in *Gemara* cap. *Chelek*, ejúsque excerptis à Doctiss. V. *J. Coccio* editis: quæ & à recentibus addita, enumerare non est instituti nostri. apud *Manassem Ben Israel* in libello de resurrectione videat cuilibet. *Heb.11.13.&c.*

Duas adducit *Maimonides* in Epist. de resurrectione, quæstiones, quarum solutio ad articulum istum spectat, quarum prima est, de locis Scripturæ non paucis, quæ ejus fidem tollere videntur; ad hanc certè haud alio opus est responso quàm quod tum ipse, tum ante ipsum *R. Saadias* attulit, non aliud istis locis afferi quã haud vel ordinariâ naturæ lege, vel propriis hominũ viribus fieri posse, ut mortui denuò vitæ restituantur, atque esse hoc ex eorum numero, quæ sint נמנעות אצל הטבע *natura impossibilia*, at אינן נמנעות בחק הבורא *respectu Creatoris nequaquam impossibilia*, ut loquitur *Joseph. Alb. l. 1. c. 22.*

Altera est, Quare non sit facta mentio articuli istius in lege בגלוי ובביאור *apertè & explicitè*, sed obscuris tantùm indiciis innuatur. Atque hoc ab aliis etiam quæri solet. Ad quod quid ab illis respondeatur, videre potest cui libet apud *Manassem Ben Israel* l. 1. de res. c. 13. Miror ipse potiùs hoc ab illis quæri, ac tantā hoc pacto cavillandi occasionē *Sadducæis* præberi; contra quos conclusum à majoribus volunt, nullam esse illi in seculo futuro sortem qui dixerit, אין התחיית המתים מן התורה *Non esse resurrectionem mortuorum* * *è rebus in lege* [traditis] quæ verba post *Rab. Solomonem* explicans *R. Judah Zabarah*, צרין שתדע כי עקר אמונת תחיית המתים מן התורה והמאמין אמונה קיימת בתחיית המתים ואינו מאמין שהיא מן התורה הרי זה ככופר כל כך *Oportet scire fundamentum fidei de resurrectione mortuorum, ex lege esse. Quod si quis crediaerit fide firmâ resurrectionē mortuorū, non autem credat esse eam ex Lege, ecce ipse nihilominus instar Infidelis est.* Petenti *Sadducæo* locum aliquem sibi proferri è lege quo credat hoc in lege doceri, eritne hoc quod os obstruat; licet non in lege asseratur, subinnuitur tamen? Negabit ille quod ipsi affirmare non audent. Certè tam illis quam ipsorum adversariis meritò oggeri posse videtur illud *Christi*, *Erratis nescientes scripturas*, quarum sensum genuinum si ab ipso discere vellent, haberent quo perpetuò, ut ille olim, *Sadducæis* os occluderent. Argumento equidem illo à fœdere cum *Abrahamo*, *Isaaco*, & *Jacobo* inito, usus perhibetur aliquando *R. Simai*, sed promisso ad res tantum terrenas restricto, quasi non aliter præstari posset quam si illi vitâ iterum donati in terram *Canaan* remitterentur, adeò ut vim suam prorsus amittat, & ab adversario facilè eludi possit; Promissum est, *Ut dem ipsis terram Canaan*, *Non dicitur* (inquit) *vobis* [i. ipsorum posteris]

* c. Chelek. § 1. *ubi obiter corrig. est error Typog p. 133. ubi verba ista in textu Talmu omittuntur.*

Mat. 22. 29.

Gemar. c. Chelek.

posteris] sed *ipsis*. qui ergò resuscitandi ut ipsi eam possideant. At hic regeretur, debuisse *Abrahamum* ante ipsos non post, eam possidere, vi promissi quo daturus erat Deus terram peregrinationis ipsius, ipsi & semini ejus post ipsum. Nihil mirum interim si ipsi *Judæi* hoc asserunt, idem ab aliis ex eorum ore affirmari qui ipsorum legem penitiùs non inspexerint. hinc (puto) illud apud *Ismaelem Abulfedam* in historia, ليس في التوراة ذكر القيامة
ولا الدار الاخرة ولا فيها ذكر بعث ولا جنة ولا نار وكل
جزا فيها انما هو معجل في الدنيا وليس فيها ذم الدنيا ولا
الزهد فيها ولا وظيفة صلوات معلومة بل الامر بالبطالة والقصف
واللهو *Non sit in Lege mentio resurrectionis neq; alterius mundi, neq; resuscitationis vel Paradisi, vel ignis, omnisque remuneratio quæ in ea [occurrit] statim accipitur in hoc mundo, &c. neque in ea habetur vituperium mundi, aut* [præceptum aliquod] *ab eo abstinendi, neque de statu orationum vicibus; verùm præcepta de feriando hilaritate & lusu.* quibus addit *Ebn Jannabi*
وقد ذكروا ان فيها الترغيب على كسب الحلال
ايضا فلذلك يميل امة اليهود الي الدنيا واما في الانجيل
فغالب ما ذكر فيه جانب الاخرة والترغيب الي الطاعة
والرياضة فلذلك كثر في النصارى الرياضة والرهبانية
Aiunt etiam in ea incitari homines ad quæstum licitum, ideoque mundo magis inhiare gentem Judæorum; at in Evangelio ea quæ ad mundum futurum spectant præcipuè memorantur, incitanturque homines ad obedientiam & disciplinam strictiorem, ideoque frequenter inter Christianos reperiuntur

 disciplina

disciplina severa & Monachatus. Certè si hoc *Judæis* persuasum esset nihil aliud in lege ipsis promissum aut interminatione vetitum, quam quæ ad hanc vitam spectant, haud mirum si rebus istis avide inhient, nec ullos avaritiæ suæ terminos ponant, aut à quovis scelere unde ipsis lucelli spes affulserit, abstineant. Non aliàs ad omne flagitium paratior via est, quam alterius vitæ, & iudicii tum subeundi spem aut metum omnem excussisse. Hinc *Josepho* observatū, *Sadducæos* olim omnium tum inter se, tum erga alios pessimè se gerere solitos. At ut in Evangelio spes vitæ alterius *Christianis* proposita eos à nimia hujus vitæ cura, ac rerum caducarum amore, cohibere, atque abstrahere debet: ita nec in ipsa lege desunt quæ *Judæos*, nisi ultro animi oculos claudere velint ne videant, altiora quam hujus sæculi commoda spirare, ejusque illecebras vitare doceant; imò, non alio tota lex niti fundamento videtur, quam hoc supposito, atque concesso, cùm non aliter esset quod sperare posset *Moses* quempiam legem ab ipso traditam amplexurum. Ecce enim qui tot ac tanta bona legem à se allatam præstituris pollicitus est, ipse per totam vitam cum angustiis ac difficultatibus continuis conflictatus, vix ut oculis suis à longinquo montis vertice terram illam melle ac lacte fluentem lustraret, gratiam sub mortem obtinuit, nec conspicuum post mortem sepulchri honorem assecutus est. Certè si nō alia legem observantibus speranda essent bona, quàm quæ huic vitæ propria in ipsa enumerata sunt, ut optime observat Doct. *R. Saadiah Gaon*, decuisset maximā ipsorum partē ipsi *Mosi* concedi; verba ipsius hæc sunt

De bell. Jud. l. 2. c. 12.

מצאנו משה רבינו הגדול ישבצריקים ובעוברים לא הירה לו מעניני גמול העולם הזה דבר כמו ונתתי גשמיכם בעתם והשיג לכם ריש ונתתי שלום ופניתי אליכם ואכלתם ישן מפני שלא בא אל ארץ כנען ואלואלא היה לצריקים כי אם מא שיש באים.

באים חקותי היה מתחיב שיהיה רובו למושה *Invenimus* Mosen *Doctorem nostrum, justorum atq; cultorum Dei præcipuum, nihil omnino eorum quæ ad hujus mundi præmium spectant accepisse, ut quod dicitur, Dabo pluvias vestras tempore suo. Apprehendétque vobis trituræ vindemiam, Dabóque pacem. Et convertam me ad vos. Et comedetis vetus. Neque enim introivit in terram Canaan. Quod si nihil justis esset præter ea quæ enumerantur in sectione, Si in decretis meis ambulaveritis &c. oportuisset maximam eorum partem* Mosi *dari.* Quis enim legem observando, majora speraret sibi bona, quàm ipsi latori eam contulisse viderat? אילו היה הגמול העולם הזה בלבד לא היה יכול מי שאינו ראוי להגיע אליו להגיע זולתו ל מאומה ממנו *Si in hoc tantum sæculo esset retributio, non potuisset qui idoneus non erat ut ipse ejus parte aliquâ frueretur, alios ejusdem ullatenus participes facere,* ut appositè ad rem idem *Saadias*, quamvis in alio argumento, viz. ab *Elisha* jam mortuo, vitam alii contactu suo restituente, quam sibi restituere non poterat. Hoc ergò quod ita cum *Mose* se res habuerit, מורה שרוב הגמול בעולם הבא *manifesto docet præcipuam præmii partem in mundo futuro expectandam,* ad quam ipsum adspiràsse observat author Epist. ad *Hebr.* c. xi. 26. quare & spretis quibus frui poterat honoribus *renuit vocari filius filiæ Pharaonis, potius eligens simul malis affici cùm populo Dei, quàm temporariis commodis peccati frui, majores arbitratus divitias, probrum Christi, quàm Ægyptiorum thesauros. intuebatur enim in præmii largitionem.* Meritóque hoc appellat הטענה הגדולה *argumentum magnum*, tanti certè momenti, ut si nihil aliud vel aperte, vel occultè dictum fuisset in lege quo adstruerentur resurrectio & vita futura, articulum tamen istum non è כתרי תורה *è rebus legis occultis* (ut vocat *Abarbinel*

Levit. 26.

barbinel) quæque (ut loquitur *Manaſſe Ben Iſrael*) *ex ea apodicticis demonſtrationibus probari non poſſint, ſed veriſimiliter tantum convincuntur*, habendum eſſe; ſed ejuſmodi ut ſi quis ipſum non & corde credat, & ore palam profiteatur, audacter, ut contra *Sadducæos*, concludere deberent, אין לו חלק בתורת משה *Nullam eſse ipſi, in lege Moſis omnino ſortem.* Certè enim qui articulum iſtum negaverit, vel de ipſius veritate dubitaverit, non magis inter eos qui legem à *Moſe* traditam amplectuntur, cenſendus eſt, quam *Chriſtianis* illi (λυμαὶ certè & φθορεῖς τῶν ἀνθρώπων) qui ad alteram vitam reſurrectionem negantes, Evangelio tamen ſe credere, idémque promulgare profitentur, accenſendi. Quod ſi ratio aliqua ultra Legiſlatoris liberrimi beneplacitum reddenda ſit, quare in Evangelio magis perſpicuè tradita ſint, quæ ad reſurrectionis articulum ſpectant, quàm olim in lege, quid ni dixiſſe ſufficiat, legem à *Moſe Abrahami* poſteris datam eſſe, qui de ipſo minimè ambigerent, ſed ad vitam ſpe iſtâ dignam inſtituendi eſſent, Evangeliũ autem gentibus, quibus doctrina iſta nova prorſus atque inaudita fuit, Unde illud *Athenienſium* iſtorum de *Paulo*, *Jeſum* & reſurrectionem prædicante, *Act.* XVII. 18. ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι.

Maimon in Epiſt.

Rad. II. Radix ſecunda eſt, מתי יהיה זמן התחייה *De tempore reſurrectionis, quando ſc. futura ſit?* num poſtquam omnibus hominibus morte ſublatis deſolata fuerit terra, ut antiquorum quidam exiſtimarunt, an vivis adhuc aliquibus; & num illi unâ cum mortuis reſuſcitatis in judicium vocandi? de his varias ſententias retuliſſe (*a*) *R. Saadiam* ait. Ipſe ſtatuit ultima omnium generatione futuram, cùm & iſtius ſæculi homines morti jam propinqui videbuntur, neque tamen ipſos hoc pacto à morte liberatum iri, ſed diu quidem victuros:

ſturos : ita tamen ut tandem communi mortalium ſorte obeant. Ut huic ſententiæ conſentaneum, aſſerit Deum initio omnes omnium qui unquam victuri eſſent, animas ſimul creâſſe. Cùm ergò haud ultra ſuperfuerint animæ aliquæ in corpora demittendæ atq; infundendæ, tum futuram reſurrectionem mortuorum, quam ſententiam המקובלים *Cabaliſtarum*, ſeu eorum qui traditione innituntur fuiſſe aſſerit, qui dicunt עד שיכלו כל נשמות שבגוף (*b*) *donec defecerint omnes animæ quæ ſunt in Goph*, quod illis nomen loci cujuſdam eſt in cœlis, in quo repoſitæ ſunt animæ iſtæ. atque ita in tract. *Talmudico Chagigah* dici, Inter ea quæ in cœlo ſupremo ſunt, eſſe נשמות של צדיקים ונשמות ורוחות שעתידין להבראות *Animas juſtorum, & animas ac ſpiritus adhuc creandos*. Ad hanc radicem digitum intendiſſe etiam (*c*) *Nachmanidem* in c. *Gamul.* Hæc in *Nachalath Aboth*, at in præmiſſis ad ſuos in *Iſaiam* Commentarios aliis verbis, licet eodem forſan ſpectantibus, quæſtionem hanc de tempore quo reſuſcitandi ſint mortui, ſolvit, ſcil. futuram reſurrectionem mortuorum בזמן קבוץ הגליות או קרוב אליו *tempore colligendæ captivitatis aut ſub ipſum*, ideoque frequenter in Prophetis temporum iſtorum mentionem conjunctim fieri.

(*a*) Sententiæ iſtæ à *R. Saadia* lib. *Emunoth* c. VII. *Rad.* 7. recenſentur, & ad ipſam potius ſpectant, quæ revera eadem prorſus eſt cum poſteriori hujus parte. Quod ad tempus autem reſurrectionis, ipſam ſtatuit regnante in terris *Meſſiâ* futuram : ita promiſſum quo Deus *Iſraelitas* è ſepulchris ſuis educturum ſe pollicetur (quod de reſurrectione mortuorum intelligi vult) præſtandum dicit בעולם הזה שלא נחשוב שהוא בעולם הבא *In hoc mundo, ne putemus ipſum*

futurum initium habiturum באלף שביעי *millenario mundi septimo*. Diem autem judicii (quod f. 100. ait, futurum die aliquo מתחלת ימות התחייה *sub initium dierum resurrectionis*) & מלכות בית דויד *regnum domus Davidis*, quæ ipsum præcedunt, futura באלף הששי *millenario sexto*. f. 105. ait dies *Messiæ* esse מכלל העולם הזה *hujus mundi spatio accensendos*, ובסופן יהיה הדין ותחייה המתים *eorum autem fine futurum judicium & resurrectionem mortuorum* שהוא העולם הבא *quæ est mundus venturus*, i. e. ejus initium, quem scil. f. 104. tempus esse dicit שהוא אחר תחייה המתים *quod resurrect: mort: sequitur*, & paulo post exēplo rerum futurarū à 7. diebus primæ creationis petito subinfert וכן מלכות בית דוד באלף הששי *atque ita futurum est regnum domus Davidicæ millenario sexto, ejusdemq́; sive dies judicii, cum septimo incipit mundus futurus*. Videtur tamen aliquod temporis intervallum inter resurrectionem & mundum futurū statuere, quo in hoc mundo, ut ante, degāt qui resuscitati fuerint, cùm f. 106. objectioni quâ quæritur cur in mundo futuro admittenda sint corpora, cum nullus ibi sit amplius ipsorum usus, respondet, quod cum resumpta fuerint corporis membra tempore resurrectionis ad functiones corporeas obeundas, אין הקבה׳ רוצה בבטולן אחרי כן *Nolit Deus Benedictus, ea denuo ad nihilum redigere*. Meminit & ipse dicti istius è *Chagigah*, de loco animarum quas initio creatas volunt, nondum in corpora demissarum, sed non eo fine quo *Abarbenel*, viz. ut inde de tempore resurrectioni præstituto conjecturam ferat. *Maimonides* rem in medio relinquere videtur dum in Epistola sive diatribe de res. m. contra aliquos qui ipsum resurrectionem negâsse dicerent, asserit è nihilo quod ab ipso dictum sit concludi posse, שהשם לא יחיה מתים כשירצה ולמי f. 102, 106.

Nnn שירצה

שירצה אם בימי המשיח או לפניו או אחרי מותו *Deum haud resuscitaturum mortuos, quando voluerit, & quos voluerit, sive tempore Messiæ, sive ante ipsius adventum, sive post ipsius mortem.* Quamvis aliàs *Nachmanidi* visus sit eam ad *Messiæ* regnum referre, hanc enim sententiam ipsius esse ait c. *Gamul* f. 107. reversuras animas in corpora tẽpore resurrectionis, ac resuscitatos mundi hujus delitiis fruituros
Ikkar. l. 4 c. 35. בימות המשיח *diebus Messiæ.* At *Josephus Albo* omnino asserendum ait juxta eorum sententiam qui dicunt, Nullum esse inter hoc sæculum & dies *Messiæ* discrimen (in quorum numero est *Maimonides*, qui sæpe illam sententiam repetit nisi quod tum subjuganda sint regna, non futuram resurrectionem tempore *Messiæ*. *R. Judah Zabarah* eam millenario sexto aliquando post reductionem captivitatis fore asserit. verba ipsius libelli sui cap. 1. hæc sunt, מבואר זמן תחית המתים שהוא באלף הששי אחר קבוץ גליות אבל אין מפורש אם סמוך לקבוץ גליות או מופלג *Manifestum est tempus resurrectionis fore millenario sexto, post collectionem captivitatis, at non est explicatum utrum proximè à collectione ista, an longo post tempore futura sit.* idem c. 4. pluribus prosequitur ubi de ipso nihil disertè in scriptura statutum fatetur, patere tantum ex *Daniele* post *Israelitarum* è captivitate liberationẽ futurum, cùm
Dan. 12. 1. dicit, *Tempore illo stabit Michael princeps &c. eóq; tẽpore evadet populus tuus omnis qui repertus est in libro scriptus*, ac postea,
ver. 2. *Et multi è dormientibus in pulvere terra expergiscentur, &c.* at de temporis quod intercessurum est intervallo nihil affirmari; sed nec in *Midrashim*; miram tantùm sententiam in *Talmude* occurrere c. *Chelek*, quæ rectè explicata huc spectare videatur. est ea, *R. Eliezer dicit dies Messiæ Israeli sunt quadraginta anni, sicut dictum est*. Quadraginta annis tæsum erit

erit populi. *R. Eleazar, f. Azariæ, Septuaginta anni, sicut dictum est*, Et oblivioni tradetur, *Tyrus* ſeptuaginta annis, ſecundum dies Regis unius, *Quis iste Rex singularis? Rex Messias. Rabbi dicit, duo vel tria sæcula, sicut dictum est*, & corã Luna in ſeculum ſeculorum. *R. Hillel dicit, Non erit Israeli Messias, cùm jam ipsum comederint* [i. acceperint] *tempore* Hezekiæ. *Dixit* R. Joſeph, *Condona* Hilleli *Domine.* Hezekiah *quando vixit? sub templo primo;* at Zacharias *fil.* Iddo, *vaticinatus est de* [Meſſia] *sub templo secũdo*, Exulta valde filia Sion, &c. Vt tollatur quicquid præ ſe fert hoc dictũ abſurdi ipſúmq; rectè intelligatur, ſic interpretandum putat, ex ſententia nimirum *R. Eliezeris*, non futuram reſurrectionē ſtatim poſt *Israelis* ab exilio reductionem, ſed demum, poſt quã quadraginta annos regnaverit *Messias*; ex ſentẽtia *R. Eleazaris postquam* 70. ex ſententia *Rabbi*, poſtquã duobus aut tribus ſœculis. *R. Hillelem* autem ab his omnibus diverſum dixiſſe, non neceſſario ſequi è Scripturæ locis, quæ ab ipſis allegata ſunt dies *Messiæ* poſt captivitatis reſtitutionem protrahendos, ſed vel מיד או לזמן מועט אחר כך *statim, vel haud ita multo post* futuram reſurrectionem mortuorum. Cùm ergò dixerit, non eſſe *Messiam*, voluiſſe אין ימות המשיח *Non futuros dies Messiæ, sc.* quibus ipſe ante reſurrectionem mortuorum in terris regnet; atque eo modo intelligenda eſſe ipſius, brevitatem affectantis, verba, manifeſtum eſſe ex loci ratione, in quo ſc. de ימות משיח *diebus Messiæ*, quamdiu duraturi eſſent quærebatur, ipſum interim dum dixerit, eos accepiſſe *Messiam* ſub *Hezekia*, voluiſſe, כי כל מה שנבאו הנביאים מזמן טוב העתיד לבא על ישראל אין הכרח שיתקיימו בימי משיח שכבר אכלוהו בימי חזקיה *Omnia quæ vaticinati sunt Prophetæ de temporibus felicibus quæ*

 Iſraeli

Iſraeli *eventura ſunt, non neceſſariò eſſe præſtanda diebus* Meſſiæ, *cùm ipſis potiti ſint ſub* Hezekia. Neque ignoraſſe ipſum *Zacharia* prophetiam quam in ipſum torſit *R. Joſeph*, ſed eam ad tempus colligendæ captivitatis retuliſſe, de quo nulla fuit inter eos controverſia. Atque hoc modo intellectam *R. Hillelis* ſententiam pulcherrimam eſſe, atque ab omnibus amplectendam לפי שאחר שנעשה קבוץ גליות מה אנו צריכים המשכת ימות המשיח הלא ענין תחית המתים גדול יותר מאד לישראל מימות המשיח &c. *Poſtquam enim facta fuerit collectio captivitatis, quid opus eſt nobis ut protrahantur dies* Meſſiæ? *annon ipſa reſurrectio mortuorum longè præſtantior eſt* Iſraeli, *diebus* Meſſiæ? *&c.* diebus ergò *Meſſia* (quales alii ſperarunt) ſuſque deque habitis, *Hillelem* tempus reſurrectionis & עולם הבא שהוא אחר כך תכלית כל טובה לצדיקים *Mundum venturum qui poſt ipſum omnis boni perfectio eſt juſtis*, reſpexiſſe, & præ iis terrena omnia haud digna quorum fieret mentio putaſſe. Nihil tamen interim, vel è *R. Hillele* conſtare, futurane ſit reſurrectio conjuncta collectioni captivitatis, an ulterius differenda, ſicut voluerunt cæteri doctores, neque באיזה יום באיזו שעה מן האלף הששי *quo die, vel quâ horâ millenarii ſexti futura ſit.* Ut ut autem *R Judæ* placuerit iſta *R. Hillelis* ſententia, alios haud parum adverſos habuiſſe indicat, ut illa loquendi formula quâ de eo uſus eſt *R. Joſeph*, ita & quæ eodem capite paulo ſuperius habentur, ab eodem forſan *Joſepho* profecta, ubi dicente *Rab*, *Futurum eſt ut annos Meſſiæ comedant* [i. e. iis fruantur] Iſraelitæ, regerit *Rab. Joſeph, Liquidum id quidem. At quis illis fruetur? Homines quique excepto*, R. Hillel, *qui ait, Non eſt amplius Meſſias Iſraeli. Iam enim eo potiti ſunt tempore* Hezekiæ.

zekiæ. Juxta regulam, ut videtur, quam in judiciis Dei obſervari volunt, cum eo agi voluit, ſcil. מדה כנגד מדה *ut menſura pro menſura* reddatur: ita initio capitis, ideo nullam iſtis qui mortuos reſurrecturos negant, in reſurrectionis beneficio ſortem concedi volunt, neque hic, (ſententiam ferente *R. Joſeph*,) *Hilleli* in hujus vitæ bonis ſub *Meſſia* expectandis, quod ea negaverit. Aliter etiam ab aliis intellectam *Hillelis* ſententiam, quam à *Iuda Zabara* explicata eſt, patet è *Ioſepho Albo*, qui lib. 1. c. 1. inde adventum *Meſſiæ*, haud inter articulos fidei Judaicæ neceſſario numerandum concludit, quod *R. Hillel* licet eum negaverit, haud tamen habitus fuerit כופר בעקר *inter negantes articulum aliquem fundamentalem.* רבי הלל היה חוטא לפי שלא היה מאמין בביאת הגואל אבל לא היה כופר בעקר *R. Hillel peccavit quod non crediderit adventum redemptoris, ut non negavit fundamentum.* Interea dum hoc ſine hæreſeos nota (quam ab eo longiſſimè amolitur *R. Iuda* prædictus, ideo quod inter doctores *Talmudicos* ut famæ integræ recenſetur) aſſeruerit *R. Hillel*, hinc conſtat, vel non ulterius in terris expectandum *Meſſiam*, vel ſaltem ſine regni terreni pompâ eum expectandum ab illis fuiſſe, apud ipſos *Iudæos* affirmare, non hæreticum vel blaſphemum eſſe. Hæc etiam apud eorum pleroſque inter ſe neceſſario quodam nexu conjuncta haberi, *Meſſiæ* adventum, reſurrectionem mortuorum, Judicium magnum & mundum futurum, quamvis de eorum tempore & mutuo intervallo in diverſas itum ſit ſententias. de millenario non pauci (ut vidimus) audacter ſtatuunt, dum tamen de anno, die, horâ, rem in medio relinquunt, ſatis tutos ut videtur, ſe putant ab anathemate iſto in eos qui tempora

ra, his rebus præstituta computant, pronuntiato. Majorem tamen, ut mihi videtur, modestiam ac sobrietatē requirere
Ikkar. l. 4. c. 42. videntur illa apud *Jos. Albo*, qui è verbis Magistrorū incerti-
Yalkut. in Ī. 63. n. 367. tudinē, anni redēptionis notantibus, de quibus ad *Is.* LXIII. 4. commentantur, לבא לפומא לא גלי פומא למאן גלי *Cor meum ori non revelat, os cui revelaret?* sequi ait שאפילו המלאכים אינם יודעים קץ הגאולה כי לא גלה הש״ להם *Vel ipsos etiam Angelos terminum redemptioni præstitutum ignorare, cùm illum ipsis haud revelaverit Deus*; sententiâ veritati *Evangelicæ* consonâ. Quis interim fuerit *R. Hillel* iste, cujus sententiam retulimus, alius scil. ab *Hillele* Magno, *Shammai* collegâ, docebit Cl. V. *Joannes Cocbius* in suis ad excerpta *Gemaræ Sanhedrin* notis, in quibus & multa de resurrectione & præmio futuro juxta *Rabbinorum* sententiam occurrunt eruditè observata, quæ si huc transferrem injuriam Lectori facerem, qui majore suo commodo ipsum doctiss. Viri opus consulere possit.

Radix tertia.

Huic titulum indidit. בצורת תחיית המתים ואמתתה *De forma resurrectionis ejusque vera ratione*; quæ partim in aliorum sententiis recitandis, refutandísque, partim in sua ipsius adstruenda versatur. Earum quas recenset primam perhibet esse הקדמנים מן הישמעאלים והנוצרים *tam Ismaelitarum quam Christianorum antiquiorum*, necnon è *Judæis* etiam aliquorum, qui resurrectionis veritatem in dubium ideo vocaverint, quòd non viderent quomodo fieri possit, ut corpora semel soluta, cùm eæ elementorum particulæ è quibus composita fuerant, aliorum etiam corporum

porum compositionem toties ingressæ fuerint, & uniuscujusque compositi partes vicibus innumeris mutatæ, denuò integra restituantur. deinde, cùm & mortuorum aliqui à feris devorati in earum substantiam transierint, & in alia planè corpora [idque sæpiùs] conversi fuerint. His & hujusmodi difficultatibus motos etiam è *Judæis* quosdam asseruisse, non aliud quæ de resurrectione dicuntur esse quàm משל לקבוץ הגליות וזמן הגאולה *formas loquendi parabolicas, restituendam captivitatem, & redemptionis tempus denotantes*. Hanc sententiam (meritò) rejicit quòd sit הכחשת אמתת הכתובים וכפירה מוחלטת *veritatis Scripturarum abnegatio & mera infidelitas*; cùm nulla (inquit) ut rectè *Rambam*, ratio sit quare magis hoc quàm alia quævis Dei miracula negemus, cùm omnia sint res quæ secundum ordinariam naturæ legem fieri nequeant, at non בפי היכולת האלהי המוחלט *respectu potentiæ Dei absolutæ*, neque in se prorsus impossibiles, aut quæ contradictionem implicent; contra hos optimè arguisse eximium istum Doctorem. E *Christianorum* etiam doctis ait esse qui asserant tempore resurrectionis non compositum iri corpora è contrariis, sed futura אויריים רקים קלים *Aëres subtilia, levia*, alibísq; qui dicant futura מטבע הגשם השמימי *ejusdem cum corporibus cælestibus naturæ*. Omnes autem falsos esse cum articulus verus is sit; שכמו שהיו האנשים בחייהם באותו גוף ובאותה נשמה יחיה אותם הקדוש׳ וישיב אותם לזה העולם באותו אופן עצמו *Homines eo modo quo in hac vita se habuerunt, iisdem corporibus, eâdémque animâ à Deo vitæ restituendos, atque ita prorsus comparatos in hunc mundum remittendos*. At אחרוני חכמי הנוצרים *Christianorum doctores posteriores* autumare non aliter dici eosdem

Epist. r. s. mort.

dem qui mortui erant resuscitari quam כפאת נפשותיהם *Ex parte animæ*, cùm res quælibet בצורתיהוא מא שהוא *formæ suæ debeat, ut sit id quod est*; quod ad corpora autem, futura ea מהרכבה חדשה *Novæ cujusdam compositionis*. [Hæc rad. 2. in præfat. ad *Isaiam* (tertia enim ista in *Nachalat Aboth*, earum quæ ibi sunt secundam & quartam complectitur) sic enunciat, *Non futuram resurrectionem respectu animæ tantum quæ reversura est ut uniatur cum corpore alio ab eo quod periit postquam prius fuerit, uti asserunt* חכמי הנוצרים *Christianorum sapientes*.] Hanc sententiam nullo modo amplectendam esse dicit, quia hac ratione esset vel הויה מחדשת *generatio nova*, vel גלגול נפשות בגופים אחרים *transmigratio animarum in corpora diversa*, non resurrectio; ideoque scripsisse *Haggaonem* [R. *Saadiam*] partes elementares corporum quocunque tandem modo mortuorum non ita remeare ad כללות היסודות *Elementa universalia*, ut iis misceantur, sed רשומים ונפרדים *Designata & distincta manere*, ideoque reservata ut ex iis denuo tempore resurrectionis componi possint corpora, atque hoc modo eadem prorsus futura quæ resuscitabuntur, cum iis quæ mortua fuerant. Quod cum (ut ex ipsius *Haggaonis* ratiocinatione patere ait) per se fieri nequeat respectu כמות [*quantitatis*] elementorum, cùm hominum corpora subinde componantur è novis partibus elementaribus, ipse convenientius intellectui judicat ut statuatur, Deum de novo creaturum tunc temporis singulis hominibus corpora *instar priorum*, quantitate, qualitate, temperamento, membrorum dispositione, prorsus iisdem sine additione vel diminutione, quæ iisdem, quibus priora animabus informentur, adeò ut (quod necesse est cum mores sequantur temperamentum corporis) nullâ re ab ipsis

ipsis discrepent. Cúmque jam materiâ penitùs instar prioris constent, eâdémque prorsus animâ (quæ est differentia propria) quæ in priori fuerat, verè affirmari eosdem numero mortuos resurgere. Sententiam hanc *Rab. Chasdaio* acceptam refert, qui eandem ab (*a*) *Abi Hamed* (in l. *Ha-Haphalah*) accepit. Ad eandem sententiam confirmandam, seu facilitandam, affert, quod à Rabbinis traditum, esse עצם אחד בגלגלת האדם במקום חוט השדרה שלא יתעפש ולא יפסד בשום זמן *in cranio hominis loco medullæ spinæ dorsi* (*b*) *ossiculum quoddam quod nullo temporis spatio putrescat vel corrumpatur, atque illud futurum* נושא התחייה *Subjectum* [seu fundamentum] *resurrectionis* עם שווי הגוף במרכבתו ומזגו וחלקיו *ultra quod* [corpora resuscitata] *paria sint* [corruptis] *compositione, temperamento, omnibúsque partibus suis.* Et ad hanc corporis resuscitandi temperaturam digitum intendisse putat Doctores ipsorum, dum mentionem faciunt טל שעתיד הקב"ה להחיות בו את המתים (*c*) *roris cujus vi resuscitaturus sit Deus mortuos*, acceptâ Isa 26. 19.
ansâ ex istis apud Prophetam verbis, *Quia ros olerum ros tuus*; descensurum scil. (ex ipsorum sententiâ) rorem in terram è quo cum pulvere terræ cōmisto ac contemperato fient corpora quæ resuscitentur, rore seminis virilis, ad introducendam formam, terræ pulvere; ita à Deo disposito ac præparato, ut materiam idoneam suppeditet, muliebris vicem supplente, atque hoc pacto eodem modo tum formanda corpora quo creatum est initio *Adami* corpus. Hæc quæ dixit innui eo quod ait *R. Eliezer. Pirke Ab. c.* 4. המתים להחיות *Futurum est ut mortui resuscitentur*, *viz.* ut iidem prorsus qui mortui sunt, vivant & in mundum revertantur; Non tantum ut vitæ restituantur in exilio; scil. ut ab eo reducantur, neque ita ut creentur homines

alii היו לא שעריין אחרים בגופים *corporibus aliis quæ adhuc non fuerant*: verum ita ut in vitam revertantur iidem qui mortui, iſtis corporibus; iſtis compoſitione, temperatura, habitu, formâ, proprietatibus, eademque animâ quibus antea fuerant.

(*a*) *Abu Hamed* iſte eſt *Mohammed AlGazali* de quo v. Spec. Hiſt. *Arab.* p. 371. qui cognominatus eſt حجة الاسلام زين الدين *Demonſtratio Iſlamiſmi, decus fidei*. ac quæri poteſt annon ſimiliter apud *Rabbinos* מופת eo intellectu quo demonſtrationem ſignificat ſumatur, cum virum eximium dicant מופת הדור, quod tamen aliàs optimo ſenſu redditur, *Prodigium ſeculi*, ut in Lex. Magno. Cl *Buxtorfii*, qui ipſe hoc titulo dignus. Liber ההפלה quem citat, *Arabicè* appellatur التهافت ſeu titulo integro تهافت الفلاسفة quod vulgo *Deſtructorium* [& *Ruina*] *Philoſophorum*, redditur; ad ſenſum non malè: contra ipſum ſcripſit *Ebn Roſhd*, ſeu ut vulgò audit, *Averroes* librum quem appellavit تهافت التهافت qui Latine verſus (ſi Verſio appellari meretur ac non potiùs Deſtrctio) *Deſtructorium deſtructorii* inſignitur. Quid ibi hâc de re aſſeruerit *Abu Hamed*, nondum viſo hoc ipſius opere, neſcimus.

(*b*) Oſſiculum iſtud cujus mentionem facit vulgò לוז *Luz* (quod formâ amygdalam referat, teſte *Baal Aruch*) apud Magiſtros audit, de quo ejuſque uſu hæc apud *Iudam Zabaram* leguntur, ואם תשאל מאין יציץ יסודם ככר כארו ז״ל כי עצם אחד יש בשדרו של אדם נקרא לוז שאינו נמוח לעולם לא כלה ולא בלה וממנו מתרבה יסורו ומחרש עצמות וגידין ובשר כמו שהיה מתחלה וכן אמרו בבראשית רבא &c. *Quòd ſi quæſiverit quis, unde germinabit initium ipſorum*

ipsorum [qui resurgent] *docuerunt Magistri p. m. officulum quoddam esse in spina dorsi hominis quod appellatur* Luz, *quod nunquam computrescit, aut ullo modo consumitur vel inveterascit, à quo succrescens* [corporis resuscitandi] *fundamentum, ossa, nervos & carnem de novo assumit, sicut ab initio fuit atque ita dixerunt in* Bereshith Rabba. &c. Quid ibi & alibi dicatur cùm videre sit apud *Cl. Buxtorfium*, in them. לוז & *Manassem Ben Israel* l. 11. c. 15. supervacaneum esset huc transferre. Ejusdem officuli mentione aliam tolli difficultatem ait idem *R. Judah*, scil. quæ contra resuscitandorum per cavernas subterraneas in terram usque *Israeliticam* devolutionem (eam enim proprium statuit resurrectionis locum) objici posset, ולפי זה בעת גלגול מחילות יש לנו לומר שאין גלגול אלא לזה הלוז כי ממנו יציץ הכל ולפי זה נקל הוא שיהיה גלגול בלי שום צער *Ideoque tempore devolutionis per cavernas subterraneas dicere possumus non fore devolutionem aliùs quam ossis istius ex quo germinabit totum* [corpus] *atque hac ratione facile erit devolutionis istius negotium sine ulla molestia.* Quod tamen de omnibus promiscuè haud asserit, cum perfectè justi מובטחים הם שכל עצמותיהם שלמים שאין רמה ותולעה שולטת בהם *Fiduciam habeant omnia ipsorum ossa integra fore, neque ipsis dominaturum vermem, &c.* quod nec parvum ipsorum privilegium est censendum כי הרמה בבשר המת צער גדול הוא *cum vermis in carne mortui afflictio magna sit*, sicut dicunt in *Talmude*; קשה רמה למת כמחט בבשר החי *Æquè gravis est vermis mortuo ac acus in carne vivi.* ilicet, quòd הנפש רואת ומצטערת מאד כשרואה כי הגוף שהוא כלי שלה בלה וכלה על ידי רמה ותולעה עלכן צדיק גמור שמור c. Mi.Shemero.

שמור מורה הצער *anima tristitiâ & dolore valdè afficiatur, quando videt corpus quod ipsi vas fuit inveterascere & consumi à verme, idéoque perfectè justus ab hac afflictione custoditur.* Quod nisi os istud ibi situm assereret noster ubi medulla spinæ dorsi capiti inseritur, ad coccygem pertinere putarem idémque esse quod *Mohammedani* عجب appellant, asserentes ipsum corruptioni minime obnoxium. ita in illo *Mohammedis* apud *Ebn Athir* dicto كل ابن ادم يبلى الا العجب *totum hominem consumi excepto Al Ajbi, est autem* (inquit) العجب *Os ad inferiorem dorsi partem juxta os sacrum.* sed & ibi officulum *Luz* situm volunt nonnulli scil. בסוף יח" חוליות *in fine octodecim vertebrarum* [spinæ dorsi] ut verbis *Baal Aruch* utar, estéque ipsum עצם התחתון שבשדרה *Os infimum spinæ dorsi*, ut libelli *Abkathrochel* author, à *Buxtorfio* citatus in תרוך

(*c*) Inter ea quæ in cœlo supremo reposita sunt, c. 2. *Chagigah* jam superius laudato, statuunt טל שעתיד הקב"ה להחיות בו את המתים *Rorem quo futurum est ut Deus benedictus vitæ restituat mortuos.* Ejusdem meminit & *Josephus Albo* l. IV. c. 35. à quo *Abarbinel* noster ea quæ de vi ejus quâ semen virile in prima hominis generatione refert, mutuatus videtur, qui & ibi rectiùs sentire videtur de iisdem planè corporibus, non parili, sed eâdem prorsus quâ priùs fuerant materiâ, vitæ restituendis; quæ iisdem animabus ob impressionem quandam ab iis pridem in ipsis factam nec adhuc obliteratam, recipiendis paratiora erunt, ut & ipsæ ad illa rursum informanda proniores, quod similitudinibus à lignis, quæ prius ab igne correpta fuerāt, à virga *Mosis* & *Elishæ* baculo illustra deinde subinfert. Ita in resurrectione mortuorum גוף הצדיק מצד הרושם שנשאר בו מהרוח האלהי שהירה משכן לו יהיה מוכן בלא ספק על שיק

שיק כל הרוח האלהי ההוא שנית יותר ממה שהיה בראשנה *Corpus justi ob impressionem in ipso reliquam à Spiritu divino cujus habitaculum fuit, paratius absque dubio erit ad spiritum istum secundo recipiendũ, quã primo fuerat.* quo spectat & illud *Rabbinorum* dictum. *Quod non fuit est, quod fuit multo magis* [erit] q. d. (inquit) cùm illud quod non fuit idoneum ad recipiendam supernè influentiam illam semel receperit, quanto magis ad illam secundò recipiendam idoneum erit? לפי שכבר נשאר בו איזה רושם והכנה לקבלו פעם אחרת בנקל מבראשונה: *quod jam reliqua sit in ipso impressio aliqua qualis qualis, ad eam secundo recipiendam faciliùs quam primò receperat.* Hinc fieri ait, ut in more apud ipsos sit, cùm angustiâ aliquâ oppressi fuerint ad piorum sepulchra se coram Deo prosternere, viz מצד הרושם שנשאר בעצמות ההם מהרוח האלהי שהיו משכן לו והם יותר מוכנים מזולתם להמצא על ידם השפע האלהי *propter impressionem quæ in ossibus istis reliqua est à Spiritu divino cujus habitaculum fuerant, quare & magis idonea esse, quam alia* [loca] *ut ipsorum ope recipiatur influentia divina*; quasi & adhuc vel ossibus istis gratiæ divinæ eliciendæ, & preces juxta se fusas quam alibi acceptiores reddendi vis conspicua insit. Sed non est quod his vel recensendis vel expendendis immorer; ex jam dictis constare arbitror ipsum corpora omnimodè eadem quæ fuerant, resuscitatum iri statuere, nec esse יצירה חדשה *creationem novam*, sed restitutionem propriè dictam. Ad *Abarbenelem* redimus, qui non prius dimittendus est quàm injuriarum postuletur tum ob calumnias Christianis illatas, tum quod quam aliis impingit sententiam, & ut falsam rejicit, ipse (faciles sibi & immemores pollicitus lectores) ut verissimam & ratio-

 ni

ni maximè consentaneam amplectitur. *Christianos* dum in קרמונים *Antiquiores*, & אחרונים *posteriores* distribuit omnes complecti videtur, & quid eorum præcipui hâc de re sentiant; proferre voluisse. Ac certè si *Christianorum* sententiam edicere voluisset, quid ab iis qui pro *Orthodoxis* & præcipuæ apud suos authoritatis habentur statuatur, docere debuit. Aliàs enim si quicquid seciùs senserint *Heterodoxi* aut hæretici quidam, pro *Christianorum* opinione obtrudi possit, pari jure dicemus & *Judæos* resurrectionem mortuorum penitùs negare, quòd eam *Sadducæi* negaverint, vel non aliud eâ denotari quàm, sensu Allegorico, è gravioribus malis emersionem, quod ita (ipso asserente) senserint eorum nonnulli. A quibus ergò probatæ fidei *Christianis* affirmatum reperit, Resurrectionem non aliam esse quam quæ sensu translato dicitur? Certè nullæ unquam difficultates *Christianum* quempiam sanum & sobrium eò adegerunt, ut vel dubitaret futuram resurrectionem propriè sic dictam, quæ quidē nulla est, nisi sit שוב תאו הנפש לגוף אחר הפרידה

Epist. de res. m. וזה מורה *Animæ ejusdem in corpus idem à quo separata fuerat, reditus*, quo iterùm vitæ restituatur quod mortuum est, ut vel ipsius *Maimonidis* verbis utar. Nec cum objiciuntur corpora à feris, volucribus, piscibus, anthropophagis devorata, & in ipsorum substantiam conversa, sumus nos ex illis à qnibus qnæri oporteat, cur horum instaurationem magis quam alia Dei miracula negemus; utpote quibus ὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα, omnium quæ ipse à se vel facta vel facienda dixerit infallibilem certitudinem abunde probans, omnésq; prompti assensus remoras è medio tollens. Non magis *Judæorum* est quam nostrum illud

illud in *Gemara Gebtha f. Pesisa* attributum, דלא הוו הוו דהוו לא כל שכן *Cum qui nulli essent extiterint, iidem cum extiterint nonne multo magis* [iterum] *existent?* لا يعجز من خلق الانسان وغيره اول مرة ان يعيد خلقه متي شا وكيف شا فان قدرته غير متناهية *Non erit impossibile illi qui homines caeterásque creaturas primâ vice creavit, à se creatum restituere, quandocunque, & quomodocunque voluerit, cum potentia ipsius infinita sit.* من قدر علي الاول قدر علي الاخر *Qui unum potuit, potest & alterum praestare.* Verba sunt à *Christiano* prolata, & à *Christianorum* nemine in dubium vocanda. Quomodo autem hoc fiat ut corpora corporibus ita permista iterum secernantur, ut quod suum est unicuique reddatur, rimari, curiosi magis & in res Dei, ulteriùs quam par est, inquirentis, esse videtur, quàm de fidei veritate solliciti; adeò ut quid nonnulli inter *Christianos*, ut *R. Saadias* apud *Judaeos*, quo à fide alienis os obturent, huic importunè quaesito responderint, recensere operae pretium non ducam. Quare arridet illud à *Tacritio* subjunctum responso *Abi Alis Christiani* ad illud ab *Ebn Annaba Iudao* (ex eorum, ut videtur numero qui resurrectionem tantum Allegoricè intellectam somniant) objectum. Inquit *Iudaeus* ان الانسان قد ياكله الاسد وغيره من الحيوانات وقد يحرق بالنار ويصير رمادا واذا اكله السمك يجوز ان ياكل الناس ذلك السمك ويعود بعض الحيوانات ياكل الذي اكل السمك وكذلك واحدا بعد واحد فكيف

فكيف يجري الامر في يوم القيامة *Eſt cum aliquem devoraverit Leo, vel aliqua alia fera, aut ipſum conſumpſerit ignis, ut in cineres redigatur, vel deglutierit piſcis quem alii deinde homines comederint, atque illos rurſus alia, ut & alia neſcio quæ animalia carnivora, quid ergò hoc fiet die reſurrectionis?* Reſponderat *Abu Ali*, de elementorum partibus ad ſua quibuſque elementa redeuntibus, atque inde pro arbitrio Dei omnipotentis eâdem quantitate deſumendis; At *Tacritius*, evaneſcere hîc quicquid eſt difficultatis ſolâ mentione potentiæ illius quæ hominem prius è nihilo produxit. Interim verò (inquit) ليس ينبغي لليهود ان يعترضوا بمثل هذا الاعتراضات مع قراتهم ما جا في التوراة وغيرها من تلك المعجزات التي لا يقوم عليها برهان سوى الصفة بصدق من ذكرها *Minimè oportuit Iudæos hujuſmodi afferre objectiones poſtquam ea legerint, quæ in lege aliiſque libris ſacris recenſentur miracula, quæ non aliâ probantur demonſtratione quam deſcriptione veracitatis ejus qui ipſa narraverit.* Optimè, ut mihi videtur. Neque aliud de reſurrectionis modo aut ratione curioſius inquirenti reſponderi vellem, quam certum eſſe Deum ſe mortuos vitæ reſtiturum promiſiſſe. Qui de illo dubitat, ignorat Scripturas; quî ratum fieri poſſit qui quærit, ignorat potentiam Dei, imo משים החסרון ביכולת השם *Deo impotentiam impingit* (ut verbis *Ioſephi Albo* loquar) quod nemo unquam verè *Chriſtianus* auſus eſt. Videat ergò *Abarbinel* è *Iudæis* eſſe (ſed hoc, ut diximus, fatetur) qui his moti difficultatibus reſurrectionem propriè ſic dictam, negant, non è *Chriſtianis*, quí quodcunque præſtiturum ſe dixerit

Deus

Deus pro tam certo habent ac si jam factum esset, utcunque illud humana ratio capere non possit. Inter loca quæ apud eundem autorem adducuntur ut à Deo promissum de instaurandis mortuorum corporibus adstruatur, unum hîc observare liceat, non tam ad articulum hunc confirmandum (neque enim id instituti est nostri, aut quid de resurrectione dicant *Christiani* fusiùs enarrare, sed quid *Judæi*, breviter perstringere, & celebris istius Magistri calumnias amoliri) quam ob miram quam affert ipsius interpretationem. Est ille Psal. LXVIII. 23 quem sic effert الرب يقول انني ارد من بين الاسنان واعيد من عمق البحر يريد بذلك انه يحيي من اكلته الحيوانات في البر او في البحر quæ ad uerbum sonant, *Dominus dicit*, Reducam ab inter dentes, & reducam ex profundo maris, *quo innuit se vitæ restituturũ, eos quos comederunt animalia, tam in terra quam in mari.* Expositio sanè ab illa cui assuetæ sunt aures nostræ, dum מבשן *Mibbashan* à *Bashane* reddunt interpretes, satis diversa; antiqua tamen (nam & apud antiquissimum interpretẽ *Syrum* habetur, *Dixit Dominus è dentibus educam* אמר מריא דמן בית שנא אפק quasi מבשן idem hîc valere ac מבין השן vel שִׁנַּיִם) quam & unà, cum altera illa, amplexus est *Chaldæus* Paraphrastes, de resuscitandis mortuis prophetiam esse locum ratus, צדקיא דמיתו דאתאכלו מן חוות ברא אמר יי מבותנן אתיב אתיב צדיקיא די ישתניקו במצולתיה דימא i. *Justos qui mortui sunt & devorati à feris agri dicit Dominus à Buthnano* [i. Bashane] *reducam, reducam justos qui suffocati sunt in profundis maris*, ad quem locum sic *R. Joseph Chaion* ודרך המתרגם אחרת רוצה לומר שישוב לתחיית

הצדיקים שאכלום חיות הבשן וכן אותם שטבעו במצולות ים והוא מדרש רבותינו זל״ אבל אינו מענין המזמור עם שהוא אמת בעצמו *Via autem Paraphrastæ alia est* [ab expositione nostra] *qui dici vult reversurum* [Deum] *ad vivificandum justos quos comederunt feræ* Basanis, *nec non eos qui mersi sunt in profundo maris, quæ est expositio Allegorica à Doctoribus nostris p.m. adhibita; sed non de sensu hujus Psal. licet in se vera.* De interpr. veritate (quod ad literalem verborum sensum) non contendo; hoc interim patet ipsam à multis *Christianis* (omnibus uti probabile qui versionē *Syriacam* aliásq; ab ea derivatas amplexi sunt) antiquitus receptam, ut & à *Judæorū* non paucis ut præter testimonia jam laudata patet ex historia in l. *Iuchasim* edit. *Constant.* quatern. 34 p.4. allatâ, sc. uxorem *R. Mosis* cujusdam, vim illi inferre parante inter navigandum, scelerato quodam maritum suum rogâsse, utrū in resurrectione mortuorum victuri essent in mare demersi, respondisse ipsum, *Dixit Dominus*, *Ex Bashane reduco reduco ex profunditatibus maris*, illámq; hoc audito ilico se ipsam in mare projecisse, ac mortuam esse. hoc etiā addere liceat, etiamsi, prior cōmatis pars, prout sonat legatur, è posteriori tamē (si de resurrectione intelligatur) sequi necessario quod volunt, restiturum nempe Deum à piscibus devoratos, cùm credibile nō sit quin quieo projecti fuerint piscibus in escam cedant. Quod volumus autem hinc manifestum est, à *Christianis* (iisque non paucis, imò omnibus qui nomine isto digni) creditū nihil esse quod impediat quo minùs resuscitentur mortui, ídque iisdem quibus antea vixerant corporibus; aliàs enim quid omnino difficultatis inde illos urisisset quòd corpora priora toties consumpta ac mutata fuerint, si alia de novo creata veritati resurrectionis adstruendæ sufficere putâssent. quæ ergò secunda est *Abarbinelis*

nelis calumnia quod *Chriſtianorum* alios (nullo Epitheto addito חכמי הנוצרים *Chriſtianorum ſapientes*,artic.11. Præf. ad *Iſ.* ſimpliciter incuſat) aſſerere ait, animam in reſurrectione corpori à priore diverſo infundendam, adeo ut potiùs *Metempſychoſin* aut novam creationem quam eorum qui jam devixerant inſtaurationem credere cenſendi ſint, futuráq; corpora iſta nova,non è contrariis compoſita,ſed aerea,ſubtilia,levia, ejuſdem cùm corporibus cœleſtibus naturæ gratis hæc dicta, ſi vel de *Chriſtianis* in genere vel orthodoxis (uti debuit) loquatur. ubi & candorem ipſius requiro Neq; enim quicquid dixerint ψευδώνυμοι quidam Chriſtiani, omnibus, vel orthodoxis obtrudendum, quorũ ſententiã ignorare non potuit *Abarb.* ſi quos paſſim citat autores, tum Patres tum Scholaſticos ac interpretes legerit, planè aliam eſſe, ſc. *nec in aere, vel quâlibet aliâ carne (ut quidam delirant) reſurrecturos nos, ſed in iſta, quâ vivimus, conſiſtimus, & movemur* ut verbis *Concil.Tolet.* utamur. qui aliter ſentiunt delirare aſſerit concilium,& meritò; quis enim ſanæ mentis compos cum illius quod cecidit ſit reſurgere,vel animæ in aliud corpus tranſmigrationem,vel novi corporis, quod immeritò alterius vice Dei juſti judicis tribunali ſiſtatur, creationem, reſurrectionem vocet? Hoc interim monendus eſt *Abarb.* ne eo quòd corpus quod animale prius fuit,tum ſpirituale (non quod in ſpiritum mutetur, ſed ſpiritu gubernetur)quod prius corruptioni obnoxium,tum incorruptibile atque immutabile & ἰσάγγελον futurum & ignominiæ loco fulgido gloriæ amictu induendum aſſeramus, eâdem manente carnis ſubſtantiâ ſed mutatâ ipſi qualitate,probari putet corpora à prioribus diverſa ſtatui; quomodo enim quæ *per gloriam diverſa ſunt, per naturam tamen eadẽ maneant*,exemplo non inepto luti in teſtam

ipse sibi sui oblitus, primo omnium occurrat? Alio mallem quam me judice stet vel cadat, ὁμωρόλῳ nempe suo *Manasse Ben Israel*, cujus verba l. 2. de res. c. 15. hæc sunt, *R. Hasdai*, & *R. David Kimchi*, (ut liquet ex illis quæ notat ad finē *Maclabi*, de corpore *Eliæ*) existimāt Deum in resurrectione mort. producturum esse nova corpora, eâdem quantitate, qualitate, ac temperie prædita, & formâ atque figurâ prioribus paria, atq; istis corporibus infusurum proprias animas; cúmque operationes animæ sequantur temperamentum corporis futurum inde, ut idem homo numero resuscitetur; atque hâc ratione actionem illam propriè dici posse resuscitationem mortuorum. Eandem opinionem sequitur *Isaak Abravanel* in libro suo *Nahalat Aboth* [illo qui à nobis laudatur] & *Mahumedanus* ille *Abu Chamad*. Sed quantum mihi videtur, error hic à priore non abludit: nam licet corpus eâdem formâ ac figurâ præditum restituatur, non desinit tamen aliud numero esse corpus, quemadmodum statuæ eâdem prorsus formâ ac figurâ ab artifice elaboratæ, non possunt dici una eademque numero statua. Adde cum finis resurrectionis sit, ut idem corpus animæ junctum, præmio aut pœnâ factorum afficiatur, quis non videt hoc fieri nón posse, si novum atque aliud numero corpus sit? Hæc doctissimus ille *Iudæus*. Ipsene ergò *Abarbenel*, qui hoc nomine *Christianos* (nihil tale docentes) accusat, quod frustra resurrectionem se affirmare profiteantur dum corpora à prioribus diversa illo tempore animabus informanda statuant, ad eundem offendit lapidem? Qui illum *Christianis* hæc improperantem audiverit, haud facilè crederet; at qui verba ipsius quæ attulimus legerit dubitare de eo non poterit. R. *Chasdai* qui eam sententiam ab *Abi Hamed*

mutuatus videtur penes nos non est; *R. Davidis* verba quæ innuit *Manasseh*, ita se habent, הנה אנכי שולח לכם אף על פי שאני מזהירכם על תורת משה בכל דור ודור אף על פי כן לטובתכם אשלח לכם את אליהו הנביא והטעם שישיב נשמתו שעלתה לשמים אל גוף נברא כגופו הראשון כי גופו הראשון שב אל הארץ בעלותו כל יסוד אל יסודו ואחר שיחיה אותו בגוף ישלחנו לישראל לפני יום המשפט והוא יום השם הגדול והנורא &c. Ecce ego mitto vobis, &c. *Etiamsi ego vos de lege* Mosis *singulis seculis commonefacio, nihilominus commodi vestri causâ mitto vobis* Eliam *Prophetam, sensus est, immissurum se animam ejus quæ in cælum abiit in corpus quod creabitur instar corporis ipsius prioris, quia corpus ejus primum reversum est in terram ipso ascendente, singula elementa ad elementum suum; ac postquam ipsum in corpore vivificaverit, missurum se eum ad* Israëlem *ante diem judicii qui est dies Domini magnus & terribilis &c. Josephus Albo* Ikkar. l. IV. c. 30. *R. Abronis Levitæ* sententiam recitans, affirmâsse ipsum, ait, Deum tempore resurrectionis de novo unicuique piorum formaturum גוף אחר כאותו מזל לגמרי שהיה לכל אחד ואחד מהם תחלה שוה בשוה *Corpus aliud sub eadem prorsus constellatione quâ unicuique ab initio fuit nullâ omnino discrepantiâ;* cujus absurditatem ipse sub finem c. merito arguit. כי איך אפשר שיזרמן בתנועת הגלגל לכל הצדיקים שהיו בזמנים מתחלפים מצב שיהיה מזל כל אחד מהם כמזל הראשון כשעה אחת לכלם כאחד *Quomodo enim* (inquit) *fieri possit at cælorum motu, ad eum statum omnes pii qui variis temporibus fuerunt, perducantur ut sit una omnibus constellatio, priori parilis, eâdem horâ, omnibus communis.* Deinde supposito hoc fieri posse, תהיה יצירה חדשה לא תחיית המתים *Esset nova*

nova creatio, non resuscitatio mortuorum. Cùm *Ismaelitarum*, sive *Mohammedanorum*, mentionem hîc fecerit *Abarbenel*, quorum & sententiam malâ fide refert opportunum fuisset ipsorum hac de re placita recensere, nisi quod ea in unum alibi fasciculum colligenda relinquere visum sit.

Radix quarta.

באי זה זמן מזמני האדם יקומו בתחייה &c. *Quâ tandem ætate* [& quo statu] *resurrecturi sint homines*; cùm quotidie ferè pro alimentorum ratione, ac variis qui ipsi exterius accidant casibus, nec non ætatum puerilis, juvenilis, virilis, senilis, &c. vicissitudinibus mutetur corporis status & temperamentum: Respondet, שבאותו אופן ומצב שהיה האדם במותו יקום בתחייתו *Eo prorsus modo ac statu resurrecturos quo mortui fuerint*; adeo ut juxta sapientum traditionem, אף במומין שהיו בשעת המיתה יקומו *etiam cum nævis si qui ipsis inerant, resurrecti sint.* scil. כדי שיהיו יותר נכרים בהם *quo hoc nomine melius dignoscantur* (qui tamen nævi statum sanabuntur) imò iis etiam quibus sepulti sunt vestibus aut saltem prorsus similibus, juxta illud quod à *R. Meir* responsum fertur *Cleopatra* reginæ roganti nudine an vestibus suis amicti resurrecturi sint qui resurgent. c. Chelek. & Cetub. c. 13. scil. argumento à minori ad majus, cùm triticum quod nudum humatur tot vestibus involutum prodeat, quanto magis pii qui cum vestibus sepulti sunt: quamvis fateatur *Abarb.* quod de vestibus dicitur, de corpore ipso exponi posse quod & לבוש indumentum vocatur. Utut sit אין מעצור ביד השם nihil impedire quo minus Deus omnium conditor hoc vel illud præstet. idem & Rad. 7. præfat. ad *Is.* asserit. Pleraque eorum quæ hîc congerit *Abarb.* merito cum

cum *Rambam* interea collocamus quæ mero temporis dispendio à male feriatis hominibus quæri solent, dum relictis iis quæ scire & possunt & debent ea curiosè sectantur quæ scitu ipsis nec possibilia sunt, nec utilia. adeò ut sufficeret illud à *R. Josua* curiosiùs de rebus ad vitæ futuræ statum spectantibus quærenti prudenter responsum לכשיחיו
Niddah.c.10. נחכם להן *Quando reviviscent sciemus eos* [quales erunt.] Ne quis tamen gratis hæc à nobis dici autumet, & quæ à Rabbinis non intimæ classis his de rebus statuantur scire aveat, his quæ ab *Abarbenele* adducuntur, addere liceat, & ex aliis ejusdem farinæ nonnulla, ac primo statuere etiam *R. Saadiam* (ex opinione Majorum) resurrecturos mortuos בתכריכותיהם *iisdem quibus sepulti essent vestibus*, quod non magis difficile factu ait quam iisdem corpora sua restituere: hæc opinio cum apud ipsos invaluisset הפליגו בתכריכיהם *modum excesserunt in indumentis quibus involverentur mortui magnis impensis parandis* עד שהביא זה הדבר לידי רעה גדולה שכל מי שלא היתה ידו משגרת הניח מתו וברח עד שתקן רבן גמליאל וצוה שילבישוהו שני בגדי פשתן מגוהצין ונהגו כל העם אחריו *adeo ut malorum magnorum causa esset, cum si illis quibus tenuiores essent facultates mortuus esset aliquis fugerent relicto mortuo donec ordinaverit* Rabban *Gamaliel*, *& in mandatis dederit ut ipsum binis tantum linteis albis involverent quem deinde omnes imitati sunt*. Secundò, quod ad eos qui cœci aut membris mutili aliasve manci ac deformes moriantur, statuere eundem שיחיו תחלה במומם עד שיכירוהו בני אדם שהוא הוא ואחר כן ירפאהו הבורא *Resuscitandos ipsos,*
v. & Ramban. *primo cum defectu isto quo ab hominibus dignoscatur eos-*
t. Gamal. f. 100. *dem esse illos qui prius vixerant, dein sanaturum ipsos Deum,*

ac futurum hoc signum absolutum, uti dixerunt Rabbini, *Surgent cum navis dein sanabuntur*, Dixeruntque ideo præmisisse ipsum, *Ego occido & vita restituo*, *Percussi & medebor*. Dixerunt etiam, *Tunc aperientur oculi cæcorum, & surdorum aures, tunc saliet claudus instar cervi, & cantabit lingua muti*. Eadem ferè habet & *R. Iuda Zabara* c. 11. מבואר כי בתחיית המתים יעמדו באותו ענין שהיו בשעת מיתה דלי׳ שסומין וחגרין וגבנונים יעמדו כמו שהיו *Manifestum est in resurrectione mortuorum resurrecturos ipsos eodem statu quo horâ mortu fuerunt*, viz. *cæcos, claudos, gibbos eodem modo se habituros*. Ita in *Beresh: Rab.* dicunt, *Percussi & ipse medebor: quia scil. ipsos cum maculis, quas è mundo secum attulerunt, vita restituam, ut ita se mutuo cognoscant nec dicant* עולם חדש היא *Mundum novum esse*, [& medebor] sc. *medebor ipsis in altero sæculo. Manifestum etiam* (inquit) *est justos non resurrecturos nudos, sicut in prima creatione fuerunt juxta illud quod scriptum est*, Fueruntque ambo nudi, *Adam scil. & uxor ipsius, verum resurgent amicti vestibus pulchris, unicuique congruis, ne sc. pudore suffunderentur, cùm omnes de arbore scientiæ comederint*. Illud quod *Adamo* in causa fuerit ne ipsum nuditatis suæ puderet fuisse ait כח נבואה ושכל גדול שהיה בו *Vim prophetiæ & intellectum eximium, quo præditus fuit*. quod patere ait exemplo *Saulis* qui spiritu prophetico ad tempus afflatus nudus incessit שכח נבואה שבו היה מבטל ההרגש מן הגוף *quod vis Prophetica quæ in ipso fuit, corpus ipsius* [rerum corporearum] *sensu privaret*. Quanto magis *Adamus* ita se habuisse censendus, donec arboris vetitæ esu, dona ista eximia perdiderit? Hoc autem non intelligendum necessariò באותו מלבוש ממש שנקברין בו *de iisdem vestibus quibus sepulti fuerant*, cùm eæ sine dubio consumptæ fuerint,

1 Sam. 19. 24.

rint, verum שהשו יעשרה להם מלבוש הרא ס׳לכל אחר ואחר *Deum facturum ipsis vestes prout unicuique ipsorum convenerit*. Cautè hoc ab ipso observatum ut ita multis occurratur objectionibus de iis qui forsan vestibus spoliati, nudi sepulti, vel in mare nudi, vel culeo inclusi projecti fuerint, & ut magna sollicitudine morituros nonnunquam liberet. Annotat idem argumentum istud קל וחומר [*à minori ad majus*] à tritico sumptum non esse *Kal vechomer* necessario concludens, sed *Kal vechomer* פריכא מכמה טעמים *fragile seu invalidum ob multas rationes*.

Radix quinta.

Cum hoc ut extra dubium ponat, (quod tamen radice demum XIII. ostendere nititur, cui ergò hæc erat postponenda) non omnes mortuos resurrecturos; quod illis Dan. 12. 2. in *Daniele* verbis probari putat (a) *Multi è dormientibus in terra expergiscentur, &c.* quærit quinam ergò resurgent, & quomodo inter mortuos fiat distinctio. Num casu, & prout accidit? vel qui fiat ut unus præ alio resuscitetur? Respondet, Horâ mortis de hominibus statui, num in resurrectione mortuorum sortem habituri sint necne, ac resuscitandos האנשים היותר רשומים בשלימות *eos qui perfectione præ cæteris insignes fuerint*, & secundùm opera quæ in hac vita præstiterint rem peragendam; adeò ut justus ex operibus suis de præmio sibi reposito judicare possit, וירע אם הוא עתיד לתחייה אם לא *& scire num ipse resurrectionis particeps futurus sit necne*, uti illo ad *Danielem* Angeli dicto innuitur, *Stabis* לגורלך *In sorte tua in fine dierum*, in sorte tibi debita, unde & dictum illud Rabbinorum, שהקבה׳ מראה לצדיקים בעולם הזה מתן שכרם לעולם הבא *Deum benedictum ostendere piis in hoc mundo, quodnam præmium reportaturi sint in mundo futuro.* (a) Fre-

(*a*) Frequens est in ore *Judaeorum* locus iste cum de resurrectionis articulo loquantur, utpote qui (cum eo qui proximè ex eodem cap. laudatur) solus ferè sit (teste *Maimonide*) שאא״ לפרשו qui aliò torqueri non possit, nec à sensu literali ad allegoricam abstrahi. Alia loca licet idem certissimè evincant, scil. resurrecturos mortuos ejusmodi tamen esse ait R. *Jud. Zabara* שעדין יכול בעל הדין לקטרג ולדחות שהם משל לענין אחר *qua perversus aliquis litigator cavillando detorquere possit, ut parabolicè prolata dicantur ad aliud aliquid significandum.* Nec deesse certe videntur qui & ita verba ista interpretanda censeant, referentibus *Aben Ezr.* & *Joseph. Albo*, l. 4. c. 35. & ut ex iis quæ habet *R. Saadia* in l. *Emunoth.* c. 7. liquet, ubi acriter eos qui istiusmodi licentiam allegorias passim sectandi sibi sumant perstringit, כי אם יתחייב או יכשר שנסבור פרשיות האלה אשר יש בהם תחיית המתים על הדרכים האלה עד שנעתקו מפשוטם מבלי רוחק שיביא אל זה יתחייב ויכשר על הדרך הזה לסבור במצוות השמעיות וההגדות הקדמניות והאותות הנזכרות סברות אחרות עד שלא ישאר מהם דבר בפשוטו אך יעתקו ל ענינים אחרים *Si enim* (inquit) *deceat vel expediat textus istos in quibus mentio fit resurrectionis mortuorum istis modis intelligere, adeò ut à sensu suo simplici transferantur nullâ impellente necessitate, decebit etiam atque expediet eâdem ratione præcepta quævis ab auditu pendentia, narrationes antiquas, & miracula quorum occurrit mentio, aliter intelligere, adeo ut nec unum eorum simplicem retineat sensum sed ad alios transferantur intellectus.* Sic, inquit, ubi jubemur à fermentato abstinere, dicent, vetari adulterium, quod aliàs pani fermentato assimilatur. ubi ignem accendere, de bello intelligendum, quod igni erumpenti

rumpenti alibi comparatur, &c. ubi dicitur, Deum initio cœlos, & terram creasse, interpretari licebit de gentis alicujus rebus rectè ab ipso ordinatis, quod de rebus gentis nostræ turbatis loquens, dicat, *vidi terram & ecce inanitas & vanitas, & cælos, & non erat lux*, &c. sic cum
Jer. 4. 23. dicit, *Sint luminaria*, innuentur, lex & prophetæ & sapientia quia dicitur, *Præceptum lucerna*, & *Lex lux &c.* nec quicquam erit in universo creationis opere quod non Allegoricè exponetur, nihil uspiam in Prophetarū scriptis & Hagiographis עד שלא ישאר מופת ולא אות שלא יצא מפשוטו ויבטלו *adeo ut nullum prorsus supersit miraculum aut signum quod non à simplici intellectu detortum eludatur & in cassum abeat*, quam interpretandi libertatem qui sibi indulserit יצא מכלל תורת ישראל *Ex eorum qui legem Israeliticam profitentur numero excidit.* Meritò. Ac multum certè omnibus seculis passa est veritas à duobus hominum generibus, altero eorum qui omnia in Allegorias & sensus (quos falso vocant) spirituales vertunt, altero eorum qui omnia nudè ac ad literam exponunt. ab his Deus corporeus, cathedræ affixus, omnimodis affectibus obnoxius fingitur, & perpetuâ inter se pugnâ scriptura & ratio committuntur; ab illis ipsum veritatis fundamentum tollitur nec solidi quicquam, in quo se sistat credentium fides, relinquitur. ut primos hîc à *R. Saadia* ita posteriores in superioribus à *Maimonide* reprehensos vidimus, p. 144, 145, &c. Interim dum in hoc Magistris istis assentimus, quod hæc resurrectionis testimonia sensu proprio intelligi jubent, ipsorum tamen fidē in hoc requirimus quod quæ universalem eam esse docent, ad paucos restringunt: & רבים *multos*, idem sonare velint at מעטים *pauci*. uti *Joseph Albo*. l. 4. c. 35. sed de his (ut diximus) fusiùs

fusiùs agit art XIII. cui hæc, præmissa licet, appendiculi vice esse potest.

Radix sexta.

בתכלית התחייה *De fine resurrectionis*. Merito enim quæri למה תשוב הנפש אחרי היותה במחיצתה בשכרה או בעונשה לחול שנית בגוף הנגוף אחרי צאתו ממנו *Quare reverteretur anima postquam loco suo fuerit vel præmii vel pœnæ particeps ad habitandum in corpore jam percusso ex quo dudum exierat*. Magnum Doctorem *Maimonidem*, cum nullam hujus rei rationem inveniret in Epist. de resurr: scripsisse non oportere quæstionem movere de alio hujus miraculi fine ultra Dei O.M. beneplacitum, magis quam de cæterorum. v. g. quare virga *Mosis* in serpentem potius quam in lapidem conversa sit &c. quam tamen *Maimonidis* ratiocinationem infirmam esse ait, cùm de miraculorum istorum fine, (scil. ut iis ad credendum adigerentur homines) constet, nec de modo aut specie quærere necesse sit: at hîc de fine, magni hujus miraculi (quod sine dubio ob finem aliquem notum, & rationem necessariam facit Deus) quæri. Respondere ait *Haggaonem*, cujus sententiam etiam sequuntur *Nachmanides*, R. *Chasdai* & plerique alii, finem resurrectionis esse, ut ita judicio sistantur homines & mercedem ultimam accipiant, quæ בעולם הנשמות in animarum mundo non recipitur, cum non permittat justitia divina, ut cùm anima & corpus conjunctim cultum illi præstiterint, soli animæ merces rependatur; quæ ergò ad resurrectionem differtur in mundo futuro cum rursum unienda sint anima & corpus, ut Dei judicio magno sistantur, quando judicaturus est populos ut unicuique secundùm vias suas, atque operum suorum fructum retribuat. Hanc responsionem non prorsus re-

jicit *Abarbenel* nec tamen ei aſſentitur, utpote qui, judicium illud quo Deus omnes homines judicaturus eſt, hujus mundi eſſe ſtatuat. aliter enim ſequi reſurrecturos indiſcriminatim omnes quod ipſe negat, dein, injuriam eſſe manifeſtam, ſi tam diu differretur præmium eorum qui mandata præſtiterint cùm juxta eorundem Doctorum ſententiam, ſcelerati pœnæ ſtatim à morte adjudicentur, cùm aliis ejuſmodi, quibus ſententiam hanc obnoxiam eſſe putat, difficultatibus. de judicio iſto inquirere hujus non eſſe loci, ſatis eſſe inpræſentiarum, ut ponatur unam reſurrectionis finem eſſe Judicium iſtud; at *Rad.* v. in præfat. *Iſai.* ſententiam hanc refutâſſe ſe ait, in l. *Zedek Olamim*, dum præmium & pœnam ad animam tantum ſpectare probaverit. ibi & alias ipſe affert rationes quæ hi: *Radices*, VIII. & X. conſtituunt atque ibi ideo recenſendæ. Interim, neque hîc, neque illic quæſtionem ſatis explicatè poſuiſſe videtur; vel ſaltem reſponſum haud ſatis diſtinctè adaptaſſe. Nam cùm ipſe inter alios non paucos corpora quæ vitæ reſtituentur iterum moritura exiſtimet, præmiúmq; ac pœnam animarum propria, aliud ab eo reſponſum expectabitur ac ab iis qui eadem immortalia futura aſſerant: dum ſc. quæratur, quē in finem anima jam gaudii alterius mundi particeps facta, in mundum hunc variis caſibus, angoribus, & miſeriis obnoxium detrudatur? num hæc quærenti ſatisfaciant fines ab ipſo aſſignati, infra *Rad.* VIII. &c. judicabit lector. *Maimonidem* uti vidimus, nihil habuiſſe dicit, quod reſponderet, at ut ipſius ſententiæ conſentanea hæc apud *Judam Zabaram*, af-
cap. 6. feruntur præmiſſâ objectione, אחר שעולם הבא הוא לכל צדיק וצדיק מאד שנפטר מן העולם ונהנה מזיו שכינה ועומד בתענוג גדול. שאין תענוג כמוהו למה נאמין שישוב הצדיק בזה

בזרה העולם כגוף ונפש עולם עכור ופחות ורובו יגיעות קרוב לגיהנם ויניח תענוג שלם שאין בו חסרון &c. *Cùm mundi futuri* [gaudiorum] *particeps fiat unusquisque justus, statim ac ex hoc mundo excesserit adeo ut splendore Majestatis Divinæ fruatur, & delitiis summis, quibus nullæ æquandæ sunt, quare credamus reversurum justum quemlibet in hunc mundum, animâ & corpore, denuo unitis; mundum hunc*, inquam, *turbidum, vilem, molestiis plenum, atque ipsi adeo Gebennæ vicinum, relicto gaudio perfecto cui nihil deest? annon hoc turpe est ei? ac quanto satius esset credere animam justi non amplius hùc reversuram, nec intermissum iri gaudia ipsius quæ æterna sunt? Huic object: respondere* (inquit) *conantur qui sententiã* Maim: *tueri volunt, Resurrectionem* תוספת שלמות *causam futuram majoris perfectionis, dũ justis in hunc mundũ reversi Deũ perfectiori modo culturi sint, majori cum Dei scientia, minùs peccato obnoxii quam antea, quo fiet ut animæ ipsorum majorem gaudij gradum consequantur, magisq; Divinæ Majestatis splendore fruantur, quia in mundo futuro merces est secundum* שלמות הנפש *animæ perfectionem, operáque in hoc præstita, cum alter ille mundus non sit operandi locus* [ideoque huc remitti ad plura & meliora præstanda] quod responsum nequaquam sufficere ait *Juda Zab.* cum iterum quæri posset, quare ergò non statuendæ erunt plures resurrectiones, usque in infinitum, ut ita semper occasio justis præbeatur majora præmia merendi plura præstandi mandata, &c. quam tam sententiam amplexus est *Josephus Albo* Serm. IV. c 31. ubi dicit justos, quos novit Deus non sponte seu neglectu aut contemptu aliquo, quædam legis mandata non præstitisse, sed ob impedimenta aliqua exteriùs illis incumbentia ut captivitatis jugum aliámve aliquam causam, &c. (veluti *Mosen* & *Aaronem*, qui cum terram promissam non ingressi sint

fint non potuerint præſtare mandata ההלויות בארץ *terræ Iſraeliticæ* propria) illos reſuſcitaturum ipſum ut ita mandata etiam iſta perficiant, quæ priùs non poterant, quo ſummum vitæ æternæ præmium iis annexum conſequantur. Eadem aſſerit etiam cap. 35.

Radix ſeptima.

ברור האנשים אשר בימיהם תהיה תחיית המתים מה יהיה ענינם *Quid fiet generationis illius* [hominibus] *quorum tempore erit reſurrectio mortuorum,* [nam morituri ſunt ut denuo vivant,] cùm nonnulli omnes homines neceſſariò morituros ante reſurrectionem exiſtiment, inde ſententiam ſuam probantes quod dictum ſit, *Omni Iſraelitæ ſors eſt in ſeculo futuro*: ubi per Seculum futurum reſurrectionem, & quæ ipſam ſequuntur, intelligi volunt. Dicit R. *Saadiam*, reſpondere nihil de hoc quæſito certi definiri vel in Scriptura vel in majorum traditionibus, ideoque variè ſtatui à Doctoribus ex conjectura tantum, dicentibus aliis, morituros omnes ut pari modo recuſcitentur, Aliis illos qui tempore reſurrectionis vivent aut naſcentur nunquam morituros, ſed in * mundum retributionis cum mortuis reſuſcitatis perductū iri. quod inde confirmant quod dictum ſit, *Abſorpta eſt mors in æternum*, Aliis tertio diu victuros, annos puta quadringentos aut quingentos, dein morituros: ac * rurſus ſub finem הישועה *Salutis* recuperatæ ad vitam æternam experrecturos: ad quam ſententiam propendet *R. Saadias*, eam confirmans dictis illis, *Inſtar dierum arboris dies populi mei &c.* & *Puer centum annorum morietur* &c. Has ſententias in eo fundari putat *Abarbenel.* quod iſti exiſtimaverint eos qui reſurrexerint nunquam

* עולם הגמול

* *Nec rurſum victuros* עד העולם הבא *uſque ad mundum fut:* R.Saad.Emun. c.7.

Iſ. 65.20.v.22.

nunquam morituros, sed in seculum futurum intromittendos, ubi splendore Majestatis divinæ fruituri, & præmium factorum suorum corpore simul & animo laturi sint; ideo enim disputari ab illis quid futurum sit iis, qui tunc temporis in vivis erunt, quomodo non ad æternitatem pari jure admittendi sint cum iis qui revicturi sunt & mercedem accepturi. hos autem difficultatibus non paucis urgeri à quibus ipse nullatenùs metuit, cùm præmium & pœnam spiritualia tantum afferat in mundo animarum ubi splendore præsentiæ divinæ fruentur animæ, non tempore resurrectionis, quo qui resurgent, eodem modo se habituri sunt, ac cæteri homines, atque omnes pariter in judicium vocandi: neque necesse esse ergò ut moriantur qui in vivis erunt, quo iterum resurgant, cùm sit intentio Dei, mortuos ut vivos, non vivos ut mortuos facere: cui enim fini id esset? quod ergò dicunt *Omni Israelitæ sors, &c.* intelligendum de mundo animarum præmioque animæ proprio, promissiones longævitatis omnibus communes esse tam iis qui resurrexerint, quam ejus sæculi aliis.

Radix Octava.

בתכלית אחר שימצא בתחייה לא שיערו אותו הראשונים

De fine alio resurr. à prioribus non observato. Cùm in prophetis reperiatur resurrectio conjuncta ferè cum mentione reducendæ captivitatis, ut e. g. in *Joele*, ubi dicitur, *Ecce in diebus illis & tempore illo reducam captivitatem* Judæ *&c.* Et rursus, *Expergiscantur gentes & ascendant in vallem* Jehoshaphati, *&c.* quorum sensus est Deum populum suum isto tempore salvaturum, atque ipsius plagam sanaturum, liberatúmque in terram suam reducturum, hostes cap.3.1.2. v.2.

Rrr autem

autem qui ipſum perſecuti fuerunt ſubditurum, & de iis uſque ad excidium pœnas ſumpturum. Quòd ſi illi ſolum numero perpauci qui tunc viverent redemptionis participes fierent, reliqui verò qui animas ſuas pro ſanctificando Dei nomine morti maliſque quibuſvis expoſuerunt, ſalutem Domini non viderent, manifeſta eſſet injuria; ut & ſi è gentibus non acciperent juſtam operum malorum ſuorum mercedem præter illos tantum qui tum in vivis reperirentur, cum in gloria mortui fuerint multi ſtabilito in conſpectu ipſorum ſemine eorum, nullum videntes malum, nullâ affecti pœnâ, niſi eâ quam in mundo animarum patiuntur. concludit ergò, Deum tum *Iſraelitas* reſuſcitaturum (qui omnes reſpectu captivitatis eadem paſſi, eodem modo ſe habent) quo omnes ſalutem Domini videant, corpore ſimul & animâ, utque juſti qui ſalutem domini expectarunt, eâque ſpe atque expectatione mortui ſunt, ſpe ſuâ minime fruſtrentur, ſed oculis ſuis ipſam pervideant, corporáque quæ Domini & *Meſſiæ* ipſius cauſâ transfixâ fuerint, multitudine pacis delitientur, & tranquillitate *Ieruſalem* delectentur omnes qui ob eam lugent; at è contra inimici qui ſanguinem ipſorum inſtar aquæ effuderunt, pœnas corpore ſimul & anima in ipſorum conſpectu luant hanc eſſe (juxta ſententiam ſuam) * הכלית עצמי *Finē eſſentialē* reſurrectionis mortuorum; ideóque rectè feciſſe *R. Saadiam* qui reſurrectionem tempore colligendæ captivitatis futurorum ſtatuit, quamvis in hoc minùs rectè quod piis tantum ex *Iſraele* proprium eſſe voluit [hæc Radix pars eſt tantum ejus quæ quinta eſt in præf. ad *Iſ.*] loca ſcript. quibus hanc ſententiam confirmat *Abarb.* videre eſt partim apud *Manaſſ. Ben. Iſ.* l. 2. de reſ. c. 22.

* *al.* תאמתי *&c. verum & omnium præcipuum.*

Radix

Radix nona.

שהמתים בתחיית יכירו אנשי ביתם וקרוביהם מרור החיים *Eos qui resurgent propinquos & affines suos (ex iis qui tunc in vivis erunt) agnituros.* cùm hujusmodi cognitio sensuum, quibus illi præditi erunt, opus, sit hanc ob causam tradiderunt ipsos cùm nævis resurrecturos quo meliùs dignoscantur. hoc probari dicto, *Ecce ego missurus sum Eliam Prophetam* &c. *qui convertat cor patrum ad filios, &c.* quod Mal.4.5,6. nisi se mutuo cognoverint, fieri non potest: & ex iis quæ sub finem *Ezek.* de partitione terræ dicuntur, associatum iri unumquemque tribui suæ & ad familiam suam rediturum &c. concludit ergò שהקמים בתחייה יכירו אלו את אלו *qui tum resurgent se mutuò agnituros.* Est hæc radix in præmissis ad *Isaiam* octava. & è *R. Saadiæ* lib. *Emunoth.* c VII. desumpta est.

Radix decima.

Finis alius, לא שיערו בענינו הראשונים גם כן *quem & à prioribus intactum ait.* Quò scil. cum tot ubique gentium sint qui falsa & absurda credant nec Dei mandatis obsequantur, aliis Deum negantibus, Solémque, Lunam aut reliquum cœli exercitum vel aliam aliquam creaturam colentibus, aliis creationem, aliis resurrectionem, aliis adventum Redemptoris, àliis scientiam Dei particularium, aliis ipsius providentiam, aliis justitiam in præmiis & pœnis distribuendis, negantibus, quæ Philosophorum plerorunque, qui magni apud suos nominis & authoritatis fuerūt sententia erat, illi qui hæc crediderant jam per totū mū-

dum Dei veritatem, ejúsque legem & quæ ad mundum spiritualem, ejúsque præmium & pœnam spectant, nota faciant, ipsíque vitæ restituti pœnas coram omnibus luant
Is.66.24. juxta illud [*Isaia*] *Et videbunt cadavera virorum*, &c. quibus conspectis ad stuporem redigantur homines, omnésque simul veritatem confiteantur, dicántque, *Venite ascendamus in montem Domini,&c.* neq; ampliùs addiscant bellū, nec futura sit ampliùs in corde ipsorū superbia aut fastus, útque Idola sua abjiciant, nec amplius לבשר ודם *carni & sanguini* serviant, cùm omnes מלכות שמאים *Regnum cælorum* in se admissuri sint. Hæc apud illos effecturum magnum illud miraculum resurrectionis mortuorum quæ erit signum quod visuri sunt, tuba quam audituri. hoc pacto omnes Deum cognituros, nec opus fore ut viventium alii alios doceant, & impletum iri terram scientiâ Domini, & amotū cor lapideum, non quod tolletur liberū ipsorū arbitrium, sed quod ipsorum cor in circumcisum flectetur, iis quæ visuri sunt permotum, ideoque credituros *Davidem* Principem esse & Pastorem, qui & ipse tum resurget, & abundatura visiones propheticas, tum quod resurrecturi sint Prophetæ, tum quod hominum pleriq; prophetiæ idonei, atque omnes tunc ab iis qui mortui fuerant, edoctos fore invocare nomen Domini, etsi enim legē ejúsq; linguam ignorent, nomen tamen hoc edifcent, unáque cum vocibus & tonitruis exclamabunt *Dominus Unus, Dominus unus*, ideoque decem homines fimbriam *Judæi* prehensuros, dicentes, *Audivimus Deum vobiscum esse.* sc. hoc prædicātibus mortuis qui resuscitati sunt, &c.

Ad hanc *Rad.* reduci potest partim quinta in præf. ad *Is.* ubi scribit finem resurrectionis duplicem esse, unum *Israeli* proprium, alterum illis cum aliis communem, Primum quò pii

Israelitæ

Israelitæ qui in captivitate & exilio mortui fuerint tristitiâ oppressi, nec bonum comederint, salutis Domini in liberatione futurâ participes fiant: Secundum qui omnibus gentibus communis est, quia nēpe gentes passim in terris suis à Dei veritate errantes & Idola colentes, à vero creationis suæ fine aberraverint, ne frustra esset generis humani creatio visum est Domino illis viam rectam patefacere quo consumantur peccatores è terrâ & omnis nequitia occludat os suum, excindantúrque penitùs Idola, & omnes terræ incolæ agnoscant Dei esse Regnum ipsúmque in gentes dominari: hunc in finem creaturum Deum novum quid in terra mortuos vitæ restituendo, è quibus alii erunt perfectè justi, alii prophetæ, alii sapientes sæculo suo insignes omnibus noti, alii verò iniqui, Reges, *Cæsares*, mundi Magnates nuper mortui atque ab omnibus noti, ut ita omnes uno ore prædicant Dominum esse Deum, ipsúmque & nomen ipsius Unum, patres verò suos mendacium amplexos esse, nec esse in iis quod prosit, *Mosen* vero ac legem ipsius veracem esse. Cùm ergò viderint homines opus Domini quod terribile sit, & qui resurrexerint, præmium mundi animarum justis ex *Israele* repositum, pœnam verò sceleratis & peccatoribus, unáque veritatem Dei, & hominum in sententiis suis errorem declaraverint, commotum iri corda hominum, ipsósque relictis Idolis, verbis eorum qui resurrexerint auscultaturos, neque amplius vanitatem sectaturos, atque hunc esse Diem Domini magnum & tremendum de quo locuti sunt Prophetæ.

Item Radix XII. sc. sæculo resurrectionis non futuros amplius Reges aut Principes inter homines, sed omnes eo modo quo initio creationis, & vivente *Adamo* pares

futuros; quin ſcil. regibus opus non erit vel ad bella, cum pax in tota terra futura ſit, nec quis aliis metum incuſſurus; vel ad judicium exercendum, quia Judicium Domino erit, eritque Dominus Rex in totam terram: quod innuit *Iſaias*, &c.

It. XIII. ſcil. extirpatum iri ſæculo reſurr. omnes Idololatriæ ſpecies, omnéſque imagines & ſculptilia, indicantibus iis qui reſurrexerint ob hoc præcipuè obſignatam fuiſſe iniquitatem ſuam. hoc innuiſſe *Iſ.* c. 2. 20, &c. quæ etiam intelligenda ait de * * * אמונה (relicto ſpatio quo forſ. Chriſti nomen legebatur) quia & tum in ipſum credere deſinent ipſúmve ſequi, quia ארם היה כאחר ממני *Homo erat inſtar unius è nobis*, cujus ſpiritus in naribus ipſius eſt, & ob quid magni fiat ipſe? ad hoc digitum intendiſſe *Iſaiam, diceris decus juſto. &c.* Mirum autem qui hæc in editione veteri *Italica* correxerunt, vel nomen illud vel non plura deleviſſe. in editione recentiori *Amſtel.* repoſitum habetur nomen *Jeſu*.

Radix undecima.

בפועל המחייה *De efficiente reſurrectionis.* Ineptas hîc quaſdam antiquorum Philoſophorum Aſtrologiæ deditorum ſententias recenſet, qui legis divinæ lumine non illuſtrati, cauſâ efficientem reſurrectionis ſtatuerunt exercitum cœleſtem, dum certis temporibus certas accidere voluerint planetarum & ſignorum cœleſtium, Syzygias quarũ vi univerſus rerum ſtatus neceſſario corumperetur, deinde ad priſtinum ſtatum rediret, mira de his ſenſiſſe *Indorum* ſapientes, quorum alii mundi durationem ſtatuerunt quater millies mille, & trecentorum & viginti mille annorum

annorum, quorum ſpatio in actum prodere poſſint omnia quæ ab initio creationis in potentia fuerunt: ac tum reverſura ſidera omnia, ad idem punctum in quo creata ſunt. Alii eam annorum tricies ſexies mille ſpatio definiunt, quo ſtellæ fixæ toto orbe cœleſti peragrato ad eam unde primo exierint partem reverſæ fuerint. alii eidem annorũ trecenta & ſexaginta millia tribuunt, juxta uniuſcujuſqe ſphæræ partes, quarum partium ſingulæ mille annis inſerviunt: alii mundo annorum millia duodena juxta ſignorum Zodiaci numerum tribuunt: alii quadraginta novem millia, habitâ ratione ſeptem Planetarum quorum ſingulos ſeptem mille annis mundo dominari putant: alii ſeptem tantum mille, ſecundum numerum etiam ſeptenarium planetarum quorum unuſquiſque mundo mille annis imperet, millenario verò ſeptimo qui pènes *Saturnum* eſt, omnia corruptum ac deſtructum iri, donec ipſius dominii ſors exitum habeat, redeunte ad *Jovem* imperio millenario octavo, quo tempore renovabitur mundus & ad ſtatum priſtinum redibit hæc retuliſſe ait *R. Abrahamum Bar Chaia* in l. *Megalleh Hammegillah*, ubi & ſententias antiquorum recenſet quæ vel ſignis Zodiaci omnia tribuunt (nixæ על קו התהוואבני בהו) vel planetis nihilo magis ſolidè. Quas omnes ſententias inde in mentem hominibus iſtis veniſſe autumat quod à priſcis ſæculis aliquid per traditionem de reſurrectione aliquando futurâ accepiſſent. Quorum ſententiam hinc refutat, quod non aliam ſtatuant reſurrectionem quam quâ proceſſu temporis redeant res ad eum quo ab initio hoc uſque tempus fuerunt ſtatum vi cauſarum cœleſtium ac motuum ipſarum; cum *Moſis* doctrina doceat mundo ſtatum ſuum retinente, reſurrecturos mortuos, eoſdémque individuos corpore & anima

nima vitæ isti simul restituendos, iisque qui in vivis tunc erunt consociandos, quod miraculum, dum simul resuscitabuntur mortui, simile (inquit) erit sine dubio, primæ *Adami* creationi, quia sicut ipse è pulvere creatus est inspirante in nares ipsius Domino halitum vitæ, statúque perfecto productus, eúmq; in finé creatus ut serviret Deo, ita futura est resurrectio mortuorū, quam ideo nemo præter Deum qui mundum de novo creavit efficere potest. quo digitum intendit in *Mose* dicens *Ego Ego ille, Ego morti trado & vita restituo.* i. Ego qui creavi, & ego qui resuscito. quin & tradidisse sapientes resurrectionem (*a*) ex iis esse quæ non sunt in legati alicujus manum tradita. *Eliam* & *Elisham* non suâ ipsorum potentia mortuos resuscitâsse, sed hoc à Deo precibus impetrâsse ut ipse faceret, uti ex historia patet, cùm in aliis miraculis patrandis non legatur *Elisha* ad preces confugisse, quia licet alia in mundo mira præstandi potestas data sit Prophetis, at non in animam & vitam hominis potestatem habet præter solum Deum qui illam creavit. inde. & in (*b*) benedictionibus ipsorum hoc Deo proprium adscribitur. *Tu potens in sæc. Domine, qui vita mortuos restituis &c.* quia hoc in ipsius solum potestate est, atque ex iis in quibus potentia ipsius immediatè elucet.

In Sanhed. & in Cbelck. Taani c. 8. §. 2. in Ein Israel.

(*b*) Alludit ad dictum Antiquorum ג׳ מפתחות לא נמסרו לשליח של חיה ושל גשמים ושל תחיית המתים *Tres claves non sunt tradita ulli legato, Vita, Pluvia. Resurr. mortuorum.* ubi obiter notandum, inter opera Dei propria, quæque non minorem indicant potentiam quam ipsa mortuorum resurrectio, quæ ab omnibus è miraculorum præcipuis numeratur, esse & pluviæ demissionem & distributionem, quod & nomine illo quo in sententia sæpius cum

cum de resurrectione loquuntur laudatâ appellari solet, innuitur scil. גבורת גשמים q. d. *Potentia pluviæ*, quæ quare ita appelletur hanc rationem reddunt, מפני שיורדין בגבורה *quod non nisi per potentiam descendant*, ut in *Job.* c. v. 10. שנותן מטר על פני ארץ *Qui dat pluviam super faciem terræ*, &c. adeo ut שקול יום הגשמים כתחיית המתים *Dies pluviarum ejusdem momenti sit cum resurrectione mortuorum.* v. *Ein Is.* ad *Taani.* c. 1. § 1. ad quem loc. & *Caph Nachat* גבורות לפי שהן אחת מגבורותיו של הקבה' *Giboroth* [vocantur] *quoniam unum ex iis sunt in quibus elucet potentia Dei*, adeò ut non immeritò *B. Paulus* inter ea quibus se omnibus notum fecit Deus nec testimonii expertem reliquit, recenseat, οὐρανόθεν ἡμῖν ὑετοὺς διδούς. *Act.* XIV 17.

(*b*) Sic *Joseph Albo Ikkar.* l. IV. c. 35. לפי שזה הדבר רחוק מאד מדרך הטבע יחסו אנשי כנסת הגדולה במטבע הברכות זה הדבר ל גבורת השם ית' ואמר אתה גבור לעולם ה' מחיה מתים אתה ורב להושיע כלומר אתה גבור ויכול על כל דבר שיצוייר מציאותו אצל השכל ואין גבורתך כגבורת ב"ו כי גבורת ב"ו היא להמית את החיים וגבורת השם ית' בהפך שהיא להחיות את המתים והזכירו בברכה זו חסדיו של הקבה' עם בריותיו בהיותם בחיים ואמ' מכלכל חיים בחסד ואחר המות אמרו מחיה מתים ברחמים רבים &c. *Quia hoc ordinariam naturæ legem longe excedit, ideo ipsum attribuerunt Viri Synagogæ magnæ in benedictionum suarum formula, potentiæ Dei Benedicti, dicentes*, Tu potens in sæculum Domine, tu mortuos vitæ restituis, & multæ potentiæ es ad salvandũ. q. d. *Tu fortis, & potens es ad omnia perficienda quæ intellectu concipi possunt: neque est potentia tua ut potentia carnis & sanguinis: Potentia enim carnis &*

ſanguinis eſt ad vivos morte afficiendos, at potentia Dei benedicti è contra ad mortuos vita reſtituendos, atque in eadem benedictione recenſent beneficentias Dei S. B. erga creaturas ſuas tam dum in vivis ſunt, dicendo, Qui ſuſtentas vivos beneficentiâ, *quam poſtquam mortuæ fuerint, dicendo,* Qui vivificas mortuos miſericordiâ magnâ *: in reliquis innuunt miſericordiam ejus :* at הזכירו רחמים רבים על תחיית המתים *Miſericordias magnas memorant de reſurrectione mortuorum loquentes, quia ſcil. majoris hoc miſericordiæ quam cætera Dei beneficia quæ in vivos conferuntur.*

Radix Duodecima.

Juxta ſententiam *Ramban* eſſe Deo quæ in mundo exercet, שלשה מיני דינין *tria Judiciorum genera.* Primum die ר״ה ſeu ineuntis anni primo quotannis peragendum, quo adjudicantur homines לחיים ולמות (a) *vitæ & morti,* & prout in *Muſaph*, ſeu liturgia iſtius diei addititia traditur, quænam urbes excidio deſtinandæ, quænam pace fruituræ &c. cujus ratio in *Gemara* nulla redditur, at in *Bereſhith Rabbah* hæc, quòd ſcil. cum initio anni conditus eſſet *Adam* eodémque die judicatus, dixerit ipſi Dominus, ſicut tu hoc die judicatus es, ita futurum eſt ut filii tui hoc ipſo die judicandi ſint. Monet interim eo quod dicit de hominum vita & morte pronuntiari, non tam intelligendum, utrum victuri ſint an morituri, quam utrum יהיו חייהם טובים *futura ſit vita ipſorum felix* & proſpera, quæ ſola pro vita habenda, an dura & calamitoſa, quæ pro morte reputatur *. huic conſonum eſſe quod in *Gemara* dicitur Tres libros aperiri cujuſlibet anni initio, primum *Perfectè juſtorum*, ſecundum,

** Sic dicunt עני &c. pauper, leproſus, cæcus, & liberis carens pro mortuis habentur.*

perfectè

perfectè malorum, tertium, [inter eos] *mediorum*. & quod in *Mishna*, Quatuor temporibus statis judicari mundum. ad *Pascha* enim de terræ proventu statui; ad עצרת *Pentecosten*, de arborum fructibus; ineunte anno omnes qui in mundum venerint coram Deo sisti כבני מרון *instar agnorum*; in חג [*festo tabernaculorum*] de aquis judicium ferri. Primum hoc judicium ad corpus & res tantum corporeas spectare ait. Secundum Judicium esse cum anima è corpore migrat, tunc enim de quovis homine secundum opera ipsius statui bonos in *Gan Eden* seu Paradisum admitti, malos in Gehennã detrudi, medios gaudio exclusos dies aliquot manere donec vel mundentur ipsorum animæ, vel Deus pro misericordia sua, peccata ipsis remittens pro innocentibus habeat. adeò ut judicium hoc animæ proprium sit, cum de ea quæritur קבעת עתים לתורה *num certas horas legis studio præstituisti*, aut פלפלת בחכמה *diligenter scientiam indagasti*, &c. (b) de duobus his judiciis inter utrumq; *Mosen*, *Maimonidem* sc. & *Nachmanidem* convenire, Tertium demum futurum post resurrectionem mortuorum, diem nempe judicii magnum quo judicabitur totus mundus de quo locuti sunt, cap. 1. *Rosh Hashanah*, ubi dicit בש *Shammai secta* in tres classes distribuendos homines die judicii: primam, perfectè malorum: secundam, perfectè bonorum: tertiam mediorum: perfectè bonos vitæ mundi futuri adscribi atque obsignari, perfectè malos statim Gehennæ, juxta illud [è *Daniele*] *Multi è dormientibus in terra expergiscentur, hi ad vitam æternam illi ad opprobrium & contemptum perpetuum*; Medios autem [quorum merita peccatis paria] in Gehennam descensuros [ibique] ejulaturos deinde ascensuros, sicut dictum est, & *Traducam tertiam partem per ignem*, de quibus etiam dixit *Annah*,

S ſ ſ 2 *Dominus*

Dominus morte afficit & vita restituit, in infernum detrudit, & ascendere facit. *Hillelis* autem sequaces, Dominum qui magnæ est misericordiæ, ad misericordiam inclinaturum, hoc esse quod dicit *David, Dilexi quod audiet Dominus* &c. *Psal.* CXVI. 1. usque ad, *Attenuatus sum & me servabit. v.6.* quemadmodum & explicat *R. Salomo* verba ista, *Tres classes die Judicii*, Dies (inquit) ille conventus est, ad omnes judicandos, præstiturus, sicut scriptum est, *Dies Domini*
Mal.4.5. *magnus & terribilis*, cui etiam assentiunt alii Docti quamplurimi. *Ramban* c. *Gamul*, *De hoc* (inquit) *judicio magno, juxta sententiam suam dixerunt, in* Mishna c. Chelek *generationi diluvii nullam esse sortem in mundo futuro, nec in judicio staturos.* Sodomi *incolis, nullam esse in mundo futuro sortem, staturos tamen in judicio, de eo etiam loqui* Prophetam, Stat Dominus ad litigandum, & stat ad judicandum populos *Is.* III. 13. *cum aliis scripturæ textibus non paucis qui de judicio hoc futuro loquuntur, futurum*, scil. *corpori & animæ commune.* In *Mecilta* dixerunt, *Si Sabbatum observaveritis liberabimini à decreto ultionis* [sumendæ] *& à die* Gog *&* Magog, *& à doloribus* Messiæ, *& à die Judicii magni.* Dixerunt etiam sapientes, Cum *Pythonissa* eduxit *Samuelem* metuisse illum ne jam advenisset dies Judicii, ideoque dixisse, *Quare me commovisti, ut ascendere me faceres?* Scripsisse etiam *Ramban*, licet in singulis istis judiciis distinguantur homines in tres classes, esse tamen inter ea differentiam. Primo, quod judicium primum corporis, tantum sit, secundum animæ tantum, tertium utriusque simul, Secundò quod in judic. secundo perfecte justi in *Gan Eden* admittantur in mundo animarum, non tamen ibi accipiant mercedem præceptorum, verum in tertio judicio mercedem ultimam seu summum præmii gradum accipiant.

accipiant, tertiò quòd in judicio secundo perfectè improbi statim *Gehennæ* assignentur atque in eo judicentur non tamē נכרתים מכל וכל . *penitus excidantur*, at in judicio magno נכרתים מחיי עולם *à vita æterna (c) excidantur ac denuo in Gehennam in sec. seculorum cruciandi relegentur*. Quartò quòd in judic. secundo, (*d*) Medii status homines ejulant, supplicant, scil. ut in locum quietis educantur, durátque judicium ipsorum duodecim mensibus post quos evomente ipsos *Gehennâ* silentio traduntur, at in judic. magno illo tertio medii illi rursū duodecim mensibus judicantur [seu cruciantur] quibus exactis, corpus ipsorum consumitur, anima igne crematur, ventúsque ipsos sub plantis pedum justorū, dissipat. Ita, inquit, se habet sententia ista prout eam ordinavit *Ramban*, quam ad examen revocare ut quid in eâ falsum est à vero discernatur, hujus loci non esse, alibi se hoc facturum & in *Zedek olam* fecisse, hîc sufficere ut supponatur à Deo tria in mundo judicia ista exerceri.

(*a*) Verba enim in *Nachmanide* è tract. *Talm. Rosh Hashna* c. 1. desumpta) ita se habent, צריקים גמורים נכתבים ונחתמים לאלתר לחיים רשעים גמורים נכתבין לאלתר למיתה בינונין תלוין ועומרין מראש השנה וער יום הכפורים זכו נכתבין לחיים לא זכו למיתה *Perfectè justi adscribuntur & obsignantur statim vitæ, perfectè mali statim adscribuntur & obsignantur morti: medii suspensi* [seu dubii] *manent ab initio anni usque ad diem expiationum; si meriti fuerint, vitæ adscribuntur, sin minus morti.* Ubi & monet quod dicitur, *Perfectè justi*, & *perfectè mali*, intelligendum respectu operum quæ jam proximè fecerint, adeo ut hâc ratione qui revera malus est, (instar *Achabi*) in hoc judicio quod hanc vitam spectat pro justo habeatur, qui pius (nec pro-

 phetarum

phetarum aliquo inferior) pro malo, cùm Deus malorum benefacta in hoc mundo remuneret, & de piis pro peccatis suis pœnas sumat: at respectu seculi futuri alia sit ipsorum ratio, atque aliter de iis sententia feratur.

(*b*) Tertii enim nullam rationem habuisse videtur *Maimonides*, utpote qui non aliam universo hominum cætui sententiam expectandam quam quæ de unoquoque horâ mortis suæ fertur, putaverit, ideoque non aliud mundi futuri nomine intelligendum quam statum illum in quem unusquisque statim à morte transfertur, ibi in perpetuum mansurus, exceptis iis qui tempore resurrectionis in hunc mundum remissi, eò iterum exuviis corporis denuo depositis redituri sint, majori forsan gaudio fruituri. hoc enim diserte asserit *Halac. Teshubáh*, c. 8. §. 8. non ideo mundum futurum vocari, quòd non jam reperiatur, aut huic destructo demum successurus sit, sed quòd אותן החיים באין לו לאדם אחר חיי העולם הזה שאנו קיימים בו *Vita ista homini contingat post vitam hujus in qua jam sumus mundi*, cum *Ramban*, statum istum qui justos statim à morte excipit, alium esse velit ab eo qui mundi futuri nomine gaudet, cúmque *Gan Eden* seu Paradisum dici, cum Mundus futurus ille propriè sit qui Judicium universale sequitur, quod aliud est à particulari isto quo de unoquoque horâ mortis statuitur. Illud autem sic describit יש לדעת רבותינו עוד יום מועד לדין עמים והוא יום שהנביאים מיעדין אותנו הנה יום בא בוער כתנור ואמר מלאכי יום יי הגדול והנורא ואמר ישעיה * כי כמו שנדונין בראש השנה על חיי העולם הזה ונידון כל אדם ביום מיתתו על שכר נפשו ועונש גיהנם כן נידונין הכל ביום מתחלת

* Hic deesse aliquid videtur.

מתחלת ימות התחיה על ענין אותו שכר העתיד לעולם הבא אם ראוי לתחיית המתים ולנעם הגוף והנפש באותו זמן וכן כתוב באותו העת ורבים מישיני אדמת עפר יקיצו אלה לחיי עולם ואלה לחרפות לדראון עולם והם הרשעים כגון אומות העולם עכו״ם שיגמור דינם לדראון עולם ושלא ינעמו בחיים ההם אלא ישארו בדראון שלהם או יכפל עליהם עונש ממדה קשה לרעה ממנה כפי מה שנתחייבו *Est secundùm opinionem majorum nostrorum dies condictus etiam judicandis populis, qui est dies quem promiserunt nobis Prophetæ*; Ecce dies venit ardens instar clibani, *dixitque Malachi*, dies Domini magnus & terribilis, *& Isaiah &c. Sicut enim judicantur initio anni quod ad hujus mundi vitam, & de unoquoque horâ mortis suæ statuitur quod ad præmium animæ ipsius, & pœnam Gehennæ, ita die quodam è diebus resurrectionis prioribus judicantur omnes respectu præmii quod accepturi sunt in mundo futuro, utrum dignus sit quis resurrectione mort. & voluptate corporis & animæ isto tempore futurâ. atque ita scriptum est*, Et illo tempore multi è dormientibus in terræ pulvere expergiscentur, hi ad vitam æternam, illi ad opprobrium & contemptum sempiternum, *qui sunt improbi*, e. g. *Gentes Idololatricæ, quorum judicium ad contemptum sempiternum determinabitur, & ut ne vitâ illâ delitientur, sed maneant in eo quo sunt contemptu, vel ut duplicetur illis pœna à statu malo ad pejorem prout meriti sunt.* Mal. p. 1. 1. & 5.

Vitio ergo vertere videtur *Maimonidi*, quod nulla judicii universalis mentione factâ *Olam Habba* qui supremus est felicitatis gradus, cum *Gan Eden* præmio ipsi prævio minúsque perfecto confundat, & è pœnis Gehennæ eas quæ jam sunt *GanEden*, seu Paradiso oppositæ ac judicium illud præcedunt, cũ gravioribus illis quæ idẽ sequũtur. *Gan Eden* interim

interim duplici intellectu venire, significare enim primò Paradisum terrestrem propriè sic dictum, secundò sensu figurato, statum vel locum in quo gaudio fruuntur justorum animæ postquam ex vivis excesserint: qui & aliàs vocatur צרור החיים *Fasciculus vitæ*, & כסא כבוד *Solium gloriæ* sub quo reponi dicuntur justorum animæ, & עליה *cœnaculum*: & ישיבה של מעלה *Consessus seu schola superior*, (f. 105. 1.) nunquam *Olam Habba*, ideoque ubique de justo quovis qui mortuus fuerit, in *Talmude* dici illum esse בגן עדן *in Paradiso*, nunquam in *Olam Habba*, sed potiùs מזמן לחיי העולם הבא *Mundi futuri vitæ paratum*. *Josephus Albo* ad istam inter *Rambam*, & *Ramban* differentiam tollendam ait *Olam Habba* usurpari aliàs communiùs pro prœmio futuro, seu statu feliciori ad quem post mortem transfertur anima הן המדרגה הבאה לו לאדם אחר תחיית המתים הן המדרגה הבאה לו מיד אחר המות *Sive intelligatur gradus iste qui homini demum post resurrectionem mortuorum contingit sive ille qui statim à morte; aliàs strictius & סתם simpliciter*, pro gradu isto post resurrectionem. primo sensu intelligi ubi dicitur, *Omni Israelitæ sors in seculo futuro*, posteriori ubi, *Illi sunt quibus nulla sors est in sec: futuro*. Ibi enim de gradu felicitatis illo intelligi cujus participes fiunt post ref. mort. & יום הדין הגדול שהוא אחר תחיית המתים *Judicium magnum quod posterius est resurrectione mortuorum*, qui est perfectè justorum tantum qui resurrectionis participes erunt, cùm in eo majora quā antea mandata præstando mereantur, cùm gradus prævius & inferior iste *Omni Israelitæ* contingat, & unusquisque ipsorum in *Olam Haneshamoth*, mundo animarum, gradum aliquem & sortem consecuturus sit ut & חסידי אומות העולם *aliarum gentium pii*. Gradum istum inferiorem intra duodecim menses

menses à morte vocari ait *Gan Eden*, quo nomine denotatur מדרגה חסרה מתוך יב' חדשים ולאחר יב' חדשים יעלה למדרגה ממדרגות העולם הבא והיא מדרגת שלמות וכבוד *gradus imperfectior intra duodecim menses, post quos evehitur quis ad gradum quendam è gradibus seculi futuri, perfectionis, nempe & gloriæ*, tum dici animas, גנוזות תחת כסא הכבוד *sub solio gloriæ reconditas esse*. C. XXXIV. dicit animas justorum ex veterum sententia prioribus duodecem mensibus ascendere & descendere nondum loco fixas, אבל לאחר יב' חדשים נשמה עולה ואינה יורדת *at isto spatio exacto ascendere spiritum ita ut non amplius descendat*. quo innui vult etiam justorum animas haud facilè statim à rerum terrenarum quibus assuetæ sunt studio avelli: tempus purgationis & defæcationis duodecim menses statui כלומר זמן מקיף כד' תקופות שהם כוללים כל החלופות שיקרו בזמן q.d. *tempus quo revolvuntur quatuor anni tempestates quæ omnia temporis eventa continent*. ideoque intra duodecim menses potuisse *Pythonissam Samuelem* evocare. Solus *Elias* adhuc ascendere & descendere traditur. De istius sententiæ explicatione, scil. duodecim mensibus animas ascendere & descendere, consuli potest *Ramban* c. *Gamul* f. 103. Ejus quod dicunt, ער יב' חדש גופו קיים ונשמתו עולה ויורדת לאחר שנים עשר חדש גופו בטל ונשמתו עולה ולא יורדת *duodecim mensibus permanet corpus ipsius animaque ascendit & descendit, postea corrumpitur corpus, animáque ascendens non amplius descendit*, sensus est (inquit) tamdiu כח הגוף קיים *vis corporis remanet*, & anima inclinat לרעתה ולמעשיה כאשר היתה &c. *ad opiniones & facta sua quibus assueta erat*, quam [propensionem] post duodecim menses exuit, & לבשה מלאכות *Angelicam naturam induit*, & coronatur

natur coronâ seculi futuri *Shel Olam habba*. animas ergò istis duodecim mensibus quasi in *Paradiso* terrestri collocari à veteribus sensu vero, nec tamen absurdo, tempore autem resurrectionis revera Paradisum propriè dictum משמש עוד בגמול גשמי במש &c. *inservire præmio corporeo simpliciter*; ut ad artic. 14. visuri sumus.

(*c*) Postulat locus iste ut in sensum & significatum nominis *Cereth* seu Excidii, cui post mortem obnoxiæ sunt improborum animæ, paulo altiùs inquiratur, cum discrepantes sint de ipso, perinde ac de statu animarum à corpore separatarum, Magistrorum sententiæ: quem tamen laborem nobis supervacaneum prorsus reddidisset *Abarbenel*, si eâ quâ expectaveramus, fide ab aliis ea de re prodita retulisset.
p.186, Rectène enim ab ipso affirmetur (ut videre est in Excerptis ex ipsius in legem Commentario , à Cl. *Buxtorfio* editis) *Maimoniden* & *Nachmanidem* consentire tum in Excidio a-“nimali (quod vocat, animæ sc. proprio) quod consistat in “privatione animæ, & corruptione vel destructione ejus “totali; tum in excidio quod in Idololatram & blasphe-“mantem pronuntiatum, quod est corporis & animæ; dubitabit lector cum hanc à *Manasse Ben Israel* inter duos istos magni nominis sapientes differentiam statui viderit, quod *Maimonides* Excisionem animæ ejus annihilationem esse existimaverit, secus autem *Nachmanides*; multo magis cum eorum scripta penitiùs inspexerit, ex quibus nec vel alterum forsan eorum in hâc sententia fuisse deprehendetur. Quid autem intelligi voluerit *Abarbenel* per *animæ privationem & destructionem totalem* in ista quam illis affingit, sententia, patet ex ipsius verbis ubi suam explicat; per excidium scil. intelligi *elongationem à splendore Majestatis*

jeſtatis Divina &c. non autem privationem. animæ meram, aut deſtructionem totalem; Eſt enim (inquit) *ſubſtantia ſpiritualis, per ſe ſubſiſtens & naturâ ſuâ incorruptibilis.* Ut ergo ſuo in his judicio utatur lector, cum vel *Abarbeneli*, vel *Manaſſi Ben Iſrael* fides neceſſario deroganda videatur, autorum iſtorum ſententiam ex ſuis eorumq; qui ipſos ſecuti ſunt, ſcriptis depromptam paulo fuſiùs ipſi ob oculos ponemus. ac primo *Maimonidis* qui animas peccantium excidio è medio prorſus tolli ſtatuere pluribus viſus eſt, deinde *Nachmanidis* qui contrarium planè aſſerit, & vel *Maimonidem* aliter ſenſiſſe oſtendere conatur. A *Maimonide* ergò prolata quæ ita ſonare videantur, ac ſi pœnâ excidii animam ad nihilum redigendam autumaret, occurrunt, tum in ſuperioribus, p. 154. ubi ultimum miſeriæ gradum eſſe aſſerit, ut exciſa pereat anima, ne durationem conſequatur, atque eſſe hoc *Cereth*, cujus in lege fit mentio; tum in *Yad*, tract. de pœnitentia c. VIII. §. I. ubi ait, *Retributio impiorum hæc eſt, ut ne habeantur digni vitâ, ſed exciſi moriantur. Quicunque verò non habetur dignus vitâ iſtâ, ita mortuus eſt, ut non vivat in ſeculum, ſed in impietate ſuâ exciſus, inſtar beſtiæ pereat. Atque hoc eſt Cereth cujus in lege meminit, ubi dicit,* Excidendo excidetur anima iſta, *quæ traditione accepimus ſic intelligenda, ut verbum* [Excidendo] *ad hoc ſeculum,* [excidetur] *ad futurum ſpectet: ac ſi diceret, Anima iſta quæ à corpore in hoc mundo ſeparata eſt, non ſolum vitâ mundi futuri non habebitur digna, ſed & ab illa prorſus excidetur.* Ac rurſum §. 5. *Vindicta quâ nulla major, eſt ut excidatur anima, nec digna cenſeatur vitâ iſtâ, ſicut dictum eſt,* Excidendo excidetur anima iſta, iniquitas ejus ipſi ineſt. *Atque hæc eſt perditio quam Prophetæ parabolicè appellarunt* P[illegible]m perditionis, *&* Abaddon, *&* Tophet, *&*

[Alukah] *Hirudinem, nec non quolibet vocabulo consumptionem & corruptionem denotante; quia consumptio est post quam nulla est* תקומה Tekumah [*instauratio*] *& corruptio, à qua nullus unquam regressus*. Videri potest celebris iste Magister, hæc legentibus, statuere impiorum animas non tam à gaudio vitæ futuræ excludi in miseriam sempiternam ablegatas, quam deleri prorsus, atque è medio tolli. quod idem sensisse & *R. Davidem Kimchium* multa in ipsius commentariis occurrunt quæ suadeant: quia tamen contrarium defendit Cl. V. *Sixtinus Amama*, de eo litem movere nolo. Addam potiùs nonnulla quibus *Ebn Latiph* eam quam à *Rambam* aliísque hauserat, sententiam expressit הענש הנמור הוא הכרת הנפש ממעלה זו ואכרה רצוני לומר אפיסתה ׳וזהו הכרת הנאמר בתורה וזהו מאמר החכם עה׳ בתמיהה ואיך ימות החכם עם הכסיל כלומ׳ היאך יתכן שימות החכם עם הכסיל כי נפש החכם תשאר אחר מותו ונפש הכסיל תלך אל האפיסה *Pana* (inquit) *absoluta est, ut excidatur anima à gradu isto* (gaudii scil. quo piorum animæ in præsentia majestatis divinæ afficiuntur) *& perditio*, (viz. ut non ampliùs sit vel ad nihilum redigatur) *quod est Excidium cujus in lege mentio, atque hoc est quod dicit Sapiens admirabundus*, Et quomodo moritur Sapiens sicut Stultus q. d. *Quomodo fieri potest ut moriatur Sapiens cum Stulto? cùm anima Sapientis permaneat post mortē ipsius, at anima Stulti vadat ad defectum, seu, esse desinat, &c.* idem aliis testimoniis probare satagit è *Jobo* &c. & verba *Davidis* יאבדו ובער יחד כסיל exponit ילכו לאבדון שהוא האפסה abeunt in perditionem quæ est ἀπώλεια τοῦ εἶν ut. & in *Prov.* de אפיסת השארות *cessatione permanentiæ* dixit, (inquit) כי לא תהיה אחרית לרע *quia non erit residuum malo*

malo, lucerna improborum extinguetur. Assimilavit (inquit) Sapiens iste animam lucernæ, dicendo, *Lucerna Domini Spiritus hominis.* Perpende (inquit) duo loca ista & vide quomodo ea confirment præmium & pœnam spiritualia, eáque ad animam pertinere, & מהות seu *quidditatem* (si ita cum barbaris loqui liceat) præmii statuant השארות *Permanentiam*, pœnæ autem אפיסת השכר *ut cesset præmiũ*, (ni forsan potiùs dicendum הנפש *Anima*) ad quod proband. & alia addit loca, qualia, inquit, בכלל המקראות הרבה *multa in Scripturis occurrunt*, ut ואין איש שם על לב *et non est qui animum apponat.* Idē dum dictum quoddam Sapientum eodem spectans, interpretatur, ait esse *Gan Eden* כנוי השכר *remunerationis*, & *Gehennam* כנוי אפיסתו *privationis ejus appellationem.* Hæc tract. primi cap. 26. quod ita concludit, *Sicut animabus justorum multi sunt præmiorum gradus alii aliis præstantiores, ita & animabus quæ pœnis adjudicantur prout alia alias impietate superant varios esse pœnarum gradus, unicuique secundum impietatem suam* מקצתן יהיה עונשן תמידי וקיים לעדי עד ומקצתן יגיע ענשן והיסורין הממרקין לגבול ידוע כפי חיוב רעותיהן ומעשיהן ומקצתן תלכנה לאפיסה *aliarum enim pœna perpetua erit & permanens aliarum pœna & castigationes abstergentes* (quæ purgant à peccati labe) *ad terminum certum perveniunt pro ratione opinionum & factorũ ipsarum, alia autem ad nihilum rediguntur*, deinde c. 28. ubi citat dictum illud *Rabb. Post duodecim menses corpus eorum absumitur, anima igne comburitur & ventus eos dissipat sub plantis pedum justorum* quasi ad classem istam quam *Alfarabii* verbis *Urbem stultorum* indigitat, pertinens (eorum qui bona nec norunt nec quærunt, nec appetunt, nec faciunt) per illa *Igne cremantur*, intelligi ait, שלא תשאר מציאות לנשמותיהם כלל *Non fore ullatenus superstites ipsorum spiritus*

 ritus

ritus, quod eſt inquit, הענש הגמור והכרת המוחלט והאבדון והפסד שאינו חוזר *pœna perfecta, & exidium abſolutum, & perditio & corruptio qua nunquam revertitur* והוא הענש הגדול שבמיני העונשים *quæ eſt pœna inter omnes pana ſpecies maxima*. Deinde animas eorum qui המדינה מרשעת ſeu *Civitatem maleficam* conſtituunt,[eorum ſcil. qui vera norunt,licet mala ſectentur] cùm à materia,& rebus ſibi deſiderabilibus ſeparentur, ab affectibus contrariis, quos partim à rerum bonarum ſcientia quæ eos à materia abſtrahit contraxerunt, partim à rerum malarum conſuetudine, qui eos & jam ipſas deſiderare cogunt, perpetuo cruciari, & in diverſa abreptas diſcerpi ותשיג הנפש מן ההפכים האלה נזק גדול *magno, ab iſtis contrariis, malo animam apprehendente*,dolorémque iſtum ſui ſimilium conſortio augeri, &c. ita pœnam iſtam ſpeciem ſecundam eſſe earum quæ גיהינם *Gehenna* audiant. Eſtque hæc pœna תמידי וקיים לעדי עד *æterna & perpetuo duratura* quæ contraria eſt העונג *gaudio*, *necnon* הפך חיי העולם הבא *vitæ mundi futuri*. de iſtis dici à ſapientibus, *Hæretici, Apoſtatæ, Traditores, Epicurei, Qui à viis congregationis ſe ſeparant, Qui terrorem ſuum in terram viventium injicere aſſueverunt, &c. in Gehennam deſcendunt, ibique cruciantur in æternum, ſicut dicitur, vermem eorum non mori &c.* Tertiam ſpeciem pœnarum quæ nomine *Gehennæ* comprehenduntur ait eſſe illam Mediorum quos dicunt, quos *Rabbini* dicunt in *Gehennam cum ejulatione deſcenſuros, dein aſcenſuros*. Videtur hic tamen interim à *Rambam* in hoc diſcrepare quod ille omnium improborũ animas abolitũ ire cenſeat, hic (ut & alii) aliquorum tantum; iſtorum nempe quos tertiæ claſſis cives appellat. Libri *Abu Nasſeri AlFarabii* quos citat autor iſte, ſunt quibus titulos indidit كتاب المدينة

المدينة الفاضلة والمدينة الجاهلة والمدينة الفاسقة *Liber civitatis præstantis, civitatis stultæ, & civitatis maleficæ.* Haud parum ab hac (prout sonare videtur) diversa est, *Nachmanidis*, quâ animarum in altero seculo excidium, sive *Cereth* definit, sententia. quo nomine העונש הגדול *pœnam maximam* indigitari dicit, esseque ipsum באמת אבדון הנפש *reverâ animæ perditionem*, at talem quâ non intelligatur aliud quàm עונש וצער *pœna & afflictio*, cum ea sit animæ rationalis quæ impiis inest, natura ut interire instar aliarum non possit, si ita comparata esset, אשריה וטוב לה *quanta esset hoc illi felicitas!* כי הוא השכר הגדול והגמל הנכבד *magna certè merces, & præmium egregium.* quod ergò dixerunt Sapientes, aliquos duodecim mensium spatio in *Gehenna* pro operum suorum ratione cruciari, Dein igne cremari animas ipsorum והן נעשין אפר *& in cineres redigi*, ita intelligendum, quòd ab eo quo fuerant statu, prorsus mutentur, instar rei quæ flammis absumpta in cineres convertitur; dein spiritum Dei, spiritum quietis & benevolentiæ ipsas dissipare sub plantis pedum piorum, i. e. in gradu [collocare] qui sit intra delitias piorum, eorúmque tranquillitatem, gradu nempe in quo non, ut ante, pœnis & cruciatibus obnoxiæ sint, nec tamen amœnitate & delitiis instar justorum fruantur. Ululantes autem istos dein ascendentes, quos memorant, peracto judicio suo evehi ad gradum in quo est tranquillitas & voluptas, at non instar ejus quâ fruuntur pii, secundum illud quod in *Massecetb Sabbath* legitur, *Tam mali quam medii, utrique* * *silentio traduntur*, illi יש להם מנוחה *quiete fruuntur*, illis אין להם מנוחה *nulla contingit quies.* Summè ergò impiorum animas istiusmodi pœnis adjudicare Deum שאינו מכלה הנפש החוטאת ההיא *quæ eas nunquam consumunt*

* נמסרים לרומה

consumunt, ſicut dictum eſt, *Quia vermis ipſorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur:* de quorum infelicitate hac ex parte, ſtatui poſſit vel ex iis quæ corpori accidunt, cum melius ſit ei qui duris affligitur cruciatibus ut cito moriatur, quam שיחיה ימים רבים ולא יהא סוף וקץ ליסוריו וצערו *ut dies multos vivat, nec ſit pœnæ & afflictioni ipſius finis.* Pœnam iſtam *Gehennæ* impiis ſtatim à morte contingere, utpote quorum animæ, cum peccatorum quæ ipſas à Deo ſeparant pondere gravatæ, impediantur quo minùs ſuperna ad quæ naturali inſtinctu, feruntur, petant cum igne *Gehennæ* conjungantur, atque ita gemino cruciatu torqueantur, tum eo qui ab eorum quæ aſſequi ipſis negatur, contemplatione provenit, quæ pœna eſt ultra quā cogitari poſſit gravis: tum eo qui à *Gehennæ* flammis: atque hunc *Cereth* ſeu excidii iſtius intellectū eſſe, excidi ſc. animam à principio ſuo inſtar rami ab arbore à qua vitam trahit. Jam verò *Cereth* ſeu excidium, cujus in lege fit mentio, duplicis eſſe generis לגוף ולנפש *alterum corporis, animæ alterum.* eſſe enim cum qui aliquid ex iis quæ excidii reos faciant, in corpore pœnas luant, dum morte immatura obeant; ita in tract. *Maskin* dici מת בן חמשים שנה זו היא מיתת כרת *Si quis annos quinquaginta tantum natus moriatur, eſt hæc mors excidii.* eſſe aliàs cum impii vitâ hic longiori fruantur, quorum tamen animæ cùm à corpore ſeparatæ fuerint, excidantur מחיי גן עדן *à vita Paradiſi*; hoc genus innui, ubi dicitur *excidatur anima iſta coram me & perdam animam iſtam*; Excidium abſolutum eſſe שגופו נכרת מחיי העולם הזה ונפשו נכרתה אפילו מחיי העולם הבא ואין צריך לומר מחיי גן עדן *ut corpus hominis ex hujus ſeculi vita excidio tollatur, anima autem etiam à vita ſeculi futuri, nedum à vita Paradiſi, excidatur*, deſcendente ipſo in

Gehennam

Gehennam, ut ibi in æternum crucietur. hoc innui cum dicitur הכרת תכרת הנפש ההיא עונה בה *Excidendo excidetur anima ista, iniquitas ejus in ipsa est.* Porrò quamvis *Nachmanides Mosis* alterius, *Maimonidis* scil. verba (superius citata) obscuritatis arguat, eáque ejusmodi esse fateatur, ut qui ea legerit suspicari possit Doctorem istum autumasse שאין עונש ויסורין לנפש החוטאת ולא תשיג אותה צער *Non manere animam peccatricem pœnas & castigationes, nec in ipsam cadere afflictionem*, utpote quæ prorsus intereat & ad nihilum redigatur, hanc tamen sententiam ei impingi vetat, ideoque verbis istis perplexis ac dubii sensus quibus alibi utitur, opponi vult alia ista quibus inest ראיה ללמר עליו זכות *argumentũ quo ab ipso diluatur hæc imputatio*. viz. ubi dicit, *Omnes improbi quorũ peccata multa sunt, judicantur secundum peccata ipsorum, estq; ipsis sors in seculo futuro. Omnibus enim Israelitis in mundo futuro sors est. Illi verò quibus nulla sors est in seculo fut. sed exciduntur & pereunt, judicantúrque* כפי גודל רשעם וחטאתם לעולם ולעולמי עולמים *Yad Teshub. c.3. §.5,6.* *secundùm gravitatem malitiæ & iniquitatum ipsorum in seculum & in secula seculorum, hi sunt*, Sadducæi, Epicurei, *& qui legem inficiantur, & qui negant resurrectionem mortuorum, & adventum Redemptoris, & Apostatæ, & qui multos ad peccandum seducunt, & qui vias cœtus deserunt, & qui manu elatâ peccant.* His verbis (inquit) distinguit בין חייבי הכרת הגמור ובין הנרון *inter eos qui excidii absoluti rei sunt, & eum qui pœnæ adjudicatur*, Quòd si nullus sit pœnis & cruciatibus quibus afficiatur anima locus, quodnam est judicium illud quo judicabuntur impii, pro ratione peccatorum suorum, post quod erit ipsis sors in seculo futuro? non ergò (inquit) alia fuit ipsius sententia quam ea à nobis in medium allata. addere liceat, si animas

iſtas annihilandas prorſus cenſuiſſet, quid opus fuiſſet dicere *Exciduntur*, *pereúntque judicati ſecundùm gravitatem malitiæ & peccatorum ſuorum in ſec. & in ſeculi ſeculorum?* Qui enim pœnarum gradus ſecundùm gravitatem peccatorum diſtincti ibi eſſe poſſunt, ubi nihil reliquum eſt quod vel leviùs vel graviùs crucietur? Eodem modo ſe haberent, qui in uno aliquo quod excidii reum facit pec-

Rmban c. Gamal. f.96. caverint, ac *Epicureus* qui omnia fidei fundamenta negat vel homicidæ &c. cum utriq; perirent, nulli ampliùs pœnæ obnoxii. adduci poſſet & alius ejuſdē autoris locus, è tr. *Yeſuàe Torah* cap. v. §. 4. *Iſtiuſmodi* (inquit) *Idololatra vocatur*, *Idololatra* במזיר *ex ſuperbia*, ſeu, *præſumptione*, *& qui ita ſe habet* נטרד מן העה׳ ויורד למדרגה התחתונה של גהינם *ſeculo futuro abdicatus deſcendet in infimum* Gehennæ *gradum*. At hic forſan regeratur ex ſententia *Ebn Latiph* ipſius doctrinæ conſentaneâ, jam laudatâ, infimum *Gehennæ* gradum haberi annihilationem omnimodam. quaſi revera, perpetuo miſerum eſſe, & æternis cruciatibus iiſque ſummis, tam animæ quam corporis torqueri, ſatius, atque eligibilius eſſet quam omnino non eſſe: uti & à noſtrorum quibuſdam ſubtiliùs philoſophatum: quibus opponitur non ſolùm *Nachmanidis* illud אשריה וטוב לה *felix illa anima & beata* quæ ne pænâ ſempiternâ affligatur vel in nihilum redigitur, ſed & indubium *Chriſti* effatum, *Matt.* XXVI. 24. καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ ὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, quod ferè ad verbum in *Talmude* expreſſum habemus, viz. נוח לו לאדם שלא נברא *Satius fuiſſet homini ſi nunquam crea-*

Irubi. c.1. f.13. *tus fuiſſet, quam creatum eſſe*, niſi quòd à *Chriſto* privatim de æternæ perditionis filio pronuntietur, à magiſtris

ὁ ὑιὸς τ̃ ἀπωλείας. *Joh.* 17. 11. iſtis univerſim de reliqua hominum multitudine. Diſputatum enim etiam olim hac de re traditur inter *Shammai*, & *Hillelis* diſcipulos, dicentibus his, *Satius eſt homini*

cuivis

cuivis creatum quam non creatum fuisse. utpote quibus כל מציאות טוב יותר מההעדר *quocunque tandem modo vel statu existere melius sit quam omnino non esse*: illis vero *Satius est homini non creatum esse quam creatum*: ideo quod omnino non esse optabilius ducerent quam summè miserum esse, cui & consonum videtur illud *Eccles.* iv. 3. *Et melior utroque qui nunquam fuit*. Quod si ea fuerit *Maimonidis* sententia, quam exhibet *Bar Nachman*, & verba quæ adduximus, licet alibi satis dubiè locutus sit, arguere videntur, non est cum *Manasse Ben Israel* ea inter eorum sententias discrepantia statuenda quòd *Rambam* excisionem animæ ejus annihilationem esse existimet, secus autem *Ramban*; ut nec probari potest quod ibidem [viz. l. 1. de resurr. c. 10. sub finem dicit] *Rabbi Mosen Gerundensem* [seu *Nachmanidem*] *asserere nihil aliud esse pœnam illam quâ anima afficietur, quam absentiam & carentiam divinæ gratiæ & gloriæ, quæ pro ratione delictorum longa vel brevis est futura. Post hac cùm punita satis fuerit, & ab omni pœna soluta erit anima, tum jungendum ramulum istum iterum radici suæ à qua abscissus erat.* Contrarium enim ex iis quæ jam ex ipso attulimus, patet: quid enim aliud sonant verba illa apud ipsum f. 99 מלבד צערי גהנם *præter cruciatus Gehennæ*, quam ipsam bonorum istorum carentiam magnam esse revera pœnam, etiamsi graves *Gehennæ* pœnæ non accederent? quibus addi possent & ex eodem cap. *Haggamul* plura, cùm multus ibi sit in describenda ignis infernalis, sive *Gehennæ*, natura, esse scil. ipsum דקה מן הדקה שאינה גוף *subtilem admodum*, *tenuiorem quam ut propriè corpus appellari possit*, ideoque multum ab igne hujus mundi vel elementari discrepare, cum hic in animam hominis, licet corpus consumat, vim exercere non possit, ille verò שורפת הנפשות *animas etiam comburat*; qualem (inquit)

v. Ikkar. l. 4. c. 29.

qui fatentur Deum animas & spiritus creâsse, negare non debent, posse ipsum creare eique vim indere, quo in Spiritus istos agat, quare & *Gehennam* definit מקום דין המשפט לענוש בו החטאים בנפשותם ביסורין וצער שאין להם דמיון בעולם הזה *Locum justi judicii, in quo peccatores pœnas luunt animabus suis pœnis cruciati, quibus nullæ in hoc mundo similes sunt*: cùm hujus seculi pœnæ in corpus tantum naturæ crassæ agant, illæ verò in animam quæ substantiæ purioris est, ideoque longe excedant illas quas hic pati quis possit &c. Idē licet aliquorum pœnis certum statuat terminum, aliorum tamen cruciatus omni termino carere, ut vidimus, asserit. eo tendunt & quæ apud eundem f. 97. occurrunt verba היורד לארקא שוב אינו עולה והם נדונין לדורי דורות *Qui in* Orcum descendit haud unquam iterum ascendit, & qui ibi sunt puniuntur, in secula seculorum*: imò potiùs ex ipsius verbis animarum abolitionem; quia verbo כלה *consumptionem* denotante, in earum pœnis exprimendis sæpiùs utitur, elici quis putaret (nisi ex iis quæ vidimus de sententia ipsius pateret, non aliud eâ innui quam quod in statum deteriorem mutetur) quam ullam pœnæ perfectè (quos vocat) improborum cessationem. Atque ex his quæ allata sunt judicet etiam lector quomodo intelligendum putet, quod à *Josepho Albo* dictum l. IV. c. 34. ubi dicit diversos esse pœnarum ut peccatorum gradus. fieri enim non posse ut qui aliis patrandis bene, aliis malè meritus sit, יהיה נדון תמיד בצער המופלג *perpetuo puniatur extremo cruciatu*, cùm brevius temporis spatium יספיק לשכח ההרגל והמנהג *sufficiat ad eorum quibus in hac vita assuetus fuerat oblivionem inducendam*, duodecim scil. mensium ex sententia veterum, quo postquam pœnas luerit, למדרגה מה *ad aliquem præmii gradum* transfertur, pro meritorum ratione, alios verò spatio isto exacto

* *Infimam Gehennæ cellam sic vocant.*

exacto quo ea quibus assueti fuerant dediscant, cū nulla fiat ipsis merita quibus ad istiusmodi gradum provehantur aut boni alicujus spiritualis participes fiant, ישארו נעדרים *manere privationi* [damnatos] atque hoc esse כרת *Excidium* cui in lege adjudicatur anima peccatrix, atque de his à veteribus dictum, *duodecim mensibus exactis absumi corpus ipsorum, spiritum comburi, ipsosque à vento sub plantis pedum justorum dissipari.* esse verò impios alios qui animabus ipsorum loco quodam circumscriptis crucientur בעונש נצחי *pænâ sempiternâ*, secundum rationem ab ipsis factorum, ut qui legem, & fidei fundamenta negaverint &c. pœnam autem istam in hoc consistere c. præcedente affirmat, quod anima jam à corpore separata in partes adversas desideriis contrariis nec unquam satiandis indesinenter feratur ac distrahatur; (viz tum ad ea quibus in hac vita faciendis occupata quibusque assueta fuit corpore corruptibili contra naturam suam depressa, tum contrà ut formis superioribus seu intellectibus separatis associetur, prout naturæ ipsius consentaneum) rebus jam spiritualibus inhians quibus nunquam adhuc assueta est, quibusque assequendis אין לה התחלות ולמוד והרגל *non sunt ipsi principia, aut peritia, aut assuefactio* (ut nec amplius ad crassiora ista assequenda instrumenta) atque ita in partes contrarias istas צד המעלה מצד הטבעה *ad partem superiorem seu sursum vi naturæ*, וצד המטה מצד ההרגל *ad partem inferiorem* seu deorsum *vi usus*, & consuetudinis perpetuò raptatam cruciatu ineffabili torqueri, ac si revera in partes (si ita de eo quod partes non habet, loqui liceat עצ׳ נתינת ההבנה *explicationis gratiâ*) scinderetur. dum enim fertur לב׳ צדדין כא׳ צד המעלה וצד המטה האחד מצד טבעה והא׳ מצד ההרגל והמנהג ואין לה כלים במה שתשיג צד המטה ולא הכנה במה שתשיג צד המעלה

המעלה *in duas partes simul, sursum scil. & deorsum, alteram impulsu naturæ, alteram vi consuetudinis & usus, cùm nec sint illi instrumenta, quibus quæ infra sunt assequatur, nec aptè disposita sit ad ea quæ supra sunt amplectenda.* majus hoc illi tormentum esse מכל צער שבעולם ומכל מיני פרוק חבורי יותר משריפת אש ויותר מצער הקור והקרח הנורא ויותר מהכאות סכינים וחרבות ומנשיכת נחשים ועקרבים *ullo qui in hoc mundo est cruciatu omnibusq; modis quibus quæ unita sunt separantur; gravius vel ignis adustione, vel frigoris & glaciei gravissimæ tormento; vel quam si cultris gladiisve confodiatur, à serpentibus mordeatur, scorpiisve pungatur.* Pœnam hanc contrariorum appetituum cruciantem ut explicarent veteres, dixisse ipsos, Angelos duos, unum ab altera mundi parte alterum ab altera stantes, è funda ipsam alternis vicibus huc illuc jactitare, dum justorum animæ sub solio gloriæ in Dei præsentia התענוג שהוא למעלה מכל התענוגות *voluptate omnium quæ concipi possunt maximâ fruuntur:* atque hoc se ex *Maimonidis* doctrina affirmare ait, qui præmium & pœnam animæ tantum à corpore separatæ esse vult; cum illis qui eam corporis atque animæ simul esse velint, asserendum necessario sit Deum, sicut corpus ab omni quod ipsum corruptioni obnoxium reddit, purgat, quo æternâ fruatur gloriâ, ita & novam illi naturam indere quò pœnas *Gehennæ* perpetuo ferre possit. Causam autem illis erroris fuisse, illud à veterum aliquo dictum, הקבה מביא את הנשמה וזורקה בגוף ודן אותם כאחד *Deum animam allatā in Goph injicere, & utrumq; simul judicare:* malè intellectum, cùm *Goph* hic corpus interpretentur, cùm non aliud eo innuatur, quam locus quo Deus animam quæ loco aliquo comprehendi apta nata non est compingat

compingat quo pœnæ capax ſit, ſicut eam antea corpori incluſerat, qui locus ideo *Goph* corporis nomine, idémque aliàs *Gehenna* dicitur. Falli ergò ipſos dum primò nomen hoc de corpore quod prius animæ habitaculum fuerat, quaſi Deus ei denuò animam cruciandam inderet, hîc explicandum putant, dein pari ratione, animam quo præmio ſpirituali accipiendo magis idonea ſit, corpore etiam in reſurrectione mortuorum donari, cùm utrúmque tam pœna ſcil. quam præmium ad animam non corpus ſpectet, animáq; ad pœnam ferendam loco aliquo circumſcribi debeat, non ita ad præmium accipiendum. hæc ille, ex quibus patet ipſi etiam viſum *Maimonidem* per animarũ impiarum excidium non omnimodam ipſarum annihilationem intellexiſſe. Porrò, idem *Joſephus Albo* poſtquam ejuſdem l.c. 36. oſtenderit peccatori pœnam æternam merito ſuo deberi, præmium autem benefacientibus merâ Dei gratiâ æternum reddi, c. 38. oſtendit eâdem Dei benevolentiâ quorundam (*Iſraelitarum* ſcil. & credentium) pœnam, quam æternam meruerunt, fieri "זמני" *temporalem*, cóſque hoc ſeculo puniri quo in futuro præmium conſequantur. hoc tamen de aliis pronuntiat, ſcil. hæreticis, *Epicureis* &c. ראוי שישארו במדה ששורת הדין מחייבת נהוא שיהיה ענשם נצחי" *Convenire ut illud perferant, cui ſummo jure obnoxii ſunt*, ſc. pœnas æternas; ideoque in illis tenere quod dicunt Veteres, ipſos in *Gehennam* detruſos, ibi æternùm cruciari. Dictum tamen *Talmudicum* quod ibid. citat, quo pœnam *Gehennæ* temporalem eſſe aſſerere videntur, ענשם של רשעים בגהנם יב׳ חדשים* neſcio an alicubi explicet. Occurrit in *Edajoth* cap. 11. §. ult. חמשה דברים של שנים עשר חדש משפט דור המבול יב׳ חדש משפט מצריים יב׳ חדש משפט איוב יב׳ חדש משפט גוג ומגוג יב׳ עשר חדש משפט רשעים בגיהנם יב׳ חדש שנאמר והיה

* *Pœna impiorum in Gehenna, 12. menſium eſt.*

והיה מדי חדש בחדש *Quinque res sunt quarum spatium est duodecim menses Judicium eorum qui diluvio sublati, duodecim mens. fuit, Judicium* Ægyptiorum *duodecim mensium, Judicium* Jobi *duodecim mensium, Judicium* Gog & Magog *duodecim mensiũ erit. Judicium improborum in* Gehenna *duodecim mensium, sicut dictum est.* Eritque de mense in mensem &c.

Is.66.23. v. ib. ab *Ab.Ez.* Citatur etiam à *Ramban* c. *Gamul.* f. 99. ut & ab *Abarbenele* ubi de *Cereth* agit, nihilo explicationis gratiâ addito. Forsan ergò non de omnibus universim improbis intelligendum, sed de iis quorum à *Ramban* mentionem jam factam vidimus, quamvis in *Schol.* ad *Rosh Hashana* cap. 1. omnibus ad quos se extendat illud *Danielis* [*Et illi in contemptum perpetuum*] attribuatur. sic enim Scholiastes, *Quod dicitur in contemptum sempiternum* לא שלא יהא להם
אלא נדונים *non dici quod nullum sit illis remedium* תקנה
יב' חדש ועולים כדאמרין משפט רשעים בגיהנם יב' חדש
Sed puniuntur duodecim mensibus dein ascendunt sicut dicunt, Judicium improborum in Gehenna *duodecim mensium est.* Sic & quod dicitur (inquit) c. *Hazahab.* (4. scil. *Baba Metc.*) Tres descendere in Gehennam qui non rursum ascendunt, *intelligendum* דאין עולים לאלתר *quòd non statim ascendant.* (sunt illi הבא על אשת איש והמלבין פני חברו ברבים
והמכנ' שם רע לחברו *Qui cum alterius uxore rem habuerit, qui socium suum coram multis ad pudorem adigit, qui socio suo nomen infame imponit*) Vel num hæc omnia de *Israelitis* tantum asseri dices? de quibus *Erubin* cap. 2. & *Chagigah* cap. ult. dicitur. פושעי ישראל אין אור של גיהנם שולטת בהם
In peccatores Israelis non habet potestatem ignis Gehennæ, descendente scil *Abrahamo*, atque ipsos ex eo reducente, ut & in *Tosiphta* ad locum istum, Judicium רשעי ישראל *improborum ex Israele est duodecim mensium : post quos*

quos לא חיין ולא נדונים ושרוין בלא טובה ובלא רעה *Nec vivunt, nec judicantur, manéntque absque bono & absque malo.*

(d) At non omnium בינוניים seu *Mediorum*, quos vocant, eadem ab ipso ratio statui videtur. ita certè *Shammai* discipuli *c. Rosh Hashana* sententiam suam efferunt; בינוניים יורדים לגיהנם ומצפצפין ועולים *Medii in Gehennam descendunt, ibique ejulant, deinde ascendunt*, at *Hillelis* asseclæ ורב חסד מטה כלפי חסד *Dominus misericordiæ inclinat ad misericordiam.* lancem scil. propendere facit ad partem innocentiæ ואינן יורדין לגיהנם *Nec descendunt in* Gehennam, ut explicat ibidem Scholiastes. Jam verò *Nachmanides*, ut distinctè sententiam istam efferat, Quod ad medios (inquit) שעונותיהן חכיותיהן שקולים *Quorum peccata & merita sunt æquè librata*, seu æqualia, Deus qui magnus misericordiâ audit, versus misericordiam inclinat. Quod si in מחצה עונות שלהם *parte peccatorum quorum rei sunt*, sit עון פושעי ישראל בגופם *Peccatum aliquod eorum quæ committunt transgressores Israelis corpore suo.* e. g. ut si capiti nunquam *Tephillin* induerint, codémve modo in quibusvis præceptis corporis ministerio paragendis, perpetuæ omissionis rei fuerint, ut si nunquam *Keryath Shemaa* legerint, nec capto cibo gratias egerint &c. qui ita se habēt יורדין לגיהנם ומצפצפין ועולין הימנה *In Gehennam descendunt, ibi vociferantur, dein ex eâdem ascendunt.* Quod si alicujus peccata meritis plura sint, atque ex illis transgressiones quarum *Israelita* (ut dictum) corporibus suis rei fiunt, vel etiam aliæ gentes corporibus suis, v. g. si עריות *congressus illiciti* reus fuerit, &c. ipse in *Gehennam* descendens ibi duodecim mensibus detinetur, quibus

exactis נפו כלה *&c. corpus ipsius consumitur, spiritus crematur, Deinde à Gehenna ejectum ventus sub plantis pedum justorum dissipat.* Verum יהודים המלעיגים על דברי חז״ל *Judæi qui verba sapientum ludibrio habent* & *Epicurei*, & qui legem, & qui resurrectionem mortuorum negant, & qui se à viis cœtus [*Israelitici*] segregant, & qui terrorem suum terræ viventium incutiunt, (viz Gubernatores qui nimium populo metũ incutiunt non gloriæ Dei causâ (כגון מלכי הודו puta *Reges Indiæ*) licèt haud ipsos ad peccandũ cogant, sed rectè gubernẽt, excepto qd homines opiniones & facta sua eò dirigant ut ipsis obsequantur, non ad cultum omnium Domini,) & qui peccant, multósque in peccatum trahunt, v.g *Jeroboam f. Nebat*, ipsiúsque socii; hi omnes in *Gehennam* descendunt ibi in secula seculorum cruciandi. Hæ (inquit) tres classes sunt judicandorum die Judicii magni qui dies præstitutus est ad omnes judicandos, quique est יום נומן העולם הבא *Dies & tempus* [quoddã] *seculi futuri*, non qd in illud tempus differatur peccatorum pœna, cum animæ & ante diem illum in *Gehenna* crucientur, sed quòd & qui jam antea crucientur נדונים באותו היום העתיד להחזירם לגיהנם ולהכרת ולהאבד הנפש מתוך העונש והצער הגדול המתחדש עליהם *Die isto futuro judicandi sint ut in* Gehennam *remittantur, ibique excidatur perdatúrque anima ipsorum præ cruciatu, & afflictione magna quæ in ipsos renovatur*. Huic judicio prævium est illud quo de unoquoque horâ mortis statuitur, quo perfectè justi in *Gan Eden* (qui & ipse est חיים מחיי העולם הבא *Vita quædam seculi futuri* reputandus) statim admittuntur summè impii statim in *Gehennam* ibi torquendi detruduntur, Medii [eam etiam gustare jussi] inde miserabiliter ejulantes educi se petunt in locum refrigerii. quod cum in hoc

hoc judicio, tum in futuro de iis asseritur. In singulis hisce judiciis קל שבהן *ei qui levissima omnium pœna adjudicatur* אין לוקצבה *non est definita aliqua mensura*, sed unusquisque secundùm opera ipsius punitur, dein postquam ejulans misericordiam imploraverit liberatur; qui gravissimæ, in secula seculorum cruciatur, Mediorum pœna duodecim menses perdurat, post quos tempore isto quod judicium extremum antecedit, à Gehenna liberati נמסרות לרומה ואין להם מנוחה *silentio traduntur, nec ullius refocillationis participes fiunt.* at post duodecim menses à Judicio extremo, ubi consumptum fuerit ipsorum corpus, ac spiritus igne crematus, ventus ipsos sub plantis pedum justorum dissipat. quamvis interim gradus ipsis pœnarum discrepantes sint pro diversis peccatorum gradibus, durante illo duodecim mensium spatio, & גיהנם מניהנם *Gehenna gehennâ gravior.* hæc fusiùs ex ipso *Nachmanide* transcribere libuit, quod verba ìpsius ab *Abarbenele* in compendium redacta non integram forsan ipsius sententiam exhibeant; præcipuè verò, quod aliter eum sensisse alibi (ut vidimus) affirmet, ubi in hoc ipsi cum *Maimonides* convenire statuit, quòd uterq; *excidio* omnimodam animæ è medio sublationē indigitari asserat. quo nihil sententiæ *Nachmanidis* magis contrariū videtur: qui & *Maimonidē* aliter sensisse probabile facit. Ipsum verò hoc asseruisse nemini puto excepto *Abarbenele* visum est. *Manasse Ben Israel* hanc vidimus inter Doctorum istorum sententias discrepantiam statuere, quod *Rambam* animas excidio ad nihilum redigi asserat, secus verò *Nachmanides*. Certè verbis tam dubiis atque incertis, tam suam quam aliorum sententiam hac de re, excidii, scil. animæ naturâ, exprimunt *Judæi* recentiores ut vix mihi vel aliis satisfacere,

dum eorum doctrinam enarrandam ſuſceperim, aliter poſſim quam (ut *Judæ Zabara*, pari de cauſa prolatis, verbis utar) dicendo, כתבתי לך הכל ואתה תבור הנכון *Totum tibi deſcripſi, tu quod optimũ tibi videbitur eligas.* Tantum abeſt ut *Abarbenel* nobis quod pollicitus eſt de aliorum ſententiis referendis, in illo tractatu præſtitiſſe videatur, ut majorem nobis in iis indagandis, atque inter ſe conferendis moleſtiam creaverit: ſatis eſt ſi ipſius ſententiam inde hauriamus. ſed lectori id judicandum relinquimus.

Judah Zabara quæ de animæ poſt mortem ſtatu & judicio extremo refert, *Nachmanidis* doctrinæ conſentanea ſunt, ſcil. עולם הנשמות ענין אחר ועולם הבא ענין אחר. *aliud eſſe mundum animarum, aliud mundum futurum*, illum ſcil. & jam eſſe, hunc tandem poſt diem Judicii millenario ſeptimo futurum. *Gan Eden*, ergò deſcribit, locum eſſe in eum finem paratum, ut ibi delitientur piorum animæ במה שישגו מזיו השכינה *Eo quod aſſequentur de ſplendore Majeſtatis divinæ, &c.* quem ſtatum diverſis nominibus exprimunt Magiſtri, ſcil. dicendo, ipſorum animas poſitas eſſe בצרור החיים *in faſciculo vitæ*, במרום *in excelſo*, באוצר *in theſauro*, quibus omnibus nihil aliud innuunt quam שיש להם ערן מהשגת זיו השכינה *conſequi ipſos voluptatem è perceptione gloriæ Majeſtatis divinæ*, idem ſignificari eo quod dicunt recondi ipſas תחת כסא הכבוד *ſub ſolio gloriæ.* quâ tamen loquendi formâ ſubinnui vult, שאין להם שלימות *Nondum ipſas perfectionem aſſecutas*; כי לא יתכן לשון גניזה לדבר שיש לו שלמות *quia non convenit verbum* גניזה [i. Abſconſio, repoſitio] *rei ſtatum perfectum conſecutæ*. ſtatum autem iſtum *Gan Eden* dictum, non eſſe omnibus piis æqualem, ſed יש מעלה ויתרון בין צדיק לצדיק לפי מה שהטיב מעשיו

Ikkar: l.4. c.30. Quia corpore indigent, cùm non ſit ipſis perfectio abſq; corpore. *Ein Jac.* ad *Berac.* c.2. i.R. *Abrone*,

מעשיו בעולם הזה בחכמה ובשרון יותר *esse uni præ alio gradum & excellentiam prout facta sua melius in hoc mundo ordinaverit in sapientia & rectitudine.* E contra *Gehennam* locum esse paratum ללהט שם נפש הרשע באשו של גיהנם. שהוא דק ראוי להיות מלהט נפשות הרשעים *ut in eo uratur anima impii igne gehennæ qui subtilis est, idoneus ad comburendas impiorum animas:* respectu cujus, ignis communis est אחד מששים *unus è sexaginta.* Neque *Gehennam* omnibus impiis æqualem esse, sed hunc illo pro scelerum, quæ in hoc mundo commisit, ratione graviùs torqueri. כי לפי חיובם ענשם *quia secundum reatum est & pœna ipsorum.* Esse eorum alios qui duodecim mensibus puniuntur deinde ejulant & ascendunt, alios qui in sec. seculorũ cruciandi sunt, Medios Deum pro misericordia sua à *Gehenna* eripere. Tres judicandorum classes tum in judicio extremo, tum in eo quo de unoquoque horâ mortis statuitur esse: Deum cui omnia manifesta sunt cum videat quinam idonei sint ut in *Gan Eden* admittantur, quinam ut in *Gehennam* detrudantur, pœnis ac præmiis in hoc seculo dispensandis, quò illos ob peccata in vita præsenti puniat, hos ob benefacta remuneret, utrosque ad ea quæ post mortem ipsos manent parare, ne vel male facta cuipiam impunè cedant, vel quæ bene, mercede sua careant. ita statuunt; כשם שנפרעים מן הרשעים בעולם הבא אפילו על עבירה קלה שעשו כך נפרעים מן הצדיקים בעולם הזה אפילו על עבירה קלה שעשו &c. *Ut in mundo futuro vindictam sumunt de impiis etiam ob levissimum peccatum quod commiserint, ita de piis in hoc mundo etiam ob levissimam transgressionem.* Et è contra, ut in seculo futuro piis vel ob minimum quod præstiterunt mandatum mercedem reddunt, ita in hoc seculo impiis, Deo interim

de

de unoquoque ſecundùm cordis propoſitum, ſive in bono ſive malo faciendo ſententiam ferente, cum & aliquando ſecus agant, qui bene agere ſtatuunt, & bonum agant quibus haud rectum eſt animi propoſitum, quod & illuſtrant exemplo ejus qui in foro pauperi Eleemoſynam dans, ideo tamen malè facit qui hoc eo fine facit, vel ut ipſe benefici nomen conſequatur, vel ut pauperi, qui palam accipit pudorem inferat, cùm עיקר צדקה *Fundamentum Eleemoſynæ*, ſeu veræ eleemoſynæ ratio ſit ut nec ſciat qui donat cui dederit, nec qui accipit à quo acceperit. Deum ergò qui עמקי של לב *profunda cordis* novit, unumquemque judicare לפי המעשה וכונת לבו לטוב *ſecundùm factum & intentionem cordis ſui ad bonum facendum.* רחמנא לבא בעי *Deus miſericors cor requirit.* Hanc ait eſſe explicationẽ eorũ quæ ad ſtatum mundi animarum ſpectant, ſecundùm *Nachmanidis* doctrinam: qui certè cum omnia ſecundùm hominum merita tam in hac vita quam futura diſtribui aſſerit, quæſtioni de animæ poſt mortem ſtatu, & qui fiat ut pii, qui neceſſariò tamen peccatorum aliquorum rei ſunt, poſt hanc vitam ad felicem Paradiſi ſtatum, ſine mora vel purgatione à labe iſta prævia admittantur, ſummèque impii in ſempiternas *Gehennæ* pœnas nullâ aliquorũ quæ fecerint bonorum ratione habita, ablegentur, non aliter reſponderi poſſe autumat, quam habito reſpectu ad pœnarum & præmiorum in vita præſenti diſtributionem, quibus & juſtus à peccatorum ſuorum inquinamento abſtergitur שיהיה ראוי לחיי העולם *quo idoneus ſit qui ad vitam æternam admittatur*, & impii ob ea, vel minima, quæ fecerunt aliquando bona, remunerãtur כדי להפרע מהם לעתיד לבא *ut in futura vindicta de iis ſumatur.* Multis ergò quæſtionem illam tractat quomodo fiat ut malis bona,

Confer Mat. 6. 2, 4.

bona, bonis mala sæpius in hac vita contingant, & severiùs cum *Israele*, quam cum gentibus Idolololatricis agatur, magnámq; afflictionũ quæ יסורין של אהבה *Castigationes amoris* respectu piorum merito vocentur, utilitatem indicat, dictumque veterum laudat, כל שעברו עליו ארבעים יום בלא יסורין קבל עולמו *Quisquis quadraginta dies trãsegerit sine* castigationibus accepit mundũ suum*, utpote à quibus haud prorsus immunis præstatur אלא הרשע הגמור לגיהנם שמקבל עולמו ושומרין אותו מן השמים לעשות לו כל רצונו בעולם הזה *Nisi perfectè malus* Gehennæ [destinatus] *qui * mundum suum* [hic] *accipit, quem calitùs custodiunt, ut omnis ipsi secundùm voluntatem ipsius fiant in hoc mundo*. Porrò judicium extremum vocat idem *Judah Zabara* הדין הגדול שנדון בו כל העולם *Judicium illud magnum quo judicatur totus mundus*: ipsúmque initio millinarii septimi futurum statuit in judicio isto staturos impios. quod autem dicit שעומדין בדין *staturos illos in judicio* אינו לטובתם אלא הוא לרעתם להיות נדונים בדין קשה ממה שהיה כבר הן בנפש הן בגוף ונפש יחד *Non cessurum hoc illis in bonum verùm in malum, ut de iis gravius quàm hactenus passi sunt, feratur judicium sive in anima, sive corpore & animâ simul.* hoc è *Midrash Tillim* probat ubi ad verba ista לא יקומו *Non stabunt impii in judicio*, dicunt, Benè esset illis si non starēt in judicio, nec rationem redderent, non ergò ita intelligendum, sed ut simili loquendi forma dici solet לא הוה ליה לפלוני הקמת רגל בדינא *Non fuit* לו *N. statio seu stabilitas pedis in juditio*. Hæc ideò annotare visum est quod ea confirmare videantur quæ à Cl. viro *Sixtino Amama* de ista loquendi forma ejúsque apud *Kimchium* in Com. ad Psal. 1. usu dicuntur.

* *Ejusmodi sc. quarum* μέτοχοι γεγόνασι πάντες Heb. 12. 8.

* τὰ ἀγαθά σου Luk. 16. 25.

Radix

Radix decima tertia.

בחומר התחייה *De materia reſurrectionis*. Eſſe ex ipſorum ſapientibus qui ſtatuant (*a*) non eſſe reſurrecturos כי אם הצדיקים מבני ישר׳ *Alios quam Iſraelitarum juſtos*: ideoque in *Daniele* dictum, *Multos è dormientibus* non autem שכלם יקיצו *Omnes experrecturos*. Hanc eſſe *Rambami* ſententiam in Epiſt. de reſurrectione, & *R. Saadia* in l. *Emunoth* nec non *Ramban* in c. de Retribut. & *R. Chaſdai* ejuſq; ſequacium. hos omnes eo adductos dicto iſto antiquorum, *Beneficium pluviæ ad omnes ſpectare, reſurr. mort. ad juſtos tantum* Hanc ipſe ſent. à vero alienum putat, idque ſatis probari illis ſcripturæ verbis, *multi è dormientibus &c.* quod ſi juſti ſolùm ex *Iſraele* experrecturi eſſent, non verè affirmaretur, cum illi non dicendi multi, ſed באמת מספר יהיו ונער יכתבם *Revera pauci, quos ſcribere poſſet puer*: cùm & addat ſcriptura, *Hi ad vitam æternam, illi ad opprobriū & contemptum perpetuum*: unde patet etiā malos reſurrecturos ut pœnas luant: cui & conſonum illud apud *Iſaiam*, *Et vi-*
Iſ.66, 24. *debunt cadavera virorum &c.* (*b*) Mirari autem ſe præcipuè *Ramban* qui cum ſtatuat tempus accipiendi mercedem mandatorum & operum bonorum non aliud eſſe quam reſurrectionis, ejuſque finem eſſe ut judicentur homines corpore ſimul & animâ ſecundùm præſcriptum juris, idem tamen aſſerat non reſurrecturos alios quam *Iſraelitarum* juſtos. Ita enim nec judicium magnum, nec univerſale futurum, nec ſecundùm præſcriptum juris omnibus hominibus communis. Deinde, ſi ſolùm juſti reſurrecturi, quomodo tres ordines die judicii [judicandorum] ſtatuantur, perfectè juſtorum, perfectè malorum, & mediorum? His adden-

addendum omnibus mundi gentibus naturâ insitam, ac firmiter radicatam esse hanc opinionem, viz. è mortuis suis fore qui resurgent: ideóq; statuere se resurrecturos tum è gente sua (*Israele*) ad participandum salutem Domini, & quò judicio sistantur, & ob reliquos, quorum meminit, fines, tum è Gentibus aliis ubique terrarum, eósque non solum è justis, sed & ex improbis peccantibus & peccare facientibus, scil. maximè insignes & illustres (uti dixit) atque hoc ut fiat necesse esse, quò meliùs manifestetur in mundo fides Dei benedicti cui sapientes, sacerdotes & prophetæ eorum testimonium verbo perhibebunt; improbi autem dum pœnâ suâ & igne qui non extinguetur, terrorem hominibus incutient. Non tamen communem futuram resurrectionem omnibus qui unquam extiterunt hominibus, sed parti tantum eorum, qui tamen ex omnibus erunt Nationibus, eorúmque tam justis quam impiis, ideoque dixisse Angelum *Danieli, Multi è dormientibus, &c.* Eo autem quod dixerunt *Beneficium pluviæ, &c.* non negari aliis omnibus resurrectionem, sed eo indicacari utilitatem & bona resurrectione acquirenda non futura omnibus communia; cùm secus sit in pluviæ beneficio, ex quo omnes æqualiter tam mali quam boni utilitatem capiunt, tam illorum quam horum agris inde irrigatis, cum resurrectionis utilitas & præmium justis tantum erunt; reliquos autem resurgentium præterquam quod in mundo Dei veritatem & divinitatem notam faciant, pœnis cruciandos. quod & probat dicto *R. Eleazari Pirk. Ab.* c. 4. & è precationum quibus initio anni utuntur formulis, è quibus patere ait, & *Davidem* & *Messiam* resurrecturos, & licet Deus in tota terra cognoscatur, futuram tamen & tunc temporis *Jerusalem* Regis [Dei] sanctuarium. innui interim etiam dicto *R. Eleazaris* non

omnes qui ab orbe condito mortui sunt tunc resurrecturos, neque casu fieri ut hic aut ille præ cæteris sorte illâ gaudeat, sed prout decreto divino statutum fuerit, ex hâc gente decem, centū, aut mille, & ex aliis similiter, prout postulat resurrectionis & cognitionis Dei manifestandæ ratio; minimè autem dubium esse ex *Israelitis* justos quoscunque resurrecturos, ut redemptionē consequantur, & salutem Domini videant iisque impletum iri loca desolata, adeò ut dicant: *Angustus est mihi locus, &c.* huc spectare quod dicitur *Omni Israelitæ sors, &c* interpretantibus *Rashi* & *Ramban &c.* doceri scil. hâc *Mishna* resurrecturos primo omnes ex Israele justos, ac venturos ut terram possideant, &c. hæc dum asserit *R. Eleazar*, scil. morituros, qui nati sunt: mortuos victuros &c. non tamen dicere כל הילודים *omnes qui nati*, sed indefinitè, ut ita appareat resurrectionem פרטית *particularem futuram* eâ ratione quam ipse descripsit [scil. ex omni gente aliquos tantum comprehensuram.]

In illo dicto, *Tres libri aperiuntur innitio anni perfectè justorum, perfectè malorum, & mediorum*, perfectè justum appellari eum cujus opera bona multa sunt, perfectè malum cujus opera mala plura &c. Dicunt, si cujus merita multa sunt, transgressiones paucæ, illum ob transgressiones paucas in hoc mundo puniri, ut in futuro plenam bonorum mercedem recipiat: è contra cum eo cujus transgressiones multæ, bona opera pauca, agi.

Convenit cum hac, in præfatione ad *Is.* radix sexta, ubi ait, impossibile esse ut omnes qui unquam ab initio mundi vixerint resurgant, quia non caperet eos terra: Deinde cùm statuunt non omnes resurrecturos, quærit quinam resurgent, aut quomodo fiat discrimen? nū casu & fortuitò an aliter &c. Deinde aliorū

sententias

sententias recenset, quibus eodem quo hîc modo confutatis, addit de sententia ista, *Beneficium pluviæ omnibus, resurrectio mortuorum justis tantum*, esse eam è *Baraitha*, dictum *R Abaha* c. 1. *Taanioth*, neque ab omnibus receptam, quia & ibi dictum, *Dissentit R. Joseph, &c.* Et in *Pirke Eleezer* ad illud *Victuri sunt mortui tui*, dici à Sapientibus, *Omnes mortuos ascensuros in res. mort. exceptâ generatione diluvii*, de quibus dictum est, *Mortui sunt non resurgent, &c.* cæteras gentes quæ sunt cadaveribus bestiarum similes, resurrecturas quidem, non autem victuras.

(*a*) *R. Saadias* c. *Techiat Hammetim*. Si quis (inquit) quærat quinam resurrecturi sint tempore salutis, respondeo, omnes justos & בעל תשובה *pœnitentiam agentes*. Quisquis enim sine pœnitentia moritur, est ipse è numero הענושים *puniendorum* &c. quod & rationi (inquit) consentaneum, cum Deus pœnitenti spem fecerit se ipsum acceptũ habiturũ multis Scripturæ locis, quæ promissa ad omnes pœnitentes pertinere afferunt Rabbini, qui peccatores in quatuor classes distribuentes, 1 cũ quis præceptum aliquod affirmativum violaverit. 2 cum è negativis aliquod transgressus fuerit. 3 cum peccata Excidiis & morti à *Beith Din* seu Judicibus infligendæ, obnoxia commiserit, 4 cum ab ipso profanatum fuerit nomen Dei, dixerunt postea, *vel forsan fieri potest, ut propitiationẽ illi acquirat mors*, quod docet, *Ecce ego aperio sepulchra vestra*: Ecce pertinet resurr. ad omnem qui pœnitentiam egerit. dico (inquit) insuper paucos è gente nostrâ sine pœnitentiâ mori.

Juda Zabar. cap. 1. Manifestò declaratur (inquit) in *Bereshit Rabba* resurrectionem *Israelitarum* propriam esse, non aliis gentibus communem. quod, inquit, & ratio suadet, quia non est creatus totus mundus nisi ob *Israelem*,

 sicut

ſicut dixerunt in *Bereſh Rab*: *Manifeſto notum fuit illi qui dixit, & fuit mundus, peccaturum Adamum, quare ergò ipſum creavit?* ideo *quoniam egreſſura erat ex ipſo gens*, ſc. *Iſraelitæ*, in quibus invenit נחת רוח *refocillationem*: ibi etiam, aiunt, Iſraelitas vocari ראשית *principium*, ſicut dictum eſt, *Sanctitas Iſrael Domino, initium proventus ejus*. Totus autem mundus non creatus eſt niſi ob principium, ſicut dictum eſt, *Principio creavit Deus &c.* q.d. principii gratiâ totum creavit. Dixerunt etiam ibidem, *Quo tempore venit Serpens ad Evam, inquinamentum ſuum in ipſam injecit*, per quod intelligitur concupiſcentia mala, ideoque pœnæ mortis adjudicatum eſt ſemen ejus. *Iſraelitis qui in monte Sinai ſteterunt*, i.e. Legem acceperunt quæ eſt arbor vitæ, *ablatum eſt inquinamentum illud, & idonei facti ſunt qui in ſeculum vivant; Gentibus quæ ibi non conſtiterunt, non ablatum eſt inquinamentum ſuum, nec idonei ſunt qui vivant*. Non convenit ergò reſurrectio alii quam *Iſraelitis*. Hoc de gente [quâlibet] in genere, affirmatur; ſunt tamen individui quidam è piis gentium qui vivent quibúſque ſors eſt in mundo futuro, uti declaratum eſt tract. *Abud. Zar.* c. 1. hoc certò affirmâſſe *R. Hakkadoſh Antonino*. Inſuper manifeſtum eſt, reſurrectionem juſtorum eſſe non improborum, juxta illud ipſorum dictum, *Demiſſio pluviæ ad pios & impios pertinet, reſurrectio mort. ad juſtos non ad injuſtos*. Quin & hoc ſuadet ratio, quia impii etiā dum vivunt pro mortuis habentur, quia vitæ quæ animæ eſt, curam non habent, ſed corporis tantum dum voluptatibus corporeis indulgent. quomodo ergo vivent poſtquam mortui fuerint, uti verba expoſuerunt in cap.
2 Sam.23.20. *Mi ſhemeto* ad verba בן איש חי *Filius hominis vivi*, ut dixerunt, c. 1. *Taanioth*, *Jacob pater noſter non eſt mortuus*; quod verum eſt etiamſi condierint ipſum pollinctores,

&

& sepelierint vespillones. Dixerunt etiam c. היה קורא *Hajab kore, &c.* ubi de R. loquitur, quod fuerit נעתק מחיים לחיים *à vita ad vitam translatus.*

Consona sunt hæc iis quæ supra p. 157 occurrunt, ubi & veterum dictum laudatur, *Mali etiam dum vivunt mortui appellantur, &c.* quam loquendi formam etiam à meliori magistro accepimus. Ita *Christus Mat.* VIII, 22. *Sine mortuos sepelire mortuos suos.* Et *Paulus* 1 *Tim.* V. 6. *Quæ in deliciis versatur ea vivens mortua est*, sic & locutos veteres *Arabes*, testatur illud Poëtæ,

ليس من مات واستراح بميت ∴ انما الميت ميت الاحيا ∴

Non qui devixit & quievit mortuus est, sed [verè] *mortuus mortuus est vivorum.* E contra ut *Judæis* justi etiam post mortem vivi audiunt, sic & in *Alcor.* امواتا بل احيا عند ربهم *Mortuos imo vivos apud Dominum suum*, legimus *Sur.* 3. Sed & quemadmodum resurrectionem justorũ tantum esse volunt, eorum nonnulli, ita & in N.T. Resurrectio justorum appellatur, nõ quod impii non sint resurrecturi, sed qd *prodibunt qui bona fecerunt soli, in resurrectionem vitæ, qui vero mala in resurrectionem condemnationis*, quæ mors potiùs quam vita censenda: cùm illi omnes quos justorum nomine indignos censent, resurrecturos negent. ubi observatu dignum quos tandem privilegio isto exclusos volunt, viz. non solum improbos & sceleratos sed & totam Idiotarum turbam, quam ut & è *Iohan.* VII. 49. discimus, pro execrabili habebant, quorum alicui non aliam patere volunt ad alterum seculum viam, quam quæ ipsi docti cujuspiam, cujus sibi favorem conciliaverit, gratiâ aperiatur: hoc est, quod è tractatu *Talmudico Cetuboth.* [scil. c. 13.] laudat idem *Judah Zabara* שעמי הארץ, quod populus terræ (ut vocant) sive Idiotæ non sint resurrectionẽ consecuturi nisi respectu

 necessi-

necessitudinis alicujus, quæ ipsis cum discipulis sapientum fuerit, veluti, si filiã illis dote magnâ elocaverint, aut mercaturã pro ipsis exercuerint, ut ipsis lucrum inde accedat,& quò negotiis vacui legis studio incumbant: hoc enim ipsis imputatum iri,ac si ipsi divinæ Majestati adhæsissent. Quanti doctorum interesset hoc à vulgo seriò credi?

Eandem ferè sententiam de eorum qui resuscitandi sunt paucitate, amplexus videtur *Josephus Albo*,qui *Ikkarim* l. v. c. 31. quatuor ait esse accipiendæ mercedis tempora, 1 העולם הזה *in hoc seculo* 2 העולם הבא אחרי המות אם קודם תחיית המתים ואם אחר תחיית המתים *In seculo futuro, post mortem, tam ante quam post resurrectionem mortuorum.* 3 ימות המשיח *Diebus Messiæ.* 4 תחיית המתים *In resurrectione mortuorum.* Præmia his temporibus distribuenda, diversorum etiam generum esse: atque esse aliquos, quibus hæc omnia contingent, viz. perfectè justos, alios, qui hoc tantum seculo remunerabuntur, impios scil. quibus paucorum quæ præstiterunt bonorum mercedem in hoc mundo reddit Deus, quo in futuro puniantur, alios è justorum numero, quibus in hac vita nullum reddetur præmium, statim tamen post mortem vitam seculi futuri consequentur, nullam autem in resurrectione mortuorum sortem habituri sint, alios demum qui etiam vitâ seculi futuri fruentur & diebus *Messiæ*. Duas ergò tantùm hominum, in quatuor divisorum, classes, eásque sine dubio reliquis numero impares (ut summe bonorum quàm aliorum minor copia est) statuit qui resurrectionis participes futuri sint. Eâdem de re cap. 35. pluribus agens, postquam dixerit rem esse consideratu dignam, אם התחיה כוללת לכל העולם כמו שקצת האומות אומרות או תהיה לכלל האומה או לקצתם

Futu-

Futurane sit resurrectio toti mundo communis uti asserunt gentes aliquæ, aut toti genti Israeliticæ, aut parti tantum ipsius, addit, כי זה דבר לא נמצא בכתובים רמז חזק *Rem esse, cujus nullum sit in Scriptura satis firmum indicium.* Quod enim in *Daniele* dicitur *Multi ex dormientibus*, &c. si de resurrectione intelligendũ sit, probare resurrectionẽ nec universo mundo, nec omnibus *Israelitis*, imo nec multis admodũ ipsorum competere, sed potiùs paucis, eum enim esse hoc loco nominis רבים *Rabbim*, intellectum, ut & alibi, e. g. *Ester*. VIII. 17. ורבים מעמי הארץ מתיהרים *Et Rabbim è populis terræ facti sunt Judæi*, non de multis, (inquit) sed de paucis intelligendum, tribus forsan, quatuor, quinque, sex, vel & centum, vel mille, ut vertatur *& aliqui.* Nec non *Prov.* XIX. 6. רבים יחלו פני נדיב *Rabbim, multi e. i.* [aliqui] *precabuntur faciem liberalis.* confirmari hoc dicto illo veterũ *Pluviæ beneficium, probis & improbis commune, resurrectio mortuorum, perfectè justorum propria.* Quòd si (inquit) dixerimus resurr. mortuorum toti vel mundo vel saltem populo *Israelitico* communem futurã, omnes nempe resuscitatum atque in judicium die ei rei præstituto vocatum iri quo maneant pii gaudii perpetui participes, impii verò pœnas sempiternas sustineant, tum non erit locus iste *Danielis* de resurrectione mortuorum intelligendus, sed de gentis *Judaicæ*, sive eorum qui digni visi fuerint, ab humili in meliorem statum, eúmque stabilem nec mutationi obnoxium, sive sub *Hasmonæis*, sive sub *Messia*, electione. utut ergò fieri possit ut sit resurrectio universalis, non tamen esse in scripturis aliquid unde disertè probetur. Porrò ex eorum sententia qui eum autumant esse resurrectionis finem, ut corporis ob cultum ejus operâ Deo præstitum * perficiatur merces, cum hoc

* להשלים שכר טוב

hoc Dei justitiæ consentaneum sit ut eidem qui bene fecerit prœmium eidem qui malè,pœna rependatur, (quamvis haud satis validum sit hoc argumentum, cum non instrumentū, sed qui eo usus est puniatur, non gladius, sed homicida) sequi non futuram ipsam אלא ליחידי סגולות *Nisi particularibus quibusdam notæ primaræ*, e. g. *Mosi, Aaroni, &c.* tunc miraculosè resuscitandis ut Dei fidem per totum terrarum orbem notam faciant Ex eorum verò, qui ejus finem asserunt hunc esse ut corpus Dei obsequentis prœmio,rebellis pœnâ afficiatur, statuendum futurā ipsā vel toti, hominum generi, vel cœtui *Israelitico*, vel saltem majori ipsorū parti die judicii, cùm omnes vel prœmium, vel pœnam meriti sint, quod tamen ut minimè probabile putat, ita & absurditatis arguere conatur quærendo, "quodnam tandem hominis corpus tunc temporis resur-"recturum sit, cùm quotidiè mutetur corpus pro alimen-"torum ratione,adeo ut necesse sit ut cum *Rubene* multa ac "diversa resuscitentur corpora pro temporum quibus mu-"tationem subiit discrepantia, quo singula felicitate istâ "fruantur. neque enim sufficere ut dicatur, *Rubeni* novum "fore corpus priori prorsus temperamento, figurâ & pro-"prietatibus simile,quo prœmium illud accipiat quænam "enim hìc esset Dei justitia? neque enim convenit ut "*Simeoni* merces reddatur ob illud quod à *Rubene* præstitum. Argumentum sanè frigidum & dilutum. & quo se excusare possit sceleratus quis ad pœnas ob flagitium à se commissum post aliquod temporis intervallum postulatus, alium scil. se jam factum, alias esse manus istas quam quæ furtum, aut homicidium patrarunt. præfert tamen ergò *Rambami* sententiā,quâ mercedē seculo futuro conferendā animæ propriam statuit; ac resurrectionis finem non esse לתת שכר לגוף *ad præmium corpori reddendum*, sed ut majorem

majorem perfectionem consequatur resuscitatus, obstaculis, quibus antea in præstandis Dei mandatis impeditus fuerat, jam è medio sublatis, unáque magna Dei potentia ipsiúsque veritas illustretur ideóque esse ipsam justorum tantùm privilegium, non aliis communicandum. Hinc igitur de ipsius opinione satis constat, non admodum multos resuscitatum iri, nedum generalem fore resurrectionem, quod tamen erant forsan è *Judæis*, qui asserebant: inter quos censendus videtur *Abul Baracat* iste qui commentarios in *Ecclesiasten Arabicè* scripsit, dum ad verba ista c. III. 21. *Quis novit si Spiritus hominum ascendat sursum, & si spiritus jumentorum descendat deorsum*; hæc habet פקאל מי יורע וגו׳ עלי רסם אלתוביך ואלנכרה עליהם פקאל אן מן הו עארף מתחקק רוח בני האדם עולה למעלה ואנהא מחפוטה ענד כ׳אלק אלי יום אלנשר פירדהא אלי גסדהא ואן רוח הבהמה ליס להא רגעה בל הי נאזלה אלי ספל אלארץ מתל אלגסם אלדי יתלאשא ויצ׳מחל פאדא עלם דלך ותחקקה פיגב עליה אן לא יקים נפסה כאלבהאים וירכב שהותה והוי עלם אן אללה טאלבה *Dixit*, Quis novit, &c. *viâ increpationis & aversationis ipsorum, quasi diceret, Quisquis noverit, ac pro certo habuerit Spiritum hominum ascendere sursum, ac servari ipsum apud Creatorem usque ad diem resurrectionis, qui tum in corpus suum ipsum remittet, spiritum autem jumenti non iterum reverti, sed descendere in imum terræ instar corporis quod tabescit & dissolvitur, hac cùm certò noverit oportet illum non se jumentorum more gerere, & cupiditatibus suis indulgere, cùm sciat Deum de ipso rationem sumpturum.* Hæc sive ex sua, sive *R. Samuelis* etiam cujusdam quem laudat, aliorúmque sententia proferat, videtur hanc inter hominum in genere & brutorum animas differentiam statuere. quòd hæ una cum

corporibus pereant, illæ in manus Dei tradantur iterum corporibus die resurrectioni mortuorum omnibúsve ad rationem revocandis præstituto, restituendæ. Autor commentarii perhibetur, اوحد الزمان ابو البركات الطبيب *Auhado-zzaman* [*Phœnix sæculi*] *AbulBaracat Medicus*, ille forsan cui nomen alias هبة الله *Hebatol lahi*, qui sub *Moktafio Ebnil' Mostadheri Chalifa* floruit, & à *Judaismo* tandem ad *Mohammedanismum* descivit: vir eruditione insignis, libri inter cæteros, Philosophici cui titulum المعتبر *AlMotabar* indidit, autor, quo tantopere gloriatus est ut monumento suo inscribi moriens juberet, قبر اوحد الزمان ابي البركات ذي العبر صاحب المعتبر *Sepulchrum* Auhadi-Zaman, AbilBaracati *variis casibus insignis, authoris* [*libri*] AlMotabar. cujus inscriptionis ad illustrationem quæ faciant hujus loci non sunt.

Porrò, quæ jam apud *Judæos* invaluerunt (ut vidimus) sententias de subjecto resurrectionis non malè retulit *Tacritius*, ubi & easdem confutat قــامــا اليهود فيقولون &c. *Judæi verò dicunt, tùm demum cùm advenerit ille quem* Messiam *autumant, resurrecturos homines, resuscitatum iri scil.* Israelitarum *præstantissimos è sepulchris*, e.g. Noam, Abrahamum, Isaacum, Jacobum, &c. *atque in hoc mundo vitam corpoream victuros unáque cum illis* Judæos *omnes, esuros, bibituros, & uxores ducturos. Alii è* Judæis, *dicunt ejusmodi resurrectionem ad* Israelitas *tantum, non alias gentes pertinere; neque enim illam cæteris nationibus communem esse, quod confirmare satagunt è visione quam vidit* Ezekiel *Propheta in valle extra* Babelem *cùm Deum rogâsset ut ipsi ostenderet quo pacto mortui resurgerent jussit ergò illum Deus in vallem exire mortuorum cadaveribus refertam, dixitque illi, Vaticinare:* [*quod illo faciente*] *flanteq; vento unita sunt*

sunt compages, ossaque alia aliis conjuncta, superveniente carne, &c. [Hinc patet] *non esse rem Deo impossibilem, neque ultra potentiam ejus qui initio hominem formavit, eundem, quando & quomodo voluerit, statui pristino restituere; cum potentia ejus infinita sit. Nos autem dicto huic eo fine adducto ut probetur omnes gentes perditum iri, neque resurrecturos alios quam* Israelitas *aut vel ex ipsis justos, ut autumant* Judæi, *opponimus, Deum justum esse, & erga nos & illos, justitiæ autem non est, ut quis benè merentium quibusdam omissis, aliis benè faciat, aut aliis quam mala patrantibus malum rependat. Quod si bonos benè, malos malè tractare statuerit, non convenire ut* يخص بهذا الفعل البعض دون البعض *hoc aliis præ aliis faciat, cum remuneratio justa* لا يكون مقصورا على امة دون امة او على شخص دون شخص *non restringatur ad gentem, præ gente, vel personâ præ personâ: quòd si dixerint, Deum hoc facere, prout* Israelem *sibi in peculium præ reliquis gentibus elegerit, ut ad illos nuntios & Prophetas mitteret; atque ita & resurrectione alios præ aliis dignari: respondemus, Si contenderetis futuram resurrectionem* Israelitarum *tantùm non aliarum gentium, fuisset in eo quod dicitis* بعض الضلالة *error aliquis [forsan legend.* العدالة *æquitas aliqua] atqui vos eam* Israelitis *propriam, exclusis* Esaui *aut* Hami *posteris, statuitis, deinde* Israelitarum *aliquibus præ aliis.* فما هذا ادخل في باب العدالة *quod nihil cum æquitate commune habet. Nos autem Christiani confitemur resurrectionem omnibus hominibus communem futuram, credentibus, & infidelibus, bona & mala facientibus, parvis & magnis, viris & fœminis.*

(b) Ita etiam & *Josepho Albo* videtur. Qui asseruerit (inquit) tempore resurrectionis perstitura corpora vel in gaudio vel cruciatu perpetuo, ita interim ut nec edant

nec bibant, nec amplius moriantur, quo præmium perpetuo duraturum vel pœnam accipiant, neque tamen fore resurrectionem toti mundo, vel majori hominum parti communem, imò nec vel omnibus *Israelitis*, vel majori ipsorum parti, sed paucorum tantum ex iis, *viz.* perfectè justorum, propriam הנה הוא כמי שקבץ בין הסלוק והקיום ולא ירגיש בזה *Ecce est ut qui idem simul affirmat, & negat, neque illud percipit*: cùm si affirmetur partem tantùm hominum, omissis aliis, resurrecturos, statui non possit eum in finem ipsos resuscitari, ut factorum mercedem accipiant, sed ob alios quos jam dixit, fines, scil. fidem Dei publicandam, vel ut nonnullis majora merendi opportunitas præbeatur.

Ait ergò Cl. vir *Johannes Cochius* sectam *Nachmanidis* "duplicem statuere resurrectionem, generalem scil. omnium hominum in decretorio illo die Judicii magni, cùm "supremi judicis sententia, alios vitæ æternæ, alios Tartaro adjudicabit, &c. Ante hanc verò aliam quâ "non nisi qui meriti fuerint, ad consueta vitæ terrestris munia reversuri sint, quando Christus advenerit; eosque exacto justo tempore vel iterum morituros, "vel mutatum iri. Rationi certè consentaneum videtur, ut qui primam resurrectionem tam paucorum statuit, aliam pluribus communem statueret; sed hoc ut vidimus in Magistro istius doctrinæ desiderant è suis alii: & nescio an ex ipsius verbis tale aliquid colligi possit, utpote qui cap. *Gamul.* f. 100. dicat judicium illud magnum statim resurrectionem hanc primam secuturum. scil. die aliquo מתחלת ימות התחיה *in principio dierum resurrectionis* sententiã de omnibus ferendam על ענין אותו שכר העתיד לעולם הבא אם ראוי לתחיית המתים ולנעם הגוף והנפש באותו זמן *respectu ejus mercedis quæ rependenda est seculo futuro,* *num*

Excerpt. Gem. p. 383.

num quis dignus fuerit resurrectione mortuorum, & deliciis corpore & animâ isto tempore fruendis. Solos ergò illos qui felicitate ista digni censebuntur resurrecturos, dici ergò in *Daniele, Multi*, non *Omnes.*

De improbis ergò quid? יגמור דינם לדר און עולם שלא ינעמו בחיים ההם אלא ישארו בדראון שלהם או וכפל עליהם עונש ממדרה קשה לרעה ממנה כפי מה שנתחייבו *Perficietur judicium ipsorum quo in contemptum sempiternum [cedant] nec delitientur vitâ istâ sed in contemptu suo maneant, aut duplicetur ipsis pœna à statu* [quo sunt] *malo in alium adhuc ipso graviorem, prout meriti fuerint*: & ubicunque, inquit, inveneris in Rabbinorum antiquiorum scriptis mentionem אריבות העונשים לעתיד *prolongationem pœnarum in futurum* הוא מהכרתת חנפש החוטאת בזמן ההוא *intelligendam esse de excidio animæ peccatricis tempore illo.* Ac rursus f. 101. postquam pœnas *Gehennæ* quibus cruciantur animæ descripserat, subjungit, זעוד הדין הזה נכפל על מהוייבי הכרת ביום הדין הגדול ונידונין בו בגיהנם עד שמתכלין *Atque adhuc duplicatur judicium istud in excidii reos die judicii magno, quo adjudicantur* Gehennæ *usque dum consumantur.* Quid per consumptionem istam intelligendum jam antea vidimus: nulla hic interim resurrectionis impiorum die isto, neque aliarum quam quas animabus luituri sunt, pœnarum mentio. *R. Judah Zabara* qui in plerisque *Nachmanidem* sequitur, rem planè dubiam relinquit, iis quæ jam antea laudavimus, verbis, quibus asserit, quod staturi sint improbi in judicio haud in bonum hoc illis cessurum, sed in malum ut graviora quam hactenus, patiantur הן בנפש הן בגוף ונפש יחד *sive in anima, sive in corpore & anima simul*: & quæ ex libro מגלה המגלה *Megalleh Hammegillah*, citat, scil. non posse fieri ut sit dies judicii simul cum resurrectione mortuorum, quòd

resurrectio *Israelitarum* tantùm sit, non aliarum gentium, quod nisi aliorum etiam corpora resuscitarentur (quamvis hoc resurrectionis nomine haud appellandum censent) quid impedit quo minus eodem tempore quo vitæ restituerentur *Israelitarum* corpora, de animabus simul aliorum sententia ferretur? Quamvis autem ex istis quæ vidimus, *Nachmanidis* verbis haud adeò perspicuè evincatur duplex, cujus meminimus resurrectio, (nisi alibi eam adstruat) à *Saadia* tamen creditam liquet: utpote qui hæc haud alias facilia inter se conciliatu afferat 1 pertinere resurrectionem mortuorum ad *Israelitas* solos; eósque justos, vel qui pœnitentiam egerint. 2 quod à quibusdam affirmatur, eos qui tempore resurrectionis in vivis erunt, postquam diu vixerint (annos puta quadringentos vel quingentos) morituros ולא יחיו עד העולם הבא *nec rursum victuros usque ad seculum futurum*, sibi valde probabile videri. 3 Illis *Danielis* verbis, *Multi dormientium in terra expergiscentur, illi ad vitam æternam, illi ad contemptum sempiternum*, non ita distribui eos qui vitæ restituentur, ut sint illorum alii in *Gan Eden*, alii in *Gehenna*, sed eos qui in sepulchris fuerint, ita ut multi illi qui expergiscentur, vitâ æternâ donentur, reliqui verò qui non expergiscentur, sint in contemptum perpetuum. 4 tam pœnam quam prœmium mundi futuri, quæ utraque æterna לגוף ולנפש יחד *corpori & animæ simul* contingere in loco quem ei fini postquam cœlos hos & terram hanc ad nihilum redegerit creaturus est Deus, quæ licet his prorsus dissimilia iisdem tamen nominibus cœli & terræ novorum indigitantur. Ubi & obiter sententiam ipsius de *Cereth*, sive animæ excidio observare licet, quæ ut magis pateat apponemus & ipsius responsum ad quæstio-

quæstionem, Quinam sint qui pœnis æternis (aliis alii, pro meritorum ratione) adjudicandi sint. *viz.* הכופרים והמשתפים ובעלי העבורות החמורות אשר לא עשו תשובה *Athei, Idololatra, & transgressionum gravium rei qui pœnitentiam non egerint.* De atheis, sive hæreticis, & Idololatris dici *Isai.* ult. *Egredientur & videbunt cadavera prævaricantium in me &c.* peccatorum gravium reos haberi eos quibus decretum est in lege *Ceretb*, [*Excidium*] aut mors à consessu judicum infligenda. כי כאשר יכרתו מעולם הזה יוציאו אלהכרת בעולם הבא מבין הצריקים גם כן *Cùm enim excidio ex hoc mundo tolluntur, abeunt ut excidio tollantur in altero mundo etiam, è cætu justorum* eo quod non egerint pœnitentiam. Quòd si hîc pœnam istam non subierint, sed ad justum vitæ terminum pertigerint, patientiam erga illos exercente Deo, neque interim resipuerint, tum יהיה עונשו יותר קשה והכרתו מבין הצריקים יותר ראוי *Futura est pœna ipsorum gravior, ac justius erit ut è cætu justorum excidantur* : eo quòd patientiâ Dei ad resipiscentiam perduci noluerint, at qui istiusmodi peccatorum rei non sint à Deo propitio veniam consecuturos. Idem & de duplici resurrectione affirmare videtur *Aben Ezra*, ad *Daniel*. c. XII. ubi justos qui tẽpore *Messiæ* vitæ restituẽtur, iterũ morituros, ac in judicio demum extremo alia vice resuscitandos asserit. verba ipsius ad artic. 14. adducendi erit occasio.

Radix decima quarta.

שהקמים בתחייה יאכלו וישתו וימותו אם כן כשאר בני ארם ונפשם ישובו לעולם הנשמות ושם יקבלו שכרם או עונשם כפי רינם וחשבון מעשיהם *Illos qui resurgent*

esuros

eſuros & bibituros, rurſúmque morituros ut reliqui homines, animáſque ipſorum in mundum animarum reverſuras, ut ibi præmium vel pœnam ſuam accipiant, ſecundum ſententiam de ipſis latam & operum rationem.

Sciendum (inquit) eſſe hâc etiam de re (*a*) varias ſententias. autumare enim *Haggaonem*, eos qui reſurgent eſuros, bibituros, uxores ducturos, uti fecerunt *Sarephtanæ* & *Shunamitidis* filii, quos reſuſcitavit *Eliah*, præceptíſque implendis præmium mereri; dein ad gaudia mundi futuri tranſlatum iri, ut ibi corpore ſimul & animâ delicientur, haudquaquam ex eſu, cæteríſve corporis deliciis voluptatem captantes, quo modo *Moſes* in monte permanſit: neque ibi amplius morituros juxta illud Magiſtrorum, *Mortui, quos reſuſcitaturus eſt Deus, non ſunt amplius ad pulverem reverſuri.* Eodem modo ſcribere *Rambam* illos qui denuo vivent eodem modo ſe habituros quo hujus mundi incolæ ſc. eſuros, bibituros, Venerem exercituros, filios genituros &c. qui in hoc tamen ab *Haggaone* diſcrepat quod aſſerat, eos haud perpetuo victuros, ſed multis diebus exactis rurſum morituros, juxta illud Prophetæ, *Inſtar dierum arboris dies populi mei.* Longævitatem inde eſſe quod tunc omnia ad corporis ſuſtentationem ſpectantia juſtâ menſurâ & modo peragent, quo æquale materiæ & humoris radicalis temperamentum pro temporis, loci, aeriſq; ambientis ratione conſervetur, quodque tranquillitate ſine moleſtia & triſtitia fruituri ſint, unaque Domino in omnibus obſecuturi, cujus timor prolongat dies. diu igitur tunc temporis victuros, neceſſariò tamen demum morituros, quoniã miraculi ratio in hoc conſiſtit, quod animabus in corpora redeuntibus ea ut prius, denuo vivant, non quod naturâ ipſorum mutatâ immortalia reddantur quæ antea corruptioni

corruptioni obnoxia erant, aut membra nulli usui inservientia habeant, ut ita Deus quid frustraneum aut superfluum fecerit. Neque resurrectionem finem hominis ultimum, aut præmium ipsius verum esse, sed bonū illud justis reconditum viz. præmium ipsorum spirituale animæque proprium in mundo animarum quo demum revertentur animæ, materiâ ejusque accidentibus nudatæ, & ab iisdem separatæ. Neque enim putare, Doctorem istum præceptorum mercedem corporis atque animæ simul esse, sed animæ, tantum, de hac voluptate [animæ] prolatum esse, à *R.* illud, *(b) In mundo futuro nec editur nec bibitur.* At *Ramban* (inquit) non ita sentit, verùm post dies *Messiæ* revicturos mortuos, animabus particularibus in corpora particularia redeuntibus eodem modo quo in hoc mundo fuerunt: resuscitatos autem nec esuros, nec bibituros, neque voluptatibus corporeis ullatenus fruituros, sed è splendore majestatis divinæ corpore simul & anima voluptatem capturos, ut *(c) Mosi* cùm in monte 40 diebus & noctibus substitit, nihil interim edens vel bibens, contigit, nec non *Eliæ* Prophetæ, & ad tempus resurrectionis spectare dictum *Rabba*, *In mundo futuro, nec editur nec bibitur*, quia cùm ibi reperiantur corpora, necesse fuit ut indicaret, non tamen desideriis corporeis ferri. & hinc in sensum dictum esse, *Absorpta est mors in victoriam.* Hanc esse *Nahmanidis* sententiam, quam amplectuntur etiam רבני צרפת *Doctores Galliæ*, nec non è חכמי ספרד *Sapientibus Hispaniæ* multi, eandémque Christianorum sententiam esse, viz tempore resurrectionis resuscitatos, neq; esuros neque bibituros, neque uxores ducturos, aut liberos genituros, neque denuo morituros, sed immortales permansuros, corpore & anima unitis, instar corporum

 cœlestium,

cœlestium, eósque ab ipsis Glorificatos appellari, asserere etiam *Nachmanidem* ipsiúsque sequaces, non esse quod objiciatur membra nutritioni & generationi inservientia &c. tempore resurrectionis frustra futura, cùm Deus tunc temporis restiturus sit eo quo antea fuerant modo, ne ullatenus mutetur natura creationis. præterea quod in forma humana magna lateant mysteria, ob quæ primo efformata est, & ob quæ continuari eam vult Deus ut perpetua sint, uti & in initio statuerat, cùm primò *(d) Adamum* formaret, etsi è materia compositus fuerit, si non peccâsset, ut immortalis esset.

Inter has duas sentensias rectè dijudicare arduum & multi studii negotium putat: se tamen *(e)* ad *Maimonidis* partes inclinare, cujus sententiam multis se alibi argumentis confirmâsse scribit, quorum & nonnulla hîc adducit. 1. Quia si resuscitati membris suis & sensibus nihil agent, eruntq; in se immortales, non iidem erunt qui mortui sunt, cum corpora & membra ipsorum non sint eadem quæ ante, cùm antea naturâ passibilia erant פועלים כבזגיהם actiones secundùm temperamenti sui rationem edentia, corruptibilia &c. jam naturæ planè diversæ, incorruptibilis & impassibilis, rationalis nec tamen facultatibus suis aut sensibus utentis. non minus ergò à præsentibus discrepantia quam cœlestia à corruptibilibus hisce. erit ergò nova creatio non resurrectio mortuorum dicenda, magis quam figura in pariete *Rubenem* referens ipse *Ruben* dicenda, &c. alias eadem ejusdémque temperamenti corpora idem agerent & paterentur quæ ante.

2 Quoniam si voluptas quâ ibi fruentur erit à splendore Majestatis divinæ spiritualis, non possunt eâ delectari corpora, cum unusquisque sensus sensibili proprio oblectetur,

non

non aliquo quod cum eo non specie, imò nec genere conveniat, uti odoratus è sonis musicis voluptatem non percipit, nec gustus è formis pulchris, si ergò tum voluptatibus sensitivis non afficietur homo, quibus tandem fruetur corpus ipsius, cùm Majestas divina sensuum ejus objectum non sit?

3 Quòd tum (ut objicit *Maimonides*) frustra essent sensus & facultates [corporeæ] cui objectioni non satisfacere ait *Nachmanidis* responsum, sc. Deum naturâ creationis tunc mutaturum & sensuum usum & corruptibilitatē ablaturum; si enim in hoc quod præcipuum est mutabitur natura, quare non etiam respectu instrumentorū & membrorum? quòd si in figura humanâ lateant mysteria aliqua, erunt illa in unoquoque membro & facultate ad finem aliquem directa; at sublato fine futura sunt instrumenta ista necessariò frustranea. Quod etiam adducit de *Adamo*, nihili esse. Nam licèt dictum sit, *Quo die comederis ex illo, morieris*, non hoc indicari, (fatente ipso *Nachmanide*) tum futurum eum corruptibilem, quòd si non peccasset non fuisse unquam moriturū cùm enim è contrariis compositus fuerit, necessario & moriturus erat. nihil aliud innui igitur verbis istis, quam morti ipsum ante diem suum obnoxium fieri peccato suo. hoc ex maledicti forma patere, *donec redieris, &c.* nulla mutationis naturæ mentione factâ. Sapientes igitur cùm dicant *Adamum*, si non peccâsset haudquam moriturum fuisse, mortem animæ intelligere. Ita divinum [illum] *R. Simeonem Ben Jochai* scripsisse, si non peccâsset *Adam*, futuram fuisse vitam ipsius longiorem, demum tamen moriturum fuisse ratione temperamenti sui & materiæ suæ, quia spiritus supernè deveniens non dat corpori permanentiam & immortalitatem, cùm ipsum

naturâ suâ corruptibile & è contrariis compositum fuerit, bonitatem tamen dispositionis intellectualis dies prolongare. Supposito tamen *Adamum* immortalem futurum fuisse si non peccâsset, necesse est, ut dicamus Deum ipsum creâsse temperamento ad æquale proximè accedente, adeò ut eo quod præcepit Deus regimine usus possibile esset ut perduraret. at postquam rebellâsset affectibus corporeis indulgens, rebúsque materialibus implicatus fuisset, exiisse è temperamenti æqualitate, & morti facile obnoxium factum. Nihilominus tam ipsum quam ejus seculi homines diu vixisse quod à temperamento isto parentis primi propius abessent, à quo successu temporis longius recesserunt posteri donec ad terminū infra quem descendi non possit quod ad humidum radicale pervenerint, eum scil. quo nos jam sumus, quibus vitæ terminus septuaginta anni, neque enim ob diluvium (ut putant *Nachmanides* aliíque) abbreviatam fuisse hominum vitam &c. corpora ergò si eadem resurgent, eodem futura temperamento, ideoque non ejusdem cum corpore *Adami* rationis sed corruptioni magis obnoxia. Quod de *Elia* dicitur, ipsum in cœlum sublatum fuisse. illud figurate dictum ipsum enim ad supremam aëris regionem evectum, ubi igne absumptis corpore & vestibus ligata est anima ipsius in fasciculo vitæ, apud Dominum, uti scribit *R. David Kimchius*: Quòd si concedatur miraculum illud in *Elia* ob ipsius sanctimoniam & quod קנא לאלהיו *magno zelo Dei gloriam prosecutus est*, non tamen convenit ut idem toti hominum multitudini futurum in resurrectione credamus, ut nec idem quod *Mosi* contigit quo ad legem recipiendam idoneus esset, ad quadraginta dies, itane omnibus eventurum dicemus non quadraginta diebus tantum

tantum sed in omnem æternitatem? Quin & textus qui mortem sublatum iri affirmare videntur si penitius introspiciantur nihil tale indicare, e. g. *Absorpta est mors* לנצח *in æternum.* illud enim vel de tempore captivitatis intelligendum, non amplius morituros *Israelitas* manu inimicorum, vel morte innui afflictionē exponente *Davide Kimchio*, quod si de resurrectione exponatur, dicendum tunc quando resurgent mortui sublatum iri falsam illam [quorundam] sententiam, quâ mortem perpetuam fore credunt, i. e. mortuos perpetuo detenturam ne ampliùs ad vitam revertantur; ut valeat *Absorpta est mors in perpetuum, &c.* sublata est hæc exanimis hominum sententia, mortem esse perpetuam &c. & Deum omnem lachrymam abstersurum &c. quod tum non amplius lugebunt mortuos, vel *Israelitarum* opprobrium ablaturū, manifestatione veritatis &c. nequaquam autem dici eos qui resurgent non amplius morituros. Quod ad dictum Angeli [*Illi ad vitam æternam*,] non indicari eo immortalitatem, sed tempus diuturnum, ut cum dicitur, *Serviet ei in seculum*, atque ubi dicitur, *Ut stellæ in seculum & æternum*; seculum & æternum ibi dici de stellis, non de illis qui multos ad justitiam convertent, neque enim illis promisisse ipsum, aliud quam fulsuros ipsos in gradu suo cùm sint corruptioni obnoxii, instar stellarum quæ naturâ immortales sunt & perpetuo duraturæ.

Quod ad testimonium quod adducunt è *Perek Chelek. Mortui quos vivificaturus est Deus non iterum in pulverem reversuri sunt*, illud דעת יחיד *Unius esse magistri sententiam*, quæ in *Midrash Elia* cujusdam occurrit, statimque in *Gemara* eidem contradici, dum aiunt, Discimus à mortuis quos resuscitavit *Ezekiel*, scil. illos ad pulverem rediisse,

ac sic in resurrectione futurum; de quibus quidam dicunt משל היה *parabolam fuisse*: alii, eos in terra denuò vixisse, liberos genuisse,&c. affirmante coràm, *R. Juda*, se ex eorum posteris fuisse,&c. illos ergò qui parabolã fuisse autumant, nihil hic probari dicere, ac in pulverem redituros negare; secus qui verã historiam. idé enim resurrecturis, quod contigit illis, futurum: atque hanc sententiam, tum majoris authoritatis in *Talmude* doctorũ esse, tum plurium, cum altera illa sententia singularis sit; at הלכה כרבים *juxta plures statuendum est.* Deinde verba illa, *Non sunt in pulverem reversuri*: aliter etiam exponi posse, sc. Non voluisse ipsum illos non morituros, sed cùm è materia compositi sint, ac libero arbitrio præditi non illos rebus materialibus inhiaturos, nec iterum peccaturos, uti in vita priori; quia malum, privatio, & peccatum à materia sunt; atque hoc indicari verbis istis, *Non reversuri sunt in pulverem*, quod è testimonio Scripturæ ibi allato patere dicit. quod est, *Et qui relinquetur in Sione & Jerusalem, Sanctus dicetur.* Sanctitatem enim esse separationem à peccato. permansuros ergo eos in sanctitate, nec amplius peccaturos. quam expositionem sequi licet, quamvis non eo sensu sumatur in *Perek Chelek*.

Quod ad testimonium autem illud quod adducit *Ramban*, è dicto *Rabba*, *In seculo futuro nec editur nec bibitur*, exposuit *Rab* ut dictum de mundo animarum, non de resurrectione: quod & necessariò sequitur è testimonio quod adducit [scil. ubi dicitur] *Et viderunt Deum ac ederunt & biberunt*: quia manifestum est, non locutam ibi scripturam de resurrectione, sed de primoribus *Israelitarũ*, qui apprehensione & visione suâ eodem modo gaudio & lætitiâ affecti sunt ac si edissent & bibissent, uti & *Onkelos* verba

verba expoſuit. Hinc patet magni Doctoris [ſc. *Remban*] ſententiam veram eſſe, uti & aliis rationibus probâſſe ſe ait in *l. Zedek Olamim*; alia etiam ſe Antiquorum dicta inveniſſe quibus idem probetur. viz. cùm in cap. *Chelek* dicit *R. Juchanan, Unde in lege probatur reſurrectio mortuorum? Inde quod dictum eſt*, Et dabitis ex ipſo *Terumah Ahroni* Sacerdoti: at *Aaron* tum mortuus erat. docet ergò, futurum ut illi detur tẽpore reſurrectionis, unde liquet, tunc reſuſcitatos dona accepturos, eſuros, bibituros: idem probari ex eo quod dicit *R. Simai Unde probatur ex lege reſurrectio mortuorũ? ex eo quod dicitur*, Et confirmabo fœdus meum cum *Illis*. cum *Illis*, dicitur non *Vobiſcum*, unde liquet ipſos reſurrecturos, terram poſſeſſuros, eámque inter ſe partituros, eo quem deſcripſit *Ezechiel* modo Miratur ergò quid viros iſtos perfectos adduxerit ut reſuſcitatos corporibus integris gaudere crederent nec tamen corporis functiones præſtare, è materia compoſitos eſſe nec tamen morti & corruptioni obnoxios, cùm nec illius meminerit Scriptura, nec traditione à Sapientibus acceptum ſit, nec aliis illud argumentis quam quæ hîc recenſuit illud confirmare poſſint, & præterea rés ſit ab intellectu planè aliena; quin & ſi hoc ita foret, majus eſſet ipſâ reſurrectione miraculum, ſcil. ut fieret quod materiale eſt ſpirituale, manens interim materiale; & corruptibile, incorruptibile immortale: & quomodo Prophetæ & Pſalmiſtæ Spiritu Sancto afflati, qui de reſurrectione locuti ſunt nullam omnino hujus rei mentionem facerent? aut quomodo Sapientes qui cap. *Chelek* de reſ. diſputarunt, num è lege probari poſſet, hujus fundamenti magis miri non meminere, nec dixere: ei qui illud negaverit, nullam eſſe ſortem in ſeculo futuro, ut de articulo reſurrectionis dixerunt.

genitura, neque amplius moritura: eadémq; prorſus impoſſibilia quæ credunt Chriſtiani de Deo ſuo ipſiúſq; matre, credent gentis noſtræ ſapientes de millies millenis millibus myriadum qui tempore reſ. revicturi ſint? Quid paleæ cum tritico & quare errares fili mi cum extraneâ? & quid nobis cum ſententiis eorum infirmis uredine tactis? an non de hoc dictum eſt יבילדי נכרים יספיקו *nec non commiſti ſunt cum gentibus & opera ipſorum didicerunt.* Fides perfecta nec addi ſibi quid nec detrahi patitur. Illud ergò quod credere oportet, eſt, Reſurrecturos mortuos cum corporibus, facultatibus, & ſenſibus ſuis, & cum revixerint ad eadem præſtanda corpora ſua adhibere, quæ alii homines, niſi quod juſti futuri ſint, peccati timentes, eodémque gradu quo *Adam* protoplaſtus primo creabatur antequam peccâſſet, Dixerunt in *Eica Rabba, Renova dies noſtros ut olim, inſtar dierum Adami primi de quo dictum eſt quod habitaverit* מקדם *ab antiquo,* atque hoc de reſurrectione futura dixerunt, ſcil. futuros illos qui reſurrexerint eodem gradu quo fuit *Adam* ac demum morituros atque in mundum animarum tranſmigraturos, ut operum ſuorum mercedem reportent, juxta normam judicii quo ſpectavit *Miſnicus* dicendo, *Neque perſuadeat tibi affectus tuus eſſe in inferno refugium tibi.* quo vult, Ne ſeducat te cōcupiſcentia tua mala dicēdo, Ede & bibe cras enim morituri ſumus, neque ſunt opera & ſcientia & rationis redditio in inferno quo vadis, quia ibi refugium tibi erit contra judicium divinum. Scias aliter ſe habere, *quoniam vel te invito, formatus es* (quo innuit reſurrectionē, cujus reſpectu dicitur Deus hominē eodē modo quo ſe habuit è pulvere formare.) *& te invito naſceris* (vult, te invito hoc credes quia tunc tempore reſ. m. eris homo perfectus ut *Adam* cum primo in lucem produceretur) *ac*

vives, (ea ſcil. exercens opera corporea quæ ſolent vivi, edendo, bibendo, &c.) & *poſtea morieris*, (quia ſcil. poſt reſurrectionem denuo morientur qui reſurrexerint) ac in mundo animarum *rationem redditurus es* viz. ut præmium in *Gan Eden*, accipias, vel pœnam in *Gehenna* ſubeas, ſecundum opera &c. Hæc *Abarbinel*. quibus omnia ad reſurrectionem ſpectantia, & quæ de eâ ab aliis dici ſolent, ſe complexũ eſſe aſſerit; rectéq; ſolviſſe *Rambam* loca Scripturæ quæ reſurrectionem negare videantur, dicendo הם מספרים טבע המציאות הנהוג והנודע *Ordinariam rerum naturam & vulgò notam declarare illa*, non autem negare reſurrectionem quæ fit על דרך הפלא *ratione miraculi &c.* alibi tamen fuſius ſe de iiſdem rebus ſcripſiſſe, adeò ut ſint hæc מעט מהרבה *è multis pauca.*

(*a*) In hac præcipuè radice totius de hoc articulo, viz. reſurrectione mortuorum, controverſiæ cardo vertitur. Tres in diverſum abeuntium ea de re ſententias recenſet (ut vidimus) *Abarbinel.* prima eſt *Haggaonis R. Saadiæ*, ſecunda *Maimonidis*, tertia *Nachmanidis*. Ac verum eſt quod eas ita inter ſe diſcrepare ait, ut tam *Haggaon* quam *Maimonides* reſuſcitatos, eſuros, bibituros, uxores ducturos autument, ſed hâc differentia quod ille hic diu non autem in perpetuum victuros, haud iterum morituros ſtatuat, ita enim ille cap. 7. *Emunoth* לא ימותו אבל מעתיקים אותם מימות המשיח אל נעימות העולם הבא *Non morientur* (inquit) *ſed transferent ipſos à diebus* Meſſiæ *ad gaudia mundi futuri.* probari hoc, dicto iſto veterum, *Mortui quos reſuſcitaturus eſt Deus haud iterum in pulverem ſuum reverſuri ſunt.* hic verò *diu ſed non in perpetuum victuros.* Sic enim in Epiſt. de reſ mort. אלו האנשים אשר ישובו נפשותם לגופות ההם

יאכלו וישתו וישגלו ויולידו וימותו אחרי חיים ארוכים מאד כחיים הנמצאים בימות המשיח ואמנם החיים שאין המות אחריהם הוא חיי העולם הבא אחר שאין גוף בהם שאנחנו נאמין *Illi quorum animæ in corpora revertentur, comedent, bibent, uxores ducent, gignent, dein post vitam admodum diuturnam instar ejus quæ diebus* Messiæ *erit morientur, at vita cui nulla mors succedit propria est seculi futuri, in qua nullum est, uti nos credimus, corpus.* At quod *Nachmanidem* in alteram partem de his omnibus statuere asserit: scil ipsos nec membra ad corporeas istiusmodi functiones obeundas adhibituros[1], nec resumpta iterum unquam deposituros, nescio quod ad primam assertionis partem an sit adeo extra controversiam, *Rabbi Juda Zabara* enim qui utriusque *Mosis* sententiam refert, & à *Nachmanidis partibus in plerisque stat,* העקר האמתי כי התחיה לגוף ולנפש יחד כמו שהיו קודם לכן ויאכלו וישתו ויתענגו בהנאות גופניות אין חולק בזה שום חכם מחכמינו *De articulo vero* [quo affirmatur] *resurrectionem* [mortuorum] *futuram corpori & animæ simul, quod se eodem modo ac priùs habituri sint, edántque, ac bibant, & voluptatibus corporeis fruantur, non est è sapientibus nostrù, qui litem moveat,* at verò utrum יחיו אחר כך לעולם או אם ימותו לרוב הימים *Postea æternum victuri sint, an post dies multos morituri*, de hoc inter Magistros controvertitur. Ac certè qui ipsius *Nachmanidis* verba consuluerit, merito dubitaverit num ab *Abarbinele*, esuros & bibituros qui revicturi sunt, penitùs negâsse, rectè asseratur. Aliud enim innuere videntur illa quibus objicienti cui usui futura sint in seculo futuro corporis membra, cùm ibi nec edatur nec bibatur &c. respondet, resumpta fuisse membra ista לזמן תחית המתים לצורך השמושים הנזכרים *In tempus resurrectionis mortuorum ad functiones memoratas præstandas,*

 dein

dein ea haud denuo abolere voluisse Deum; Eodem spectat & quod ex ipso laudavimus, Inserviturum etiam *Gan Eden*, seu Paradisum propriè sic dictum præmio quod tempore resurrectionis etiam corpore percipietur: quod confirmat dicto veterum quo dixerunt עתיד הקב״ה לעשות סעודה לצדיקים בגן עדן *Futurum est Deus convivium justis instruat in Paradiso*, ipsum in medio ipsorum sessurum, singulis ipsum digito monstrantibus, sicut dictum est, *Ecce iste est Deus noster*. Atque hoc esse עונג ושכר עתיד בזמן התחיה *voluptatem & præmium quæ futura sunt tempore resurrectionis*: & illam Majestatis divinæ quasi digito demonstrationem esse apprehensionem gradus & voluptatis unionis cùm ipsa inter gaudia corporea, quasi dicat istius seculi homines pertingere ad gradum *Mosis*, cujus anima in tantum superior corpore evasit, adeo ut facultates corporales in ipso extinguerentur, & continuè Spiritu Sancto indueretur, acsi visus & auditus ipsius oculo animæ tantum perageretur nequaquam mediante oculo corporeo, &c. Ex his constat, aliud ipsi esse tempus seu dies resurrectionis, aliud seculum futurum, atque illo edi, bibi, aliásque percipi voluptates corporeas, quæ hoc demum prorsus abolitæ cessabunt, Nec tamen ipsum prorsus idem sentire cum *Haggaone* arbitror, quia *Haggaon* diuturnius his rebus spatium concedat, annorum forsan quadringentorum vel quingentorum plus minus; at *Nachmanides* breviusculum, utpote qui Judicium illud magnum quod tempus resurrectionis & seculum futurum discriminat, statim resurrectionem consecuturum (ut ex superioribus vidimus) autumet: utpote quod futurum sit ביום מתחלת ימות התחיה *die aliquo sub initium resurrectionis*, ipsam momento haud perficiendam, ut videtur ratus, & tam תחיית המתים *resur.*

reſur. mors. quam ימות המשיח *dies Meſſiæ*, in quibus & illa futura ſit, hujus mundi bonis accenſens. Sed nec hoc modo plenariam ſententiarum diſcrepantium enumerationem nobis exhibuiſſe videtur *Abarbinel*: quartam enim nobis præbere videntur *Aben Ezra* ad *Daniel* c. XII. verba, ubi à *Daniele* affirmari ſibi videre ait, שהצדיקים שמתו בגלות יחיו בבוא הגואל כי עליהם כתוב כימי עץ ימי עמי ואז יתענגו בלויתן ובזיז ובבהמות וימותו פעם שנית וחיו בתחית המתים בהיותם בעולם הבא שאינם אוכלים ושותים רק נהנים מזיו שכינה *Juſtos qui mortui ſunt in captivitate revicturos cùm advenerit Redemptor, cum de illis ſcriptum ſit*, Sicut dies arboris dies populi mei, *ac tunc ex* Leviathane,*&* [ave] Ziz,*&* Behemoth *delicias capturos, dein iterum morituros ac rurſum victuros in reſurrectione mortuorum, cùm erunt in ſeculo futuro, ubi nec comedent, nec bibent, ſed ſplendore Majeſtatis divinæ fruentur*. Quadrimembrem ergò opinionum varietatem habemus, 1 *Haggaonis*, qui reſuſcitandos eſuros, bibituros, uxores ducturos, &c. dein poſtquam diu in terris vixerint, in mundum futurum, ubi nihil tale amplius præſtabunt, tranſferendos, nullâ mortis lineâ interpoſitâ. 2 *Rabbi Abrahami Ben Ezra*, eos è rebus quidem terrenis cibo ſc. potu &c. voluptatem capturos, morituros tamen rurſus, ac denuo ad æterna ſeculi futuri gaudia reſuſcitandos, ubi nullus erit iſtiuſmodi deliciis locus. 3 *Maimonidis*, eadem illos quæ hujus ſeculi homines, idque diu inſtrumentorum corporeorum ope præſtituros, quæ tamen poſt annos aliquammultos nunquam reſumenda, iterum deponent. 4 *Nachmanidis*, qui non aliter ab *Haggaone* diſcrepare videtur quã quod breviori forſan ſpatio voluptates iſtas corporeas, poſt

resurrectionem captandas circumscribat, ac his (vel *Haggioni* seorsim) *R. Ahron* Levita & *R. Juda Zabara* accensendi; cum *R. Aaron* (referente *Juda* isto) statuat nullam resurrectioni mortem successuram, verum resuscitatos diu, ut qui seculis olim mundi prioribus, quantum patietur de millenario sexto, quod tunc temporis supererit, in terra *Israelitide* victuros, patente ipsis libero in Paradisum quotiescunque ipsum visere libuerit ingressu, cujus fructibus, aëre puriore, ac divinæ majestatis præsentiâ magis conspicuâ deliciabuntur, donec demum purissima fiant ipsorum corpora à crassioribus materiæ fæcibus purgata, adeo ut gloriosa admodum evadant, cibi & potus haud amplius indiga. ipse verò *R. Juda*, ut ipsis eas quæ è cibo & potu percipiuntur voluptates tribuit, nec eas quæ è toro conjugali denegat; ita num liberos procreaturi sint ideo dubitare videtur, quod cum illis in hoc mundo iis tantum annis qui de millenario sexto supersunt degendum sit, quid gravidis & infantibus qui innumeri necessario erunt, fiet millenario septimo quo Deus מחדש עולמו *renovaturus sit mundum suum*, non adeo facile statuatur. Nescio demum an non & ab alia adhuc sententiâ procedat glossa ista *R. Salomonis* ad verba ista, *haud iterum in pulverem suum reversuri*, scil. בין לימות המשיח בין לעולם הבא אלא הבשר מתקיים עליהם עד שישובו ויחיו לעתיד לבא *sive diebus* Messiæ, *sive seculo futuro*; *sed manebit in ipsis caro donec rursus victuri sint seculo futuro*, quasi scil. morti, sed non corruptioni tradenda sint corpora ipsorum.

(*b*) Occurrit dictum istud in *Talmude* tr. *Beracoth*, c. 2. quod integrum sic se habet מרגלא בפומיה דרב לא כהעולם הזה העולם הבא העה' אין בו לא אכילה ולא שתיה

שתיה ולא פריה ורביה לא משא ומתן ולא קנאה ולא שנאה ולא תחרות אלא צריקים יושבים ועטרותיהם בראשיהם ונהנים מזיו השכינה שנ' ויחזו את האלהים ויאכלו וישתו *Dictum celebre fuit in ore Magistri, Seculum futurum non ita se habet ac seculum præsens. In seculo futuro nec est esus nec potus, nec liberorum procreatio, nec venditio nec emptio, nec invidia, nec odium, nec contentio, sed justi sedent coronas in capitibus gestantes, & voluptatem capiunt è splendore Majestatis divinæ sicut dictum est;* Et viderunt Deum & comederunt ac biberunt, Hoc uterque tam *Maimonides* quam *Nachmanides* ad sententiam suam confirmandam adducit, ille, quia nihil ibi eorum quæ membrorum corporis ministerio præstantur exercetur, nec ipsa corporis membra reperiri concludit. Absurdissimum enim *Maimonidi* videtur asserere frustra retineri hæc membra, ac esse homini os, stomachum, jecur, & membra procreationi idonea, nec tamen eum edere, bibere, aut liberos gignere, & quod risu excipit, quærens cujus tandem formæ corpora sibi fingant qui hæc asserant, num כדוריים מקשיים או עמודים או מעוקבים *Sphærica, quadrata, cylindrica,* vel *Conica.* Nam ut fingant Deum corpora hominibus dare membris suis distincta quibus tamen nihil agant, sed sint sicut illa gentium Idola quibus oculi sunt quibus non vident, aures quibus non audiunt, nares quibus non olfaciunt; adeoque frustra aliquid, & ut nulli sit usui creâsse, absurdum esse & impium. Eodem ergò antiquorum dicto quo tolluntur edendi, bibendi, &c. usus, tolli unà instrumenta corporea quæ iisdem inserviunt; corporibus quæ hæc non agant, quibus præstandis instituta sunt, nulla posse concedi membra, qualia si quis autumet, אין אלו הדברים אלא שחוק מי יתן החרש יחרישון ותהי להם לחכמה *esse hæc ipsius*

ipsius verba merè ridicula. Quis det ut tacendo tacerent quo imputaretur ipsis in sapientiam. Utut autem quò sententiæ suæ majorem conciliet gratiam contrariam risui exponat, ejusque assertoribus silentium indicat, nihil aliud quam quod absurdissimum est ab ea concludi posse, hominibus persuasum cupiens; non potuit, vel ipsius authoritas, vel rationum quas affert pondus *Nachmanidem* permovere quo minus veritatem ex altera parte quæreret, & ex dicto illo majorum planè contrarium eliceret. scil. membra & corpora eadem resuscitatis in seculo futuro permansura quæ in hac vita fuerunt, sed non iisdem usibus inservitura: quam etiam sententiam amplexi sunt *R. Abron Levita*, & *Judah Zabara*, & *R Jacob* libri *Ein Israel* compilator, &c. dicentes, seculi futuri participes nudæ tantum animæ celebris istius apophthegmatis authori visi essent, nihil necesse ipsi fuisse asserere in hoc seculum futurum à præsenti diversum esse quod qui ipso fruantur, nec edant nec bibant &c. quis enim monitu opus habet, ne putet animas hæc ad quæ præstanda nullis instructæ sint instrumentis perficere? Hoc verò novum est, nec omnibus ita notum ut qui & corpora retineant & membra iis olim finibus condita, & diuturno usu assueta, ea tamē jam haud amplius præstent adeo sententiam istam quā adducit *Rambam* ut sit סניגור לו *ipsi συνήγορος*, esse revera si rectè perpendatur קטיגור גמור *κατήγορον* מכל טים *absolutum, & ex omni parte adversantem, annotant.* eóque inani seculum istud non esse עולם הנשמות *Spirituum proprium*, sed & corporum, hominúmque integrorum qui in perpetuum sustententur בזיו הכבוד כקיום הנפש בגוף בעולם הזה: באכילה ושתיה *Splendore gloriæ divinæ, ut in hoc mundo anima in corpore cibi & potus beneficio sustentatur*: quod quomodo fieri possit *Mosis* exemplo

exemplo patere qui 40. diebus in monte ſubſtitit quibus nihil comedens מזיוהשכינה היה ניזון *ſola Majeſtatis divinæ ſplendore alebatur.* eo tendere & aliud veterum dictum, quo quærenti quid facturi ſint reſuſcitari mille annis iſtis שעתיד הקבה׳ לחרש בהן עולמו *quibus Deus mundum ſuum renovaturus ſit*, reſpondent הקבה׳ עושה להם כנפים והם שטים על פני המים *Deum alas illis facturum ipſoſque ſuper aquis ſpatiaturos:* ubi alis indicari ait לבישת הנפש מלאכות והתלבש הגוף עמה ושלא תתבטל בבטול היסודות *Animam naturâ Angelicâ induendum, eáque veſtiendum corpus, neque ipſum unâ cum elementis periturum.* Siquidem קיום הגוף בקיום הנפש וקיום הנפש בהתיחדה ברעת עליון והמתקיים יהיה כמקיים בהתיחדו בו *Durationem corporis dependere à duratione animæ, & durationem animæ ab unione ſua cum ſcientia Dei celſiſſimi, eſſéque ſuſtentatum, ut ſuſtentans vi unionis ſuæ cùm eodem:* hoc facilè credi poſſe cum conſideretur vis quam imprimit anima corpori vi unionis cum ſcientia Dei, ut cum fulgida facta fuerit facies *Moſis* inſtar ſolis, *Joſuæ* inſtar Lunæ, quod idem affirmant Veteres de *Adamo* etiam & de quibuſvis qui creatori propius uniti fuerint Spiritúque Sancto induti, ut de *Phineaſo* cum in ipſum deſcenderet Spir. Sanct. dicunt micuiſſe vultum ipſius inſtar lampadis, ut & de *R. Eliezere Magno*, inter docendum radios ex facie ipſius,ut olim è *Moſis* facie prodiiſſe,adeo ut non dignoſceret quis utrum dies eſſet an nox· atque itam *Sifri* ſcriptum *Facies juſtorum in ſeculo futuro futuras quaſi Solem, Lunam, Firmamentum, Stellas, Fulgura, Lilia, lucernas Sanctuarii:* quorum rationem ſi inveſtigare non poſſumus. quid ni tamen credamus, cum quæ ad animam ſpectant myſteria

Cccc perſpecta

perſpecta habeat Creator in ſæcula benedictus, licet noſtrum fugiant captum: videmus tamen cum ea quæ cupit conſequitur animus inde & corpori ſanitatem,& decorem accedere.eo tendere quod dictum eſt, *Sapientia hominis illuſtrat vultum ipſius.* Contra hæc quæ de æterna corporis duratione dicuntur, nihil facere argumenta è Philoſophorũ ſcholis petita,ac pari ratione quâ credunt illi univerſalium, credi etiam poſſe particularium permanentiam: cum tam hæc à particulari Dei voluntate quam illa à generali pendeant: ſecundùm quam durationem ſuam habent prout ipſi viſum eſt, אם לזמן אם לנצח *ſive ad tempus, ſive in æternum.* Nam quod ordinariâ mundi lege fieri videmus, particularia interire, univerſalia manere, hoc animantibus מפני החטא הקדמני *primi peccati,* & pœnæ ob ipſũ denuntiatæ *ratione* contingere; voluntatem interim Dei immortalem quicquid vult in æternum conſervare. Hæc *Nachmanidis* doctrina eſt in cap. *Gamul* ab ipſo explicata; cui conſona ſunt (ut diximus) quæ ab aliis non paucis traduntur. *R. Ahron Levita* (referente *Juda Zabara*) corporis in mundum futurum admiſſi quatuor ſtatuit מעלות גדולות *excellẽtiæ gradus,* 1 quòd אינו נראה לעין כל זמן שהוא אינו רוצה *oculi viſum fugiat quandocunque latere cupiat.* 2 quòd הוא נכנס בכל מקום אף על פי שהוא סגור במו שיכנס הרוח *quemlibet locum etiam occluſum ingrediatur non ſecus ac ſpiritus.* 3 Quòd משתנה ממקומו למקום רחוק בשעה קלה *brevi temporis ſpatio à loco ſuo ad locum longè remotum transferatur.* 4 Quòd מתראה בגוף אנושי בגופו ממש או בצורה אחרת אם ירצה להתנכר *vel formâ humanâ corpore proprio appareat, vel aliâ indutum formâ quotieſcunque perſonam mutare libuerit:* quæ omnia in *Eliæ* corpore exemplo liquido comprobata fuiſſe autumat. His autem neſcio

an

an non potius *R. Aaronis* sententiam exprimere, quam ipsissima ejus verba nobis dare voluerit, *R Juda.* Nam in verbis ipsius à *R. Jacob Ben Habib* ad sententiam istam *Talmudicam αὐτολεξεὶ laudatis* (nescio tamen an omnibus) corpus quidē eam subiturum mutationem dicitur ut sit ipsius materia fœcibus suis purgara פשוט קיים קל התנועה בהיר במראה כמעשה לבנת הספיר נעלם הראות כענין אליהו מוכן לקבל זוהר אלהים ואור פני מלך חיים כמעשה הלבנה שהוא גוף מקבל אורה *Simplex, permanens, agilis, pellucida instar lapidis Saphiri, visum fugiens instar Eliæ, idonea ad recipiendum splendorem Dei, & lucem vultus regis vitæ instar Lunæ quæ est corpus lumen suum aliunde accipiens*: ac rursum respectu שנוי תכונתם וקלות תנועתם *mutationis temperamenti & agilitatis* corporum resuscitatorum, dici Deum illis alas dare; at quatuor excellentiæ gradus, quorum meminimus, nec eo modo distinguuntur, neque explicantur quo apud *Judam Zabaram.* ac obiter monere liceat, nec in iisdem verbis ullam Constellationum earundem sub quibus & corpora priora formata, & nova formanda asseruisse *R. Aaronem* tradit (uti vidimus) *Josephus Albo*, mentionem fieri, dici tantùm, שיחדש להם הקבה׳ לכל אחר ואחר מהם גוף כאותו מזג לגמרי שהיה לכל א׳ וא׳ מהם תחלה שוה בשוה *De novo conditurum Deum unicuique ipsorum corpus eodem prorsus temperamento quo prius fuerat sine ulla omnino differentia*; adeo ut nisi ipsius *Abronis* librum inspicere liceret, dubitare possimus, an non illud quod de parili stellarum situ dicitur, non ex ipsius *Josepho Albo* interpretamento accesserit. Porrò, quod ad alas istas quibus ex veterum sententia donandi sunt resuscitati, monet *Juda Zabara* non intelligere ipsos כנפים ממש *alas propriè*

אבל רצונם לומר שיהא נוסף בהם ענין מלאכותיי *priè dictas* עם קלות גופם שיהיו ראויין לעמוד על פני המים *Verùm indigitare voluisse additum iri ipsis proprietatem quandam Angelicam, unà cum corporis sui levitate, quâ vel aquæ superficiei insistere possint.* pari ferè modo quo ſcriptura *Seraphinis*, alas attribuit, qui cum ſint ſpiritus alas revera non habent, ſed duabus quibus facies ſuas obtegere dicuntur, innui שאין בו השגה במה שלמעלה ממנו *non apprehendere ipsos quæ supra se sunt*, duabus quibus pedes שאין בו השגה בענינים אשר למטה מהם *Non apprehendere ipsos negotia quæ infra se sunt*, duabus quibus volant indicari קלות התנועה לעשות שליחותם מהר בלא שום עכוב *agilitatem in obeunda legatione sua quam celerrimè sine ulla prorſus mora.* ſic & quod ad coronas quas capite geſtaturos dicunt beatos alterius ſeculi incolas, monet *R. Jacob* modo laudatus, innui eas quas ſibi in hac vita pararunt על ידי תורה ומעשים טובים *ſtudio legis & operibus bonis:* tunc enim ipſos veritatem earum rerum quibus ſtuduerunt, & rationem eorum quibus operam dederunt mandatorum, quas in hac vita corporibus iſtis craſſioribus veſtiti perfectè aſſequi non potuerunt, percepturos; quod & illo quod dicitur *è ſplendore Majeſtatis divinæ*, indicatur; ſcil. tum eodem modo ſe habituros, ac Angelos qui voluptatem capiunt ex apprehenſione notionum ſublimiorum quæ à ſplendore Majeſtatis ab ipſo Deo ad ipſos fluunt, & communicantur. Porrò idem *R. Juda* monitu neceſſarium putat

Sic Rambam *tr.* Teshub. *c.* 8. *Sect.* 2. *Corona quam innuunt Sapientes* היא הדעה *Scientia eſt.*

כי הנוצרים יאמינו עקר תחית המתים ולא יאמינו תחיה בגוף בהיר קורין אותו בלעז שלהם גלוריפיקאט כל שישלו המעלות שזכרנו ותלמידי ישו הנצרי שמסרו להם עקר זה קבלו מחכמי ישרא ולא שמשו כל צרכי לדעת עקר התחיה

כמו

כמו שנאמין אנחנו *Etiam Christianos credere articulum resurrectionis mortuorum, at non credere de corpore illustri quod linguâ sibi vernaculâ Glorificatum appellant quo resurrecturi sunt totum quod spectat ad istos excellentiæ gradus, quorum* (inquit) *meminimus. Discipuli autem Jesu Nazareni qui illis hunc articulum tradiderunt, illum à sapientibus Israelis acceperunt; at non quantum opus est operæ impenderunt ad ipsum plenè percipiendum quomodo nos illum credimus.*

Equidem si non adeo curiosi fuerint *Christiani* in iis quæ mortalibus scire non datum est, indagandis, non hoc vitio illis verterim; sunt tamen & inter ipsos forsan qui plus satis se in ea quæ de alterius vitæ statu revelata non sunt ingerendo culpam meriti sunt. Nec quod addit, *Christi* discipulos hunc articulum è fontibus *Israelis* hausisse prorsus negaverim. A primis enim patribus gentis istius credita posterísque tradita est hæc doctrina. At dum non satis ipsos, à Christo edoctos, eum intellexisse autumat, adeo fallitur, ut re verâ ad ipsos si quid pleniùs de eodem scire vellent recurrendum habuerint *Israelis* quoad carnem, posteri. quo nomine vidimus (ac mox plenius ostensuri sumus) ab *Abarbenele Nachmanidem* alióſque vapulare.

(*c*) *Mosis* exemplum quod urgebant qui corpora membris suis constantia sine cibi & potus adminiculo potentiâ Dei in æternum conservari affirmabant, ne elusum putarent qui *Maimonidis* partes sequerentur, illud miraculo ascribendo, (quod secundùm ipsius doctrinam, in rebus naturâ possibilibus quo constanrius & diuturnius est magis mirum habetur, at in iis quæ naturæ vires excedunt si perpetuum sit, miraculi naturam exuit) respondet *Nachmanides*, אם ניחם זה לא מעשה הנס הנה איהו יוכיח שלא *Epist. de resurr. prope fin.*

שלא הושלך הגוף ממנו ולא נפרד מן הנפש והתקיים מאז ועד עולם *Si hoc miraculosè factum dicatur, ecce argumento est* Elia, *cujus corpus haud unquam depositum est, nec ab anima separatum, manétque ab eo quo fuit tempore in æternum.* quod etiam in Doctorum expositionibus de *Henocho* assertum ait. De *Elia* constare hoc putat ex illis Prophetæ verbis, *Ecce ego mitto vobis* Eliam *Prophetam*, &c. Certè haud eadem est omnium Magistrorum de *Elia* ejusque missione sententia. *R. David Kimchius*, quid sentiat jam vidimus, viz. corpus ipsius in suprema aëris regione igne absumptum fuisse, ipsúmque novo cùm mittendus erit corpore donatum iri. Ad quam sententiam, dum hic contra *Nachmanidem* disputat, propendet *Abarbenel*. cui tamen auris vellêda est ut qui haud satis sibi cõstare videatur cum ad 2 *Reg.* 11. ex professo contra eandem disputat, ipsámque planè rejicit, הנה אין ראוי שנאמין לדבריהם *Haud quaquam* (inquit) *oportet credere ipsorum verbis*, liquido enim constare non fuisse corpus ipsius ab anima separatum, ideoque credere se, secundùm veterum sententiam *Eliam* in cœlum, i. e. aërem, turbine sublatum in Paradisum terrestrem translatum fuisse ibíque manere ipsum בגוף ובנפש *anima & corpore constantem*: at quali tandem corpore? corpore quod gratiâ Dei miraculosè factum sit נצחיי וקיים כאחר מן הגשמים השמימיים ולכן היה קל להראות בכל מקום ולא היה מגביל מקום ולא מצטרך למאכל ולמשקה ולשאר הדברים הצריכים וההכרחיים לחי לפי שנעשה גשמו מתכונה רוחניית על דרך נס *Immortale, & permanens instar corporis alicujus cælestis, ideoque agile ut ubique locorum compareat, neque loco circumscriptum, neque cibi aut potus, aliarúmve rerum quibus necessario opus habent vivi indigum, cùm induerit corpus ipsius naturam spiritualem*

tualem per modum miraculi. hoc ideo factum quod sæpius hominibus apparere deberet, ita sæpius ipsum Prophetis, piisque, & in *Rabbinorum* scholis, atque alibi apparuisse. Discrepatum est non minus de eodem *Elia* mittendo ante diem Domini terribilem. intelligendum illud de ipso *Elia* non minus *Abarbineli* quam *Nachmanidi* videtur, (ut è loco jam proximè laudato patet; sic & *Aben Ezra*, *Kimchio* &c. Sunt tamen qui forsan alium aliquem *Elia* spiritu præditũm, ipsius nomine indigitari autumant. Ita *Maimonides Iad.* l. ult. (*Melachim* sc.) c. ult. ex verbis istis *Malachiæ* con-constare ait surrecturum Prophetam quendam ad dirigendum *Israelem*, quem יש מן החכמים *sunt è sapientibus* qui ipsum *Eliam* esse putent ante *Messiam* mittendum: unde R. *Tanchum* ad locum istum Prophetæ, הד׳א בלא שך
וער בטהור נבי פי ישי קבל וקת טהור אלמשיח בקליל ובעץ
אלעלמא ירי אנה אליהו התשבי נפסה והו אלמגור פי אכתר
אלמדרשות ובעצהם ירי אנה נבי עטימא מתלה פי אלמרתבה.
קאימא מקאמה פי מערפתה תע׳ ואשהאר אסמה ולדלך סמי אליה
&c. *Est hoc sine dubio promissum de Propheta in* Israele *manifestando paulo ante tempus manifestationis* Messiæ, *quem quidam è doctis putant ipsum* Eliam Tisbitem *futurum: quæ sententia in plerisque scriptis Homileticis reperitur, at alii censent Prophetam magnum fore parilis cum ipso gradus, eodemque loco constitutum quod cognitionem Dei, & nominis ejus promulgationem, ideoque* Eliam *appellari, ut vult magnus ille Doctor* Maimonides, &c. ולעלה עלי הד׳א משיח בן יוסף כמא קאל איצא *atque hac ratione forsan erit (*inquit*)* Messiah Ben Joseph, *ex ejusdem sententia.*

Ex his verò quæ ab ipso *Abarbenele* de *Elia* affirmata vidimus contra *Maimonidis* (quam ipse amplectitur) sententiam concludent qui à *Nachmanidis* partibus stant, quod

quod in uno factum in pluribus fieri poſſe, ſc. ut immortalia in altero ſeculo gerant corpora, non iiſdem quibus in hoc, neceſſitatibus obnoxia, ac voluiſſe Deum להראות ענינו לדור דורים כדי שידעו כל ישראל אמתת העולם הבא ומעלתו ויאמינו בו אמונה קיימת *unum illum omnibus ſeculis in exemplum proponere, ut notam haberet omnis* Iſrael *veram ſeculi futuri rationem, ejuſque excellentiam, eámque fide firmâ crederet* ut loquitur *Juda Zabara*, de *Phineaſo*, quem cum aliis quibuſdam *Rabbinorum* pro eodem cum *Elia* habuiſſe videtur. Illi quod regerit *Abarbenel*, etiamſi concedatur illud *Eliæ* ob ſingularem ipſius ſanctimoniam contigiſſe, non tamen convenite ut de pluribus credatur, opponi poteſt, quod de eodem *Elia* verba faciens habet *R. Tanchum* לא באס אן יכון מן גמלה כואץ [אלנפס] וגראיב אפעאלהא ארא קית ואתחרת במבראהא אן תחמל גסמהא פי אלהוי ולולם ירכר *nihil impedit quo minùs è proprietatibus animæ & miris ejus operationibus ubi prævaluerit, & principio ſuo unita fuerit credatur eſſe ut corpus* [qua velit] *in aëre transferat etiamſi nihil tale in Scriptura memoratũ eſſet* פכיף וקד דכרתהא אלנצוץ ואכברת בה ען אלאנביא לא פרק אן יכון אלאכבאר ען ואחד או ען גמאעה לאנה מנד גרי לואחד פכרג ען באב אלממתנע וצאר פי באב אלממכן *quanto magis poſtquam expreſſa ſint ejus in eâdem teſtimonia & à Prophetis tale quid* [contigiſſe] *narratum ſit? neque enim refert ſive de uno, ſive de pluribus memoria proditum ſit. poſtquam enim vel uni contigerit, jam ex ordine impoſſibilium exiit, & inter ea quæ fieri poſſunt cenſendum eſt.*

(d) Ita certè ut ſententiam tam Scripturæ Sacræ quam veterum expoſitionibus conſentaneam amplectitur, *Adamum* ſi non peccaſſet perpetuo victurum fuiſſe. Objicitur

Objicitur quomodo hoc fieri possit, oggerunt Magistri exemplum *Eliæ* הרי אליהו שלא חטא הרי הוא חיוקיים לעולם *Ecce Eliah qui non peccavit, vivit & permanet in seculum.* At supposito non peccasse ipsum *Eliam*, quomodo tamen à communi illa sorte cui *Adami* peccatum omnes obnoxios fecit exemptus est? sunt enim & alii quos peccati immunes perhibent, primi tamen patris rebellione mortalitatis legibus subjectos. Ita in *Talmude* tr. *Šabbat.* c. 5. ד׳ מתו בעטיו של נחש ואלו הן בנימין בן יעקב ועמרם אבי משה וישי אבו דוד וכלאב בן דוד *Quatuor* (inquiunt) *mortui sunt consilio serpentis* [non alius scil. peccati quam originalis rei] *qui sunt*, Benjamin, f. Jacobi, Amram Mosis, Ishai Davidis, *pater*, & Cileab *filius* Davidis. Responsum suggeret *Juda Zabara* è *Midrash*, ipsi (cum *Phineasi* tunc nomine gauderet) cum *Simeonita* Zimri principis sui ulciscendi causâ ipsum aggressi essent, animam è corpore evolasse, quam in idem adhuc calens, animæ *Nadabi* & *Abibu* quæ adhuc ibi huc illuc volitabant, prehensam retruserunt, atque cum non aliâ quam primorum parentnm culpâ mortem meritus esset, hoc pacto justitiæ divinæ quâ ei condemnati sunt omnes ipsorum posteri, satisfactnm, ועל כן היה ראוי שלא ימות עוד ויזכה אל התכלית האחרון שהוא עולם הבא *ideoque haud convenisse ut amplius moreretur, sed dignus fieret qui finem* [hominis] *ultimum*, scil. *mundum futurum consequeretur*: sed ne ad ridicula divertamus. Illud quod hic observatū cupimus est *Abarbenelē* eorum sententiā qui *Adamū* si non peccasset perpetuò victurū fuisse autumant refellere, eundem tamen ad II. *Reg.* II. hæc habere הנה אדם היה נצחי ונעשה נפסד ואליהו נולד נפסד ונעש נצחי *Ecce* Adam *immortalis fuit & factus est mortalis*: *at* Eliah *mortalis natus est, & factus immortalis.* An non pro occasione sententiam mutasse videatur?

Ramban. cap. Gamul: & Juda Zabar.

(*c*) Ac ferè ſolus *Manaſſi Ben Iſrael* videtur ſe illi commitem adjunxiſſe. *Sciendum*, (inquit) *eſt Cl. Virum* Iſaacum Abravanelem, *& ante illum* R. Moſen Ægyptium *plane in contraria opinione fuiſſe: nimirum reſuſcitatos, denuo morituros eſſe, & animas eorũ à corpore liberas ac ſolutas in mundo animarum feliciter ac beatè victuras*, & paulò poſt, *Sed vero opinio hæc non eſt accepta, neque probata à quoquam &c.* Quod tamen neſcio an ſimpliciter affirmari debeat, quaſi nemo his duobus exceptis, ita ſentiret. *Nachmanides* certe ſententiam ſuam quâ aſſerit ad vitam reſuſcitatos haud denuo morituros, ſed in æternum permanſuros, & à reſurrectione mortuorum ad ſeculum futurum שכלו ארוך *quod omnis termini expers*, transferendos eandē eſſe ait quam ut *R. Saadias*, ita & veteres omnes tradiderint, excepta, *R. Moſis* doctrina, quæ נותנת קצבה לזמן התחיה ומחזיר הכל לעולם הנשמות *quæ terminum præſcribit tempori reſurrectionis, atque omnes in mundum animarum remittit.* At hoc de illis *Maimonide* antiquioribus intelligi vult: Nam apud recentiorum non paucos ipſius ſententiam invaluiſſe ipſe fatetur. באמת תמצא למקצת חכמי ספרד בחכורי חכמותיהם ובתפלתם שהם מסכימים לדעת ההיא שהעה' הוא עולם הנשמות *Certe* (inquit) *reperies nonnullos Sapientum Hiſpaniæ in ſcriptis ſuis philoſophicis, & precationum formulis aſſentire opinioni iſti* ſcil. *mundum futurum animarum proprium eſſe.* Inter cæteros *R. Salomonem Ben Gabirol*, qui in precatione ſua hæc habet verba, תחת כסא כבודך מעמד לנפשות הסידיך ובו נועם בלי תכלית וקצבה והוא העה' *Sub ſolio gloriæ tuæ ſtatio eſt animabus Sanctorum tuorum, atque ibi eſt voluptas ſine fine aut termino, éſtque* [ſtatus] *iſte ſeculum futurum.* nec non ובעת מן העולם הזה תוציאני

c. Gamul, ſub fin.

ל

העה' בשלום תביאני *Et quando me ex hoc mundo eduxeris, in mundum futurum in pace introducas.* Addi poteſt & *Nachmanide* recentior *Joſephus Albo*, qui *Maimonidi* ſtrenuè contra ipſum militat, ut videre eſt à Sermonis 4. cap. 30. uſque ad finem c. 41. in quo non aliud in mundo futuro præmium quam quod מניעלנפש בזולת גוף *animæ ſine corpore contingit* expectatum aſſerit olim à Patribus *Adamo, Noacho,* &c. *Abrahamo, Iſaaco,* &c. ejuſque ſolius reſpectu, מאס אברהם אבינו חייו וחיי בנו יחידו וכל ההצלחות הגשמיות שהיו מיועדות לו לרשת ארץ כנען ושיירש זרעו את שער אויביו וכי ביצחק יקרא לך זרע והלך לשחוט את בנו יחידו בהיותו יורע כי בקיום מצות יי' תתקיים הנפש קיום נצחי ותשאר בנועם מתמיד. וכי בעברו את פי חשם יתברך היא לא תצלח ותהיה נכרתת מן הנועם ההוא ומה חפצו בביתו אחריו ובכל היעודים הגשמיים אם הפסיר הטוב ההוא הנצחי שהוא קיום הנפש *Deſpectui* (inquit) *habuit* Abraham *pater noſter tam ſuam quam filii ſui unici vitam omniáque bona corporea quæ ipſi promiſſa fuerant, ſcil. in hæreditatem ipſi ceſſuram terram* Canaan *ac ſemen ipſius hæreditariò poſſeſſurum portas inimicorum ſuorum, &* [quod dictum eſt] In *Iſaac* vocabitur ſemen tuum, *profectúſque eſt ut mactaret filium ſuum unicum, ſciens obſervando mandata Domini conſervatum iri animam duratione æternâ ac permanſuram ipſam in gaudio perpetuo, at ſi tranſgrederetur verbum Domini haud proſpere acturam, ſed excíſum iri à gaudio iſto. ac quid ipſi cum domo ſua poſt ipſum, aut cum omnibus promiſſis corporeis, ſi perderet bonum illud ſempiternnm, quod eſt animæ duratio?*

Non ergò ſolus *Abarbenel Maimonidis* caſtra ſecutus eſt. Si plures à *Nachmanidis* partibus ſtare dixerit *Manaſſe* facilè aſſenſerimus. Eorum aliquos jam recenſuimus.

unum addere liceat, *Salomonem Bar R. Nathan*, de cujus sententia constat, ex formula precationis quam mortuorum sepulchra visitantibus recitandā præscripsit, quam, ni id lectori grave, hic apponam; idque libentius quod quæsitum à me aliquoties memini quibúsnam pro mortuis comprecationibus uterentur *Jndæi*: sic ergò ille, *Cùm animus tibi sit Prophetarum, Doctorum aut piorum sepulchra visere, juxta sepulchrum constitutus ac* מקאבל קבלה *facie ad* Keblah, i. Hierosolyma, *directâ sic dicas* יהי רצון מלפני יי'

ﭏהינו בוראינו קרושנו קרוש יעקב שיצר את כל בני בריהו ברין
והחירה איתם ברין והמית אותם ברין והוא עתיד להקימם
לחיי העולם הבא ויורע מספר כלם כן ימהר ויהישרה
להקיץ את ארננו ורבנו הגאון הקרוש הזה או הצריק הזה
או החכם הרב הזה השרוי נופו בקבר הזה הנוחים עצמותיו
בתוך האבנים הללו ויחיהו תחית עולם שאין אחריה מיתה
תחירה המבלערת כל מיתה המוחה כל רמעה המסירה
כל חרפה לחיים בירושלם עם שבעה רועים ושמונה
נסיכים הנאמר בהם והיה זה שלום אשור כי יבוא בארצנו
וכי ירדוך בארנמותינו והקמנו עליו שבעה רועים ושמונה
נסיכי ארם וישים חלקו עם המשכילים ומצריקי הרבים
שהם ככוכבים לעולם ועד וכל שארית עם יי' בית
ישרﭏ השומרים ברית ﭏהינו העושים רצונו גם הם כלם
ינערם יי' אלהינו מעפרם ויהי חלקם וחלקנו בחיים חיי
עולמים לקיים בהם כלם קטנם וגרולם מקרא שכתוב
יהי פסת בר בארץ בראש הרים ירעש כלבנון פריו
ויציצו מעיר בעשב הארץ ויקיים הבטחתו שהבטיח על ירי
ישעיהו בן אמוץ הנביא יחיו מתיך נבלתי יקומון הקיצו ורננו
שוכני עפר כי טל אורות טלך וארץ רפאים תפיל וכמו שהבטיח
לדניﭏ איש חמודות ואתה לך לקץ ותנוח ותעמוד לגורלך
לקץ הימין וכמו שהבטיח לכל קהלות ישראל על ירי עברו
יחזקﭏ

יחזקﭏ בן בוזי הכהן לכן הנבא ואמרת ﭏיהם כה אמר יי
ﭏהים הנה אני פותיח את קברותיכם והעליתי אתכם
מקברותיכם עמי והבאתי אתכם ﭏ אדמת ישרﭏ וידעתם
כי אני בפתחי את קברותיכם ובהעלותי אתכם מקברותיכם
עמי ונתתי רוחי בכם וחייתם והנחתי אתכם על אדמתכם
וידעתם כי אני יי דברתי ועשיתי נאום יי יעלﭏ חסידים בכבוד
ירננו על משכבותם וצדיקים ישמחו ויעלזו לפני ﭏהים וישישו
בישועתו ואמר ביום ההוא הנה ﭏהינו זה קוינו לו יושיענו זה יי
קוינו לו נגילה ונשמחה בישועתו ואנחנו נברך יי מעתה ועד עולם
הללויה *Sit voluntas Domini Dei nostri, Creatoris nostri, Sancti nostri, Sancti* Jacob, *qui creavit omnes filios fœderis sui in judicio, & vitam ipsis tribuit in judicio, & mori fecit ipsos in judicio & resuscitaturus est ipsos ad vitã seculi futuri, quiq; novit numerũ eorum omnium* [ut] *ita acceleret ac festinet expergefacere Dominum & Doctorem nostrum* Haggaonem [Eximium] *sanctum istum (aut Justum istum, aut Sapientem Doctorem istum) cujus corpus habitat in sepulchro isto, cujus ossa in medio lapidum istorum requiescunt, & vivificet ipsum vitâ æternâ quam nulla mors sequitur, vitâ quæ omnem mortem absorbet, quæq; omnes lachrymas abstergit, atque omne opprobrium aufert, unà cum omnibus, qui vitæ adscripti sunt in* Jerusalem, *cum septem pastoribus, & octo principibus, de quibus dictum est,* Eritque iste pax, quando *Assur* venerit in terram nostram, Mic. 5. 4.
& cum calcaverit in palatiis nostris, & suscitabimus adversus eum septem pastores, & octo principes hominum, *détque ipsi partem cum intelligentibus, iisque qui justificant multos qui erunt instar stellarum in seculum & sempiternum: quin & totum residuum populi Domini, domus* Israel [eorum] *qui custodiunt pactum Dei nostri, & faciant beneplacitum ipsius, omnes* (inquam) *istos excutiat Dominus Deus noster è*

Dddd 3 *pulvere*

pulvere ipſorum, ſitq; ſors ipſorum & ſors noſtra in vita, vitâ ſeculorum, ut ſtabiliat in ea illos omnes tam parvos quam magnos, [ſecundùm illud quod in] *textu ſcriptum eſt,* Et
Pſal.72.16. erit particula frumenti in terra, in vertice montium, commovebitur ut *Lebanon* fructus ejus & florebunt de civitate ſicut herba terræ, *& confirmes fiduciam iſtam quâ confidere*
Iſa26.1. *fecit per* Iſaiam *filiũ* Amos *Prophetã,* Vivent mortui tui, cum cadavere meo reſurgent, quia ros olerum ros tuus, & terra mortuos ſuos projiciet. *Et ſicut promiſit* Danieli *viro deſideriorum,* Tu autem vade ad præfinitum, & requieſce, & ſtabis
Dan:12.13 in ſorte tua in fine dierum, *& ſicut promiſit omnibus cœtibus* Iſraelis *per ſervum ſuum* Ezekielem. f. Buzi *ſacerdotem,* Ideo vaticinare, & dices illis, Sic dicit Dominus Deus,
Ezek.37.12. Ego aperio ſepulchra veſtra, & educam vos è ſepulchris veſtris, popule mi, & indam vobis ſpiritum meum, & vivetis; & ſtatuam vos ſuper terram veſtram & ſcietis quod ego Dominus locutus ſim, & fecerim, dicit Dominus, *Exultent Sancti cum gloria, cantent ſuper lectis ſuis: Gaudeantque juſti & exultent coram Deo, & lætentur in ſalute ipſius. Dicetque die illo;* Ecce Deus noſter hic, expectavimus ipſum
Iſa.25.9. & ſervabit nos; Hic eſt Dominus, expectavimus ipſum, exultabimus & lætabimur in ſalute ipſius; *Et nos benedicemus Domino ab hoc tempore uſque in ſeculum. Hallelujah.*

In hac precationis formula, dum ea quibus probari reſurrectionem mortuorum putant Scripturæ loca ſummatim recenſet, obſervari poteſt, & inter cætera enumerari, *Mic.* v.5. *Et erit iſte pax, Aſſur cum venerit in terram noſtram, & calcaverit in ædibus noſtris,* והקמנו עליו שבעה רעים ושמנה נסיכי אדם *Et ſtatuemus adverſus eum ſeptem paſtores, & octo principes hominum.* Adducitur idem & à *R. Saadia l. Emunoth* cap. 7. inter alia ad articulum iſtum confir-

confirmandum argumenta, ſed ea potiùs quæ è *Talmude* & traditione quã quæ è Scriptura petuntur. Argumenti enim inde deducti tota vis pẽdet à traditione quâ ſeptẽ Paſtores & octo Principes ſigillatim enumerantur. Ita in tr. *Succah.* c. 5. dicitur, מאן נינהו ז׳ רועים דוד באמצע אדם שת ומתושלח מימינו אברהם ויעקוב ומשה משמאלו ומאי נינהו ח׳ נסיכי אדם ישי ושאול ושמואל עמוס צפניה חזקיהו ואליהו ומשיח *Quinam ſunt ſeptem iſti paſtores?* David *in medio*, Adam, Seth, *&* Methuſalach *ad dextram ipſius*, Abraham, Jacob *&* Moſe *ad ſiniſtram. Et quinam octo principes viri?* Jeſſe, Saul, Samuel, Amos, Zephaniah, Hezekias, Eliah, Meſſias. Jam ſi hos ſuſcitandos (ea enim tum verbi הקמונו vis erit) credideris ut *Aſſyrii* impetum frangant, de reſurrectione nequaquam dubitabitur. At neſcire ſe ait *R. Salomo*, unde hæc hauſerint: magis tamen mirum, quod & ab ipſo in Scholiis ad locum iſtum *Talmudis* adducitur, & à *Judah Zabara*, c. 3. citatur è *MidraſhTillim*, ubi cum omiſſo *Iſaaco* inter paſtores iſtos collocentur *Abraham* & *Jaacob*, quæritur יצחק היכן הלך שאינו בכלל אלו *Iſaac quo abierat quod inter hos non fuerit*, ac reſpondetur, הלך להוציא רשעי ישראל מגיהנם *abierat ad educendos ſceleratos gentis Iſraeliticæ è Gehenna*. Principium autem Orationis hujus ſumpta eſt ex iſta quæ in centum benedictionũ formulis quæ in Liturgia *Judæorum* publicâ habentur, per ſepulchra *Iſraelitarum* tranſeuntibus recitanda præſcribitur: ſic autem ſe habet, ברוך אתה יי׳ אלהינו מלך העולם אשר יצר אתכם בדין והחיה אתכם בדין וזן אתכם בדין וידע מספר כלכם והוא עתיד להחיותכם ולהקימכם בדין ברוך אתה יי׳ מחיה המתים *Benedictus ſis tu Domine Deus noſter Rex mundi* [ille] *qui creavit vos in judicio, & vivificavit vos in judicio, & paris vos in*

ad Mic. 5.

Hoc alius Abrahamo tribuitur. v. ſup. p. 172.

in judicio, novitque numerum vestrum omnium, quique vitæ restituturus, & resuscitaturus est vos, in judicio: Benedictus sis Domine qui vivificas mortuos. Ita in editionibus *Venetis* quæ jam Liturgiã apud Synagogas quæ *Hispanicas* se vocant, in usu nobis exhibent. at *Nachmanides* legit, והוא עתיד להקים אתכם לחיי העולם הבא בדין *Et qui resuscitaturus est vos ad vitam mundi futuri in judicio.* Ideo enim formulam hanc citat ut inde *Olam habba*, seu mundi futuri statum, qui propriè sic dicitur, alium esse ab eo quo statim post mortem fruuntur probet. mutata est forsan ab ea quæ olim fuit, formâ, controversiæ istius inter *Rambam* & *Ramban*, gratiâ. Digressionis hujus ansam nobis præbuit *Manassis Ben Israel* censura quâ sententiam istam, denuo scil. morituros qui resurrectionis mortuorũ participes facti fuerint, singularitatis arguit; antequam autem revertamur non possumus, quin & ab ipso quæramus, quosnam ipse sibi assentientes habeat dum quos immortalitatem induisse fatetur, novi scil. mundi (ut seculum futurum vocat) incolas, iisdem tamen animalibus ac naturalibus actionibus vacaturos & operam daturos statuit quibus in hac vita homines, cibo sc. & potu usuros generationique prolis vacaturos, &c. ut ipsius verbis (l. 11. c. 9. de Resur. mort.) utar. In diversum certe abit tam ab iis qui *Maimonidis* quam qui *Nachmanidis* partes sequuntur. Illi enim quod absurdum dictu putant eos qui immortales, atque incorruptibiles facti sint, ea quæ mortalitati sustentandæ inserviant amplius exercere, ipsa tollunt corpora; hi vero dum nullâ ratione denegari corporibus æternitatis præmium existimant, nec tamen corruptionis atque incorruptionis leges miscere ac confundere videantur, eam subire mutationem volunt, quæ ipsa haud amplius rebus istis quibus vel individua vel species

quamdiu

quamdiu mortalitati subjacent conserventur indigere, vel eas exercere patiatur. *Manasse* verò, & immortalia esse, & simul ea præstare quibus mortalitatis defectibus subvenitur, credi vult; quod nescio an præter ipsum è doctioribus quispiam. Nam quod ipse hanc opinionem fuisse ait, *R. Saadiæ Gaon*, *R. Mosis Ægyptii*, *R. Simhonis bar Semah*, & *Isaaci Abarbenelis*, ex iis quæ jam à nobis allata sunt, minimè asserendum videtur; cum illi resuscitatos quidem in resurrectionis (quod volunt) seculo edere, bibere, aliáque id genus exercere affirmant, at in *Olam Habba*, seu mundo quem futurum vocant, ea locum habere prorsus negant. hæc enim ex ipsorum sententia, duo secula sunt immane quantum inter se discrepantia. Laudat ipse l. 3. c. 1. *R. Abraham Bilbag* qui in lib. *Derec Emunah* probat horam "resurrectionis mortuorum & continuam & perpetuam vi-"tam quæ postea sequetur, dici etiam mundum futurum. Ita certe author iste, qui idem Filius *Shem Tob* (ut non sit (puto) necesse duos libros eodem titulo insignitos alterum authore *R. Abraham*, alterum *R. Shem Tob.* ut in Cl. viri bibliotheca Rabbinica fit, statuere) inter cæteras nominis ejus acceptiones, & hanc, quæ omniũ maxime propria, recenset. l. 3. c. 4. at nec ille, nec alius puto quispiam melioris notæ doctorum in mundum istum ejusq; gaudia admissos, vel iis quibus hæc vita sustentatur opus habere, velex iis voluptatem captare autumat. Fatebitur *Maimonides* delicias vitæ futuræ convivio quidem à veteribus assimilari, at ibi reverâ edi ac bibi asserentem quanto cum stomacho ac risu exciperet? multo magis, ubi nemo jam amplius moriturus est, cum exerceri actum qui nisi speciei conservandæ necessarius esset unicum ferè hujus vitæ opprobrium duceret? Illi cum cæteris ubique in ore est illud antiquorum

In mundo futuro nec editur, nec bibitur, nec procreantur liberi, cujus mirũ nullam à *Manaſſe* mentionem factam vel ratione habitam eſſe. Non alia ergò videtur quam ipſe amplexus eſt, ſententia quam illa quam ההמון ſeu *Vulgi* appellat *Juda Zabara*, & quam אין צירך לפנים *conſideratione accuratiori indignam putat*, utpote nec Scripturæ, nec traditioni, nec intellectui conſentaneam : ſcil. eſſe תחית המתים לצריקים עילמירת כגוף ונפש באכילה ושתיה ואולי יהיה זה בגן ערן *&c.* [ſtatum] *reſurrectionis mortuorum juſtis æternùm corpore ſimul & animâ* [fruendum] *dum edent ac bibent, idque forſan in Paradiſo* [terreſtri] cujus fructibus jucundiſſimis ad ſatietatem veſcentes, aerêq; ſaluberrimo recreati, omníq; labore vacui, perpetuis fruentur deliciis. imo addit *Manaſſe* de liberorum procreatione quod adhuc ſententiam iſtam ab intellectu remotiorem facit, atque hæc dum aſſerit, uti ſibi neceſſarias ita & ſolutu difficiles reddit, quas adducit quæſtiones, primò illam l.2.c. 10. Quomodo ſcil. eos omnes qui reſurgent capere poſſit orbis terrarum, nedum anguſtiores terræ (quam vocant) Sanctæ limites Si enim omnes quotquot unquam in terris vixerint reſurrecturos affirmaret, eoſque in terrâ habitaturos, ſufficeret forſan illud quod affert reſponſum, omnes terræ plagas jam ignotas retegendas, atque habitabiles futuras; at ſi vel pauciores reſuſcitandos autumet, eos tamen & ipſos perpetuo victuros, filioſque & filias qui & alios gignant, in omnia ſeculorum ſecula genituros, non video quomodo ſpatium hoc molis terreſtris terminis non adeò immenſis circumſcriptum, tantæ hominum multitudini quantam ab iſtis, æternitatis duratione continuâ, orituram facilè concipiamus, capiendis olim ſufficiat. Secundo & alteram quam l.3.c.10. movet, utrum ſc. ibi peccato locus ſit.

cui

cui &obnoxios illos qui iſtiuſmodi rebus implicantur non mirũ eſt ſi ſtatuat, quamvis maxima ex parte proclives futuros dicat ad virtutem. Ac *R. Saadiam* in partes vocat quem in eadem opinione fuiſſe ait, Deum ſcil. non ablaturum hominibus liberum arbitrium. At loquitur interim *Haggaon* iſte de ſeculo reſurrectionis ſeu ſtatu quem mundo futuro prævium ſtatuit, ad quem neminem à Deo admitti vult, niſi quem certo præſciverit durante ipſo non peccaturum, aut commiſſurum aliquid quo עולם הגמול *ſeculo retributionis* excidat, eóve indignus fiat: ei verò nihil eſſe cum hujus vitæ rebus commune ubíque aſſerit, cum de illo ipſo ſeculo, & de præmium jam conſecutis loquatur *Manaſſeh*. Sed hæc obiter. Ad *Abarbenelem* redeo. Obſervandum reſtat illud cujus præcipuè cauſâ fuſiorem hanc inter ipſius & aliorum ſententias collationem inſtituimus, ſcil. hoc ab ipſo imprimis *Nachmanidi* vitio verti, quod ſententiam *Chriſtianorum* doctrinæ affiniorem, & quam ab ipſis partim hauſiſſe videatur amplexus ſit; aliter enim haud facile fuiſſe ab ipſo an à *Maimonide* veritas ſtaret dijudicare. Minimè verò prætereundum, quam iniquè agat, dum quo Chriſtianorum de reſurrectione mortuorum dogma abſurdi multum in ſe continere ſuis ſuadeat, una cum ipſo, alia nihil ad eum articulum ſpectantia, nec è Scripturis hauſta, nec ab omnibus credita proponit, eáque omnia è fundamentis fidei ab ipſis haberi aſſerit; qualia ſunt quæ de Limbo patrum, & de *Maria Chriſti* matre in cœlum jam corpore evectâ, ibíque ad filii ſui dextram ſedente ab ipſis aſſerta refert. Ob hæc *Chriſtianorum* religionem ſuis non aliter quam ut rerum planè impoſſibilium & creditu abſurdiſſimarum meram farraginem viſum iri minimè dubitans, facile ab ipſis conſecutu-

rum se sperat, ut quicquid à *Christianis* credatur, vel ob id ipsum sine ulteriori examine respuant, atque ut à vero alienum rejiciant. *Quid palea* (enim) *cum tritico, & quare errares cum extranea mi fili? Quid nobis cum eorum sententiis* (inquit) &c. Hoc enim nisi ab ipsis obtinuerit, ut quicquid *Christiani* pro vero habent, illi ideò falsum reputent, satis inpræsentiarum erit ad ipsius arrogantiam retundendam, fidémque apud ipsos minuendam dixisse, ea quæ præter ipsorum de resuscitandorum statu doctrinam, recenset, nec universalem apud *Christianos* fidem obtinere, nec ullum inter fidei articulos locum habere. Quam autẽ ut proximam ad veritatem viam, quam longissimè à *Christianorum* doctrina recedere, laudat, quam minimè tuta sit, ipse hâc ratione paleam pro tritico, errorem pro vero, amplexus ostendit. Nollem ego cum ipsis talionis lege agi, aut hanc certam nobis veri indagandi regulam statui, ut quicquid à *Judæis* (quamvis ad errores fœdissimos prolapsis) asseritur aut ad eorum placita accedit, pro falso habeatur. Hoc tamen monitu haud intempestivum duco, ne paleam ab ipsis pro tritico obtrudi nobis patiamur, aut errores & opiniones minus sanas ab eorum traditionibus magis quam à sincero Dei verbo pendentes facile imbibamus. quod vereor ne illi fecerint qui de *Christi*, Sanctorúmque cum ipso in terris regno, quo durante rebus iterum terrenis (ad meliores dudum recepti) se immisturi, atque ex iis voluptatem capturi sint, multa nullo Scripturæ fundamento nixa, & credunt & aliis obtrudunt, quæ (ni fallor) omnia à *Judæis*, primum, quo olim comparuit, *Christi* adventum, negantibus atque eludere satagentibus originem traxisse reperientur. Ab iis enim quæ *Judæi* de seculo resurrectionis, quod futurum ante millenari

narii ſexti finem ſtatuunt, & diebus *Meſſiæ* qualis ipſis fingitur, vix latum unguem diſcedunt. Rectè in hoc *Abarbenel*, *Fides perfecta nec addi ſibi nec detrahi patitur.* Regulam fidei perfectam à *Chriſto* accepimus, nihil niſi quod ipſi conſonum ſit amplecti, à quibuſcunque tandem authoribus commendatum, decebit. *Quid palea cum tritico? Qui ſomnium habet, narret ut ſomnium.*

Ut verò tandem capiti huic quod vel ipſum in juſti tractatus molem excrevit, finem imponamus, His 14. radicibus omnia ſe complexum ait *Abarbenel*, quæ de reſurrectione quæri, & diſſeri ſolent; quibus addidimus nos ex aliis non pauca, quæ lectori forſan faſtidium pariant, nec tamen quid *Judæi* de hoc articulo ſtatuant ſcire cupienti ſatisfaciant. Neque enim id polliceri poſſum, pro ea quæ apud ipſos eſt opinionum varietate, miráque inconſtantia. Inter eos quibus ad ipſorum doctrinam eruendam ducibus uſi ſumus, ſi *Joſephi* non meminerimus, haud mirum; cum ille, dum ſectarum quas commemorat, de altero ſeculo ſententiam referens, verbis uſus videtur magis ad *Græcorum*, *Romanorúmque* mores & aures accommodatis, quam quæ legis *Judaicæ* alumnus intelligeret vel ſenſibus ſuis exprimendis commoda judicaret. Nobis cum iis res eſt qui traditionum *Talmudicarum* ſequaciores ſunt, nec ad חכמה יונית*, ſeu aliarum gentium diſciplinam diverterint; In quorum placitis referendis ſatis pro inſtituti noſtri ratione eſt nos bonâ fide egiſſe, nec ſponte quicquã celaſſe, ſocius retuliſſe, ſive addidiſſe vel detraxiſſe quo cujuſpiam ſententia aliter ac ab ipſo tradita eſt ſonare videretur, vel cuipiam fraudem feciſſe. Autoritates quibus ſententias ſuas confirmant, atque inter ſe certant, omnes referre ut longum nimis fuiſſet, ita (ipſo monente *Maimonide*) ad rem parum

Edit Abarb. quâ præcipuè uſi ſumus, ea eſt quæ in quarto prodiit Venet. A. M. 5305.

* *Sapientiam Græcanicam.*

Epiſt. de reſ:m.

parum. Si interim pro tritico paleam, pro thesauro carbones, eruisse videamur; ipsis id qui talibus (neglectui imo odio habitis melioribus) decipi volunt imputetur. Nobis tamen vel nihil melius apud ipsos invenisse in lucrum cedet non minimum, dum hâc ratione grati agnoscere cogemur non solum resurrectionem mortuorum fiduciam esse *Christianorum*, sed & ejus mysteriorum scientiam unicum ipsorum privilegium, haud aliis cum ipsis commune. Quod & amplius patebit, ubi proximo capite *Mohammedanorum* etiam deliria, quibus articuli hujus veritatem adulterant summatim perstrinxerimus. Lucis quâ (immensâ Dei bonitate) fruimur, beneficium magis commendatum reddet, ad tenebras in quibus miserè cespitant alii animum advertisse.



Cap.

CAP. VII.

In quo Mohammedanorum *etiam de eodem articulo sententia ex autoribus apud ipsos fide dignis profertur.*

SUperest ut proximo jam loco *Mohāmedanorum* etiam de resurrectione sententiæ explicationem aliquam polliciti fidem liberemus, quamvis ultro forsan à lectore nimis jam *Judaeorum* ineptiis detento, eâ solvi possemus. Insignis ille tam Philosophorum quam Medicorum apud *Arabes* Princeps *Avicenna* hac de re librum conscripsit, quem in linguam Latinam transtulit *Andreas Bellunensis* titulo *Libelli* Avicennæ *de* AlMahad; vocē retinens *Arab.* المعاد quæ explicante ipso *locum vel dispositionē in qua res aliqua jam fuerit, & ab ea separata ad ipsam postea revertitur*, denotat, atque usu ita obtinente privatim, *dispositionem aut locum, ad quem pervenit homo post mortem*. Ejus l. c. 2. varias recenset de res. sententias, eorum primo quos *Arabes Vaniloquentes* vocat, deinde *Mohammedanorum* & *Christianorum*, nec non sectæ *AlMagius* & *Altenaia*, corúmque qui *AlTenasach* afferunt, contra quas omnes (licet eam quæ *Mohammedis* & *Alcorani* authoritate adstruitur cæteris præferat, ipse *Mohammedanus*) in sequentibus disputat resurrectionem animæ soli competere contendens, hâc tamen c. 3. apologiâ usus, totum quod de resurrectione disputavit (quo eam animæ solùm competere probare conatus est) dictum esse *secundùm discursum rationis, vel secundum intellectum purum; secundùm verò discursum permixtum cum eis quæ ad fidem pertinent, & secundùm*

secundùm revelationes legum divinas, veras & credendas oportet affirmare Mahad attribui corpori & animæ simul, & credere ipsum futurum esse: & jam (inquit) *nos verificavimus & declaravimus hoc in libro nostro* Alsepha. Præter institutum ergo nostrum erit iis quæ hac in opella disputat recitandis immorari cum illud quod agendum suscepimus sit quid ab iis tantum qui apud *Mohammedis* asseclas pro orthodoxis habētur, credatur referre, inter quos nescio an collocandus ipse *Avicenna*. sic enim apud Epitomatorem *Yafei* legimus *AlFarabius AlCendi*, & *Ebn Sina* متهمون في دينهم *De religione suspecti sunt*, ut gravius ab aliis dicta taceam. nec aliā puto ob causam hanc meritus est censuram quam quòd de rebus ad alteram vitam spectantibus Philosophicè argutandi easque aliter ac sonant verba interpretandi audaciam sibi sumpserit. Ita, si bene memini, à docto apud illos quodam cui ejus istis de rebus sententiæ mentionem injeci, responsum accepi. Si quid igitur hâc de re ab ipso disputatum sit videre cuipiam libeat, ipsum adeat, hoc solum ne vocum quas Interpreti retinere visum, peregrinitate offendatur, monitus, sectam *Altenula* cujus meminit الثنوية *Althanawiah Arabicè*, eorum esse quia duo rerum principia statuant lucem scil. & tenebras sub quibus comprehenditur etiam, secta *Almajusi*, nisi quod eorum *Zoroastre* posteriores, ab illo edocti, duobus istis tertium quem اورمزد *Oromasden* nominarunt, addiderint. *Altenasach* autem التناسخ nihil aliud esse quam μετεμψύχωσιν seu animarum à corpore in corpus transmigrationem, sed de his alibi fusius diximus quæ hîc repetere supervacaneū. ad ea quæ præfētis instituti sunt transitum nobis melius præbebit aliud *Avicenna* dictum è l. *Shepha*, illud fors. . ad quod & hîc digitum intendit, scil. يجب ان تعلم ان المعاد منه ما هو مقبول

من

من الشرع ولا سبيل الي اثباته الا من طريق الشريعة
وبصدق خبر النبوة وهو الذي للبدن عند البعث
وخيرات البدن وشروره معلومة لا يحتاج الي ان يعلم
وقد بسطت الشريعة الحقة التي اتانا بها سيدنا ومولانا
النبي محمد حال السعادة والشقاوة التي بحسب البدن
ومنه ما هو مدرك بالعقل والقياس البرهاني وقد صدقه
النبوة وهي السعادة والشقاوة الثابتتان بالقياس اللتان
للانفس وان كانت الاوهام منا تقصر عن تصورها
الان لما يوضح من العلل والحكما الالهيون رغبتهم
في اصابة هذه السعادة اعظم من رغبتهم في اصابة السعادة
البدنية بل كانهم لا يلتفتون الي تلك فان اعطوها
ولا يستعظمونها في جنبة هذه السعادة التي هي مقارنة
الحق الاول وعلي ما سنصفها عن قريب فلنعرف
هذه السعادة والشقاوة المضادة لها فان البدنية مفروغ عنها

في الشريعة *Sciendum est in resurrectione esse quod è lege acceptum est, ad cujus probationem non alia patet quam per legem & veritatem traditionis propheticæ via: éstque illud id quod corpus in resurrectione manet, eiusque bona & mala magis nota quam ut ea explicare necesse sit, cum lex vera quam nobis attulit Dominus noster Propheta* Mohammed, *fuse explicaverit felicitatem & miseriam quæ corpus spectant: esse rursus quod intellectu & ratiocinatione demonstrativâ percipitur, cujus veritatem confirmavit etiam Prophetia, quod est felicitas & miseria quæ ratione probantur, quæ nempe animarum sunt, etiamsi co-*

gitationes nostræ in ea concipienda jam deficiant ob causas quas ostendemus. Sapientes autem divini hujus felicitatis desiderio tenentur magis quam corporeæ istius; imo vero ac si alteram istam haud omnino respicerent, nec si ejus compotes fieri possent magni æstimarent respectu istius quæ est appropinquatio ad Verum primum, eoque se modo habet quem mox descripturi sumus. Porrò ut sciamus hanc beatitudinem & quæ ei contraria est miseriam, cum de ea quæ corporis est plenè tractaverit lex, &c. Missis igitur iis in quæ *Avicenna* sibi secundum Philosophiæ, & rationis principia inquirendum suscepit, nos ad ea quæ de corpore & anima rursus uniendis à lege tradita ait, breviter enarranda nos accingemus. Ac primò quod ad rei ipsius veritatem, dari scil. resurrectionem, tot ubique habet Alcoranus, tot à *Mohammede* dicta passim feruntur, ut paucis ea expedire nobis sufficiat, eorumque quæ ab omnibus qui apud ipsos Orthodoxi audiunt creduntur, summam Poëtæ verbis proferre,

خلق الناس للبقا فضلت امة يحسبونهم للنفاد
انما ينقلون من دار اعمال الي دار شقوة او رشاد
ضجعة الموت رقدة يستريح الجسم فيها والعيش مثل السهاد

Creati sunt homines æternitati, & fallitur
Secta quæ existimat eos natos interitui,
Siquidem transferentur à loco operum
Ad locum miseriæ aut felicitatis;
Decubitus mortis somnus est quo requiescit corpus,
Et vita [futura] quasi resuscitatio à somno.

Versus sunt *Abil Ola Moarriensis*, viri à nonnullis الزندقة *Zendecismi* seu *Sadducaismi*, incusati, Ita enim nomen hoc à צדוק *Sadducæorum* parentis nomine formatum

tum (uti jam pridem obſervarunt alii) illis apud *Arabes* tribuitur qui reſurrectionem mortuorum, nec non latiori intellectu iis qui Dei dominium ejuſque in rebus hominum diſponends providentiam negant, uti ex illo Poëtæ cujuſdam dicto patet,

كم عاقل عاقل اعيت مذاهبه
وجاهل جاهل تلقاه مرزوقا
هذا الذي ترك الاوهام حايرة
وصير العالم النحرير زنديقا

Quot intellectu preſtantes in anguſtias rediguntur?
Et ſummè ſtolidos invenies proſperè agentes?
Hoc eſt quod animos perplexos relinquit,
Et egregiè doctos Sadducæos reddit.

Ad quod ita Scholiaſtes الزنديق من الثنوية والقايل بالنور والظلمة اومن لا يومن بالاخرة وبالربوبية اومن يبطن الكفر ويظهر الايمان

Zendik, eſt è duo principia aſſerentibus qui lucem & tenebras adſtruunt, aut qui vitam futuram & [Dei] *dominium non credit, aut qui infidelitatem celat fidem pra ſe ferens, &c.* Nomine autem hoc infami notatus videtur *Abul Ola* ob dicta aliquot aliàs ab ipſo prolata quæ mortuorum ad vitam reditum tollere videntur, quale inprimis carmen illud,

ضحكنا وكان الضحك منا سفاهة
وحق لسكان البسيطة ان يبكوا
تحطمنا الايام حتي كاننا
زجاج ولكن لا يعاد لنا سبك

Ridemus at risus à nobis stultitia est, Oporteret enim in superficie terræ degentes flere, Comminuunt nos tempora ac si essemus Vitra, nos vero fusione novâ reparandi non sumus.

Nec non responsum illud quod *Kadi Almanario* reddidit, cui corâm narranti ما يسمعه عن الناس من الطعن له *quid homines de ipso sequiùs loquentes audiret*, cúmque regessisset ما لي وللناس وقد تركت دنياهم *Quid mihi cum hominibus cum mundum eorum reliquerim?* dicenti واخراهم *Et alterum ipsorum* [mundum,] respondit, يا قاضي وخراهم *Imo O* Kadi, *& alterum eorum*, idem subinde repetens. Quæ tamen sano sensu intelligi possent, cùm prius ad hanc vitam reditum negare videatur, quem qui somniant الرجعة *AlRajiato* q.d. *Reditus* in hunc mundum *assertores*, ab ipsis *Mohammedanis* appellantur ac hæreseos damnantur, (teste *EbnelAthir*,) secundo autem, magis ipsum illud quod homines in altera vita maneret præsentis rationi conforme, refugere, quam nihil illos manere, asseri. Visus est sibi vir à prima pueritia oculis orbatus, mentis acie ea in hominum moribus perspicere quæ ipsum in illos obliquiorem redderent; quo pacto & ipsos sibi infensiores habuit. Religionem Christianorum si dicteriis exceperit mysteriorum ejus ignarus, nihil mirum. si in *Mohammedanismo* (cui innutritus fuerat) repererit quod concoquere nō potuerit, ipsi viderint. quin & ejus quæ apud *Indos* obtinuit Philosophiæ addictiorem fuisse inde conjiciunt, quod à carnis, ovorū & lactis esu, annos 45. abstineret, nec dolorem animali cuipiam inferri vellet; nec non ex eo quod sepulchro suo inscribi moriens jusserit, هذا جناه ابي علي ∴ ولا جنيته على احد *Hæc in me commisit pater meus, Ego vero in neminem sic peccavi:*

quod

quod (inquiunt) è Philosophorum placitis petitum est qui autumant ايجاد الولد واخراجه الي هذا العالم جناية عليه لانه يتعرض للحوادث والافات *Filii generationem ejusque in mundum hunc productionem peccatum in ipsum esse quòd accidentibus & malis exponatur:* quæ tamen aliter intelligi possunt, non aliud sc. voluisse ipsum quam patrum peccato liberos morti obnoxios factos, se cùm neminem genuerit nemini vel peccatum vel mortem transmisisse. Alios interim qui strenuè ipsius ὀρθοδοξίαν propugnent habet celebris Poëta. Utut se in aliis habuerit nostrâ parum interest. Isti quos laudavimus versus, eorũ quæ ab omnibus qui *Alcorani* doctrinã amplectuntur de resurrectione creduntur summã optime exhibẽt, adeo ut plura ad eam confirmãdã testimonia adducere supervacaneum sit. hoc igitur posito, pro concesso apud ipsos haberi, futuram mortuorũ resurrectionem, ad ea quæ de ipsius modo, tempore, aliisve quæ eam præcedant vel consequantur asserunt, ejusdẽ libri ac Prophetæ sui authoritate ducti, pergemus, eâ fere methodo quam temporis, quo inter se connexa sunt, ordo suggeret, tradenda. Primò igitur postquam à se invicem divulsa fuerint corpus & quo animatur spiritus, quid utroq; fiat, paucis inquirendum occurrit. Quod ad ea quæ corpus spectant, ubi quis sepulchro mandatus fuerit, ab Angelo excipi tradunt qui ipsum de الفتاحين seu *duorum exploratorum* adventu certiorem faciat. sunt illi ملكان اسودان ازرقان *duo Angeli nigri, lividi*, specie horrenda, *Mencar* & *Nacir* qui eum in sepulchro erectum sedere jussum & quid crediderit, & quid *de Mohammede* senserit, interrogatum, si rectè responderit, suaviter obdormire, ipsiusque ossa molliter cubare

bare jubebunt. Sin minus, gravibus cruciabunt malleorum ferreorum inter aures impressis ictibus, quorum dolorem ingentibus testabitur clamoribus, quos audituri sunt من بين المشرق والمغرب الا الثقلين *quotquot inter Orientē sunt & Occidentem præter homines & Genios.* (quam surda animalia!) deinde terra eum comprimere, atque arcte habere usque ad resurrectionem jubetur; hæc disertis verbis ipse *Mohammedes* de sepulchri scrutinio quod sæpiùs deprecari solebat, ideoque ab omnibus qui pro orthodoxis habentur antiquitus credita. quæque licet totidem verbis in *Alcorano* non reperiantur, dictis tamen ejusdem quampluribus non obscure innui unanimi Interpretum consensu volunt, in quibus cruciatus post mortem illi judicii extremi præcedanei, & geminæ tam vitæ quam mortis ante illam cui in resurrectione restituendi sunt homines, meminit. Difficultates quibus urgeri videantur ista faciles putant solutu. Nam si dicas mirum esse ut quod cum tanto strepitu in sepulchris peragitur, à nemine uspiam mortalium audiatur: deinde rogetur, quomodo hoc examen subire possint qui in cruce vel sepulchro suspensi diu post mortem maneant, ac usque dum membratim diffluant, nedum qui à feris vel avibus discerpti ac devorati fuerint, multo magis qui igne cremati, ac in cineres qui à ventis contrariis dissipantur redacti; ad hæc omnia respondent; primò ab hominibus non percipi aut audiri quæ inter sepultos ac rigidos istos censores intercedant, non adeo mirum videri debere; fieri posse quod & aliàs factum. Sic olim *Mohammedes* يسمع كلام جبريل ويشاهده ومن حوله لا يسمعونه ولا يرونه ولا يحيطون بشي من علمه Gabrielem *loquentem audiebat ipsúmque coram videbat, nemine interim adstantium ipsum vel audiente*

ربنا امتنا اثنتين واحييتنا اثنتين Domine noster bis nos mori fecisti, bis vivere.

AlGazali in *de Akayed.*

audiente, vel cernente, aut quid ageretur conſcio. Ipſum tamen *Mohammedem* hîc etiam eorum quæ ab aliis credi voluit, auritum fuiſſe teſtem perhibent, qui, ut aliàs, ita aliquando poſt occaſum Solis prodiens voce ad aures ipſius perlatâ dixiſſe fertur يهود تعذب في قبورها *Judæi in ſepulchris ſuis cruciantur:* quod præ aliis referre viſum eſt, quia fabulam iſtâ ab ipſis *Judæis* didiciſſe videatur, qui quid de חבוט הקבר ſeu *Fuſtigatione ſepulchrali* quo ab Angelo mortis excipiuntur mortui, nugentur, videre eſt tum apud *Eliam* in *Tisbite*, tum apud *Cl. Buxt.* tam in Synag. *Iudaica*, quam in Lexico *Talmudico* . De iis qui vel in patibulo, vel aliàs omnium oculis poſt mortem diu expoſiti jaceant, ita ut nihil ipſis omnino ineſſe vitæ, ſenſus, aut motus pateat, idem ferè aſſerunt, addito dormientis vel apoplexiâ correpti exemplo, qui ساكن بظاهره ومدرك من باطنه من الالام واللذات ما يحس باثره عند التنبه *Dum exterius quieſcit, intus ejuſmodi percipit, vel dolores vel voluptates, quorum veſtigia experrectus ſentit.* nec pro impoſſibili habendum aiunt quod aſſeritur, cum requirat tantum اعادة الحيوة الي جزا من الاجزا الذي به فهم الخطاب وذلك ممكن *ut reddatur vita parti cuipiam quæ alloquii intelligendi capax ſit quod fieri poteſt* etiamſi ſpectantium oculos lateat, quod etiam de illis dici volunt qui vel feris in eſcam ceſſerint, vel à flammis in cineres redacti, ac à ventis huc illuc diſperſi fuerint. Sic *AlGazalius* لا يمنع من التصديق به تفرق اجزا الميت في بطون السباع وحواصل الطير فان المدرك الم العذاب من الحيوان اجزا مخصوصة بقدرة الله تعالي علي اعادة الادراك اليها

اليها *Non impedit quo minus credatur* [tormentum sepulchrale] *quod dispersæ sint partes mortui in ferarum ventribus & avium ingluvie, cùm illud quod dolorem sentiat in animali partes quædam sint peculiariter à Deo destinatæ ut iis sensus reddatur.* Author verò libri *Mawakef*, ejúsque Scholiastes de iis quorum cineres à ventis dissipati, فلا يبعد في ان يعاد الحيوة الي الاجزا المتفرقة او بعضها و ان كان خلاف العادة فان خوارق العادة غير ممتنعة في مقدور الله تعالي *Haud longè* [ab intellectu] *remotum est, ut reddatur vita partibus dissipatis vel aliquibus saltem earum, etiamsi ei quod fieri solet contrarium sit. cùm ea quæ ordinariam rerum legem violent, haud sint Dei potentiæ impossibilia.* Fatetur quidem objectiones istas perplexos habuisse veteres, quas tamen his responsionibus dilui putat. Easdem ob rationes credi volunt & alia quæ de cruciatu sepulchrali à *Mohammede* etiam acceperunt. viz. in infidelem seu improbum quempiam in sepulchro suo immitti, تسع و تسعون تنينا *nonaginta novem* Tanin [*Dracones*] *quid autem sit* Al Tanin (inquit) *vultis? nonaginta novem serpentes quorum unicuiq; septem sunt capita, qui ipsum pungant, corrodant, ipsíque corpus inflent usque ad diem resurrectionis.* Hæc referens *AlGazalius* monet haud mirū cuipiā videri debere numerum hunc serpentum adeo præcisè definitum, cùm id scire نور النبوة *luminis prophetici* privilegium fuerit, cùm aliàs putandum ipsorum numerum assignari pro ratione morum atque affectuum vitiosorum, superbiæ, puta, hypocrisis, invidiæ, odii, malitiæ &c. earúmque in quas se diffundunt propaginum, qui ipsi in serpentes & scorpios convertuntur, quorúmque fortiores instar draconum pungant, debiliores instar scorpiorum, medii

medii instar serpentum, uti ارباب القلوب والبصاير *cordatiores & perspicaciores* mentis acie facile percipiunt. His interim dictis inesse ظواهر صحيحة و اسرار خفية *& quæ pateat veritatem, & quæ lateant mysteria*, cordatioribus tamen perspecta. quæ si cuipiam, detecta non fuerint haud tamen illud quod è verbis manifestum est negare debeat cum اقل درجات الايمان التسليم والتصديق *minimus fidei gradus sit assensum prebere ac credere*: imo & contra oculorum fidem, qui mortuorum cadavera diu jacere nullo serpentum morsu cruciata, vel veneno inflata, cernunt, cum non sit هذه العين *oculi corporei* munus, utpote qui لا تصلح لمشاهدة هذه الامور الملكوتية *rebus ad regnum* [seu mundum intelligibilem] *spectantibus*, percipiendis idoneus non sit. illo igitur nihil cernente mordicari ac graviter torqueri posse corpora à serpentibus istis qui à vulgaribus non minus diversi sunt quam ab hominibus. Angeli من جنس اعز ويدرك بحاسة اخرى *generis fortioris & quorum morsus alio percipitur sensu*; Hæc qui negaverit illud facere ضيق حوصلته وجهله باتساع قدرة الله وعجايب تدبيره *præ gulæ suæ angustia & quod ignoret potentiæ Dei amplitudinem, mirasque providentiæ ipsius rationes*. Ipse quo intellectui id facilius præstet, varios affert modos quibus fieri possit; consulens tamen ut quis rem ipsam prout traditione accepta est, pro vera potius amplectatur, quam ut in ejus modos curiosiùs inquirat. Verba ipsius in Philarabum gratiam, tum ob ipsorum elegantiam, tum sensuum etiam gravitatem, si in re majoris momenti & fide dignâ adhiberentur, adscribam. يعز على بسيط الارض من يعرف

Gggg ذلك

ذلك تحقيقا والذي اوصيك به ان لا تكثر نظرك
في تفصيل ذلك ولا تشتغل بمعرفته بل اشتغل بالتدبير
في دفع العذاب كيف ما كان فان اهملت العمل والعبادة
واشتغلت بالبحث عن ذلك كنت كمن اخذه السلطان
وحبسه لتقطع يده وتجدع انفه فاخذ طول الليل
يتفكر في انه هل يقطعه بموسي او بسكين او بسيف
واهمل طريق الحيلة في دفع اصل العذاب عن نفسه
وهذا غاية الجهل فقد علم على القطع ان العبد بعد الموت
لا يخلو عن عقاب عظيم او نعيم مقيم فينبغي ان
يكون الاستعداد لذلك فاما البحث عن تفصيل
العقاب والثواب فضول فتضييع زمان *Pauci sunt in superficie terræ qui hæc vere cognoscant; Illud autem quod tibi in præceptis do est, ne multum in his rebus distinctè explicandis studii colloces, neque eis dignoscendis operam impendas; verum hoc potius coneris ut cruciatum istum quocunque se habiturus sit modo effugias. Quod si praxi & cultu [Dei] neglectui habitis his inquirendis vaces, ejus instar eris qui à Rege prehensus atq; in carcerem conjectus quo ipsi amputetur manus & præcidatur nasus, totâ nocte occupatus fuerit meditando num vel novaculâ, vel cultro, vel gladio membrum illud sibi amputandum sit, nec ullam interim excogitet rationem quâ pœnam istã evadat; quæ sane summa est stultitia. Jam vero certissime notum est homini post mortem necessario eventuram, vel pœnam magnam vel gaudium continuum. Decet ergò huic rei præcavere; at in pœnam & præmium distinctè inquirere, supervacaneum est, & mera temporis jactura.* Atq; hæc sunt quæ de corporis post mortẽ statu

ſtatu affirmant. quid de anima ſtatuant proximo loco videndum. Ei ergò è corpore manu Angeli mortis (quem *Azarielem* volunt) eductæ atque exire juſſæ, ſi fidelis fuerit duos occurrere aiunt Angelos qui ipſam ad cœlum deducant, ut proprius ipſi locus aſſignetur. varia enim loca pro meritorum atq; graduum diverſitate animas fidelium excipere, prout in tres præcipuè claſſes diſtribuuntur; quarum prima prophetarum eſt, ſecunda martyrum, tertia è vulgo fidelium. Prophetarum ſpiritus in Paradiſum rectà admitti, Martyrum, affirmante *Mohammede*, manere في حواصل طير خضر تاكل من ثمار الجنة وتشرب من انهارها *in veſiculis collorum avium viridium, fructibus paradiſi veſcentium, & de ejuſdem fluviis bibentium.* De aliorum credentium qui beatitudinis participes, ſpiritibus controvertitur; 1. Dicentibus aliis manere ipſos في افنية القبور *in ſepulchrorum atriis*; quod tamen non ita intelligi volunt nonnulli, quaſi loco iſti perpetuo adſtricti eſſent, nec ab eo diſcederent, verum ita ut interim تسرح حيث شات *liberè quocunque libeat, abeant*, [adeo ut huc referri forſan poſſit quod à *Maleco Ebn Ans* refert *AlGazalius* ان ارواح المومنين مرسلة تذهب حيث شات *Spiritus fidelium libere dimiſſos eſſe, ut quocunque velint abeant.*] Hanc ſententiam confirmari & dictis & facto *Mohammedis* qui quotieſcunqne ad ſepulchra prodiret, ſalutare ipſa ſolebat nomine دار قوم المومنين *habitaculi populi fidelium*, quod certo dicunt indicio fuiſſe ipſum ſciviſſe ibi verſari animas ipſorum cum pacem comprecari ſoleant على الموجود لا على المعدوم *ei quod ſuperſtes eſt, non ei quod è medio ſublatum*; deinde alias dixerit non minùs audire

qui è vita excesserint cum salutentur quam vivos الا انهم لا يستطيعون ان يجيبوا *nisi quod respondere non possint.* 2 Aliis, esse ipsos في البرزخ عند ادم في سما الدنيا *in Berzach apud Adamum in cœlo mundano.* qui etiam *Mohammedis* authoritate sententiam suam adstruunt, qui ab itinere isto quo totum cœlum peragravit, reversus, narravit vidisse se in cœlo mundano (citimo scil. Lunæ proprio) *Adamum* cujus à dextra essent spiritus eorum qui Paradiso, à sinistra eorum qui igni destinati. in qua sententia notare obiter liceat vocem البرزخ *AlBerzach*, quæ usus apud Arabes licet haud infrequentis, significatus tamen non unius & aliquantum obscurioris esse videtur, ac forsan non prorsus dissimilis ejus quem aliquando ᾅδης apud *Græcos* obtinet. de mortuis usurpata aliàs de tēpore aliàs de loco, aliàs de statu ipsorū dicitur: sic explicantibus doctissimis Grāmaticis *AlJauhario* & *AlFiruzabadio* (ut aliorum descriptiones obscuriores omittam) البرزخ ما بين الدنيا والاخرة من وقت الموت الي البعث فمن مات فقد دخل البرزخ AlBarzach *est quod inter hunc mundum & futurum intercedit à tempore mortis usque ad resurrectionem;* [intermundium,] *quicunque autem mortuus est dicitur ingressus* AlBarzach. Hic de loco spiritibus tam bonorum quam malorum postquam ex hac vita migraverint cum *Adamo* communi dicitur. apud Scholiasten *Abilola* ad versum jam hoc capite laudatum ضجعة الموت &c. *decubitus mortis &c.* pro loco in quo decumbunt corpora sumi videtur, sit enim ille verba Poëtæ enarrans الضجعة بعد الموت في البرزخ نوم يستريح فيه الجسم من كل

κατιέναι εἰς ᾅδου.

سكن لازم الحيوة *Decubitus post mortem in* AlBarzach *somnus est dum in eo requiescit corpus à labore qui vitam necessario comitatur* النوم *vita* والعيش بعد البعث مثل الانتباه من *autem post resurrectionem instar resuscitationis è somno.* Nisi hic de tempore etiam exponi malimus. Sed & annotat Cl. V. *Jacobus Golius* in præstantissimo illo linguæ *Arab.* Thesauro, nomen illud in *Alcorano* pro sepulchro sumi. Apud *Avicennam* sensu adhuc diverso adhiberi videtur dum animas à corporibus separatas in varios distribuens ordines, eas *quæ* (reddente *Bellunensi*) *sunt perfectæ habitibus speculativis, sed non sunt innocentes vel innoxiæ, virtuosæ in operationibus moralibus, esse dicit in* Berzach i. e. *in purgatorio* (ut vertit ille non incommode, sensu licet à vulgari nominis illius apud *Christianos* Scriptores discrepante) *quod est medium inter ipsam felicitatem & inter denudationem ipsarum & completam expoliationem & liberationem ipsarum à qualitatibus corporeis, & habitibus malis impressis à corpore, prohibentibus ne adveniat hujusmodi animabus felicitas absolute, &c.* *Berzach* ergò Philosopho est status ille, qualem describit, intermedius, seu interstitium vel temporis spatium quod ad animam à vitiosis affectibus, qui ipsi dum in corpore fuit altius impressi sunt quam ut statim excuti possint, purgandam requiritur. atque omnes istæ quas recensuimus verbi hujus notiones, à primario ejus intellectu desumptæ sunt quo denotat الحاجز بين الشيين *Quicquid duas quaspiam res interjectu suo distinguit*, & discriminat. Ita ab *Alcorani* interpretibus cap: 23. ad verba ista ومن ورايهم برزخ الي يوم يبعثون *Et ponè ipsos* Berzach *usque diem quo resuscitabuntur*, exponitur حاجز يصدهم عن الرجوع *Interseptum*

Interseptum quod ipsos à reditu impediat, nec non rursum c. 25. جعل بينهما برزخا *posuit inter ipsa* (maria scil. duo) *Barzach*, i. *aggerem* seu *obicem* quo ne concurrant prohibeantur. Jam vero *Barzach*, seu interstitium hoc de quo primò locuti sumus in cœlo mundano, illo scil. qui proximè mundum sublunarem contingit, constituunt illi quorum retulimus sententiam: at alii dicunt الاصح انها في السما *Rectius esse ut* [simpliciter] *asseratur animas in cœlo esse.* quo referri forsan possit alia quam innuit Author *Kamusi* sententia dum nomen عليون *Aliyun* explicans ait ipsum plurale esse à singulari علي *Aliyon* qui locus est في السما السابعة يصعد اليه ارواح المومنين *in cœlo septimo, quò ascendunt spiritus fidelium*; quæ à *Judæorum* עליון cujus p. 156. meminimus planè mutuata sunt. 3. Aliis, Infidelium animas in puteo quodam in regione *Hadramytica*, quem *Borhut* برهوت appellant, fidelium vero in puteo زمزم *Zemzam*, vel alibi, collocantibus. hanc sententiam *Raphedinorum* seu Hæreticorum quorundam esse ait Author *Cenzil-asrar*. 4. Aliis, eas septem post sepulturam mortuorum diebus, circa ipsorum sepulchra versari, quo vero postea se recipiant, haud dicitur. 5. Aliis ان الارواح كلها في الصور *esse spiritus omnes in buccina* [illa cujus clangore olim excitandi mortui.] 6. Aliis, referente *AlGazalio*, degere illas صور طير بيض في ظل العرش *formâ avium albarum in umbra Solii* [Dei]. 7. Aliis, nihil esse Spiritus aliud quam accidentia quæ moriente corpore intereunt: quam sententiam ab *AlSharestanio*, *Al Asharianorum* quibusdam

quibuſdam impingi ait, author *Cenzil Aſrar*; at quam verè dubitat, cùm quæ apud ſectam iſtam paſſim obtinere creditur doctrina ſit ان الارواح لا تفني وانها باقية *Non interire Spiritus ſed ſuperſtites manere*. nec certè religionis *Mohammedicæ* fundamentis congrua videtur opinio iſta; لم يقل بفنا الارواح الا الدهريون *Non aſſerunt interire Spiritus præter* Dahrianos. quo nomine Philoſophos iſtos appellant qui mundum ab æterno extitiſſe autumarunt. Ita *Gregorius AbulFarajius*, ان الحكما الذين نظروا في اصول الموجودات دهريون وطبيعيون والهيون فاما الدهريون فهم فرقة قدما جحدوا الصانع المدبر للعالم وقالوا ان العالم لم يزل موجودا بنفسه لم يكن له صانع صنعه والطبيعيون فهم قوم بحثوا عن افعال الطبايع وانفعالاتها وما صدر عن تفاعيلها من الموجودات حيوان ونبات وفحصوا عن خواص النبات وتركيب اعضا الحيوانات فوجدوا الله وحققوا لمخلوقاته انه قادر حكيم عظيم الا انهم راوا ان النفس تهلك بهلاك الجسد وان لا بقا لها بعده واما الالهيون فهم المتاخرون من حكما يونان مثل سقراط وهو شيخ افلاطون وافلاطون شيخ ارسطوطاليس *Sapientes qui in rerũ principia inquirunt, diſtribuuntur, in* Dahrianos, Phyſicos, & Divinos, *ſeu* Theologos, Dahriani *ſecta ſunt antiquorũ qui nullũ mundi conditorẽ aut rectorẽ agnoſcunt, autumantes mundum*

Schol. in Abulola.

dum nunquam non fuiſſe ex ſe, nec à creatore conditum. Phyſici *illi ſunt qui naturarum actiones & paſſiones & quænam à mutuis earum actionibus oriantur animalia ac plantæ perpendentes & in proprietates plantarum & compoſitionē membrorum in animantibus inquirentes gloriam quidem Deo tribuerunt, & creaturis ipſius affirmàrunt ipſum Potentem, Sapientem, & Magnum eſſe, niſi quod animam una cum corpore interire nec illi ſuperſtitem manere, aſſeruerint.* Divini *vero ſunt è* Græcorum *ſapientibus poſteriores, quales* Socrates, Platonis *Magiſter*, *&* Plato Ariſtotelis. Ariſtoteles *autem has ſcientias in ordinem redegit, &c.* Hæc licet ab inſtituto noſtro forſan aliena, ideo referre viſum eſt quod *Dahrianos* ſeu *Dahritas* Philoſophorum apud *Arabes* ſectam ſtatuat *Eubelenſis* malè. ni fallor. Sectam reverà quandam ſic appellant *Arabes*; at quæ *Arabum* ſecta dici non poteſt. His de animarum, earum præcipuè quas beatitudinis participes eſſe volunt, ſtatu, addere & ex eodem libri *Cenzil Aſrar* authore liceat, de contraria infelicium ſorte: eas ſcil. ab angelis (nam & Angelorum tam qui malorum ſpiritus in Gehennam deducant, quam qui bonorum in Paradiſum meminit *Bidawius* ad *Alcorani* c. 79.) cœlo oblatas ut fœtidas ac male olentes repelli, tum & terræ, ab ea reſpui; ad terram ergò ſeptimam deportari ibiq; in سجين *carcerem ſub petra* viridi, vel (ut alii à *Mohammede* referunt) تحت خد الابليس ſub Diaboli maxilla cruciandas conjici. ita ſcil. locum iſtum quem سجين *Sajin* vocant, deſcribunt هي الارض السابعة السفلى فيها ارواح الكفار تحت خد الابليس *Terram eſſe ſeptimam, infimam, in qua poſiti ſunt ſpiritus infidelium ſub gena diaboli.* *AlFiruzabadius* vallem in *Gehenna*, vel lapidem in

in terra ſeptima interpretatur. *Ebnol Athir*, nomen ignis *Gehennæ* proprium eſſe vult. Quicquid loci ſit, eò improborum animas ablegant qui fide ſaniores habentur, ibi detinendas uſque dum iterum corporibus ſuis conjungendæ eiſque (ut *Alcorani* verbo utar) maritandæ evocentur. in hoc enim conſpirant اهل الحق *veritatis ſequaces* (quos vocant) ان المعاد جسماني وروحاني *reſurrectionē tam corporalem eſſe quam ſpiritualem*, hoc eſt, utrique ſimul competere, atque in eorum unione conſiſtere. Eorum ſiquidem qui à vero aberrant, alii eam ſpiritualem tantùm eſſe volunt, atque animæ propriam, non aliam quam ejus eò unde demiſſa eſt reditum, reſurrectionem agnoſcentes. [hanc opinionem recenſet *Avicenna* libro de Reſurrectione, atque ipſe tuetur. Philoſophorum ergò vocat author *Cenzil Aſrar*] alii corporis tantùm, utpote quibus homo nihil aliud ſit quam هذا الهيكل المحسوس *Hæc quæ cernitur corporis fabrica*, cujus temperamentum anima. contra utroſque concludit مقتضي الكتب الالهية واقوال الانبيا *Librorum divinorum & Doctorum Propheticorum tum ſcopus tum verba* * *quæ aliter exponi nequeant*; idemque evincere & quæ contra objiciuntur ſolvere conantur Scholaſtici rationibus بالنظر الي القابل والفاعل *tum à ſubjecti tum efficientis natura petitis*: cum & illud ejuſmodi reſtitutionis capax ſit, & hic potentiæ quæ & his & majoribus præſtandis ſufficiat. Objici ſolet ان المعاد الجسماني غير ممكن *Reſurrectionem corporis*, (ſaltem hoc ut omnibus communis credatur) *ex impoſſibilium numero meritò cenſeri*, cum ſi quis hominum ab ejuſ-

اذا النفوس زوجت Cum animæ maritatæ fuerint. *Alc. c.* 81.

* لا تقبل التاويل

v. Aſpahani in Bidawi.

dem generis alio devoratus fuerit, adeo ut pars corporis comesi in comedentis partem cesserit, haud intellectu percipi possit in cujus tandem corpore resuscitanda sit pars ista, cum utrovis concesso futurum sit ut alter haud integer resurgat, nec ad unius magis quam alterius substantiam pertineat quod utriusq; successivè fuit, at utriusq; simul esse non possit. Respondent, partes quarum in corporibus resuscitandis ratio habetur, esse non universim omnes, quibus unquam constiterunt sed الاجزاء الاصلية وهي الباقية من اول العمر الي اخره *partes radicales, quæ ab initio usque ad finem vitæ permanent*, quæque revera hominem constituunt: jam verò partes comesi radicales في الاكل فضل *in comedente rationem excrementi habere*, instar eorum quæ de cæteris alimentis quotidie accedunt & recedunt, ideoque sine ullo ipsius damno, priori Domino qui sine iis idem esse qui fuerat non potest, reddendas. Responsum hoc pluribus exagitat *Avicenna*, Philosophi, uti monuimus, personam indutus, sed ejusmodi revera cavillis quæ nihil aliud quam rem Deo dignam probent; utpote quam summe quidem difficilem, sed nequaquam ei qui omnia potest & cum nondum essent produxit, impossibilē, ostendunt. In *Alcorano* quærenti من يحيي العظام وهي رميم *quis ossa vitæ restituet cum putredine consumpta fuerint*, respondere jubetur, يحييها الذي انشاها اول مرة *ille qui primo illis esse dedit.* Supervacaneum erit hic addere quæ subtiliùs, nec minus acriter inter se disputant de modo privationis à qua ad vitam in resurrectione mortuorum revertitur, ac num asserendum sit انه تعالي يعدم الاجساد ثم يعيدها *Deum corpora penitus ad nihilum redigere, tum eadem restituere* an

Al-Mawa'ef. Zidawi & Aspahani.

Surat. يس

an انه يفرق تاليف الاجسام ثم يعيدها *Dissolvere ipsam corporum compagem ac denuo ea instaurare.* Quicquid cæteris corporis partibus fieri volunt, uni cavit *Mohammedes* quæ futuri ædificii basis, vel potius massæ componendæ fermentum esset. Quod enim *Rabbinos* de osse *Luz* affirmare vidimus idem ille de osse sacro vel saltem coccyge ei annexo autumat. Hoc est quod ipsi acceptum ferunt referente authore *Cenzil Asrar* ابن ادم تاكله الارض الا عجب الذنب *Hominem totum absumit terra præter coccygem*, ac rursum ان في الانسان عظما لا تاكله الارض ابدا فيه يركب الخلق يوم القيامة *Est in homine os quoddam quod nunquam consumit terra, ex quo, die resurrectionis, componenda sit corporis ipsius structura.* rogantíque *Abi Horaira* quodnā tandem os illud esset respondit عجب الذنب Ajbol dhanabi, *Orropygium seu sacra spina*; scil. ut explicant العظم الذي اسفل الصلب *Os spinæ dorsi infimum* quod هو اول ما يخلق من ابن ادم وهو الذي يبقى منه ليعاد تركيب الخلق عليه *primum omnium in homine formari, idémque de ipso superstes manere ut ex eo denuo instauretur*, perhibent, quod quibus præterea mediis effecturus sit Deus ut in corpus integrum surgat, si libeat ab iisdem discere, dicunt illi à Propheta (ut volunt) suo edocti ان الله تعالي ينزل من السما ما فينبتون كما ينبت البقلة *Demissurum Deum è cælo aquam cujus vi germinatura sint corpora instar olerum*: vel ut pleniori ore

rem enarrantem audiatis ان الله عز وجل يامر السحاب ان تمطر اربعين يوما حتي يكون فوقهم اثني عشر ذراعا ويامر الله الاجساد ان تنبت كنبات البقل *Deum omnipotentem mandaturum nubibus ut quadraginta dies depluant donec aqua supra ipsa duodecim cubitorum altitudine consistat, tum jussurum corpora eodem modo quo solent olera, germinare.* اما الذي تنبت منه الاجساد فاده عجب الذنب *Illud autem unde crescant, os illud modo nominatum, esse.* Hæc ab iis quæ de rore, cui vim plasticam inesse volunt, dicunt *Judæi*, licet rorem olerum in pluviam largissimam, more suo mutaverit subtilis iste arcanorum retector, sumpta esse qnis non videt? Ex his quæ jam dicta sunt constat falsum esse *Abarbenelem* in eo quod de *Ismaelitis* asserentem audivimus, ipsos resurrectionis veritatem in dubium vocare, p. 114. quam quando futuram statuant, si quæratur, nihil de tempore certi definitum esse rectè respondebunt, اما تعيين وقت الساعة فقد انفرد الله سبحانه بعلمه *Quod ad designationem temporis Horæ* (sic κατ' ἐξοχὴν vocant diem illum & horam illam) *Deo soli peculiaris est ipsius cognitio.* hoc est quod in *Alcorano* dictum ان الله عنده علم الساعة وينزل الغيث ويعلم ما في الارحام *Penes Deum esse horæ istius notitiam, ipsúmque pluviam demittere, & nosse quid in uteris sit.* (idem plane cum eo *Rabbinorum*, Tres claves esse quas Deus penes se retinet, nec in ullius legati manus tradit, vitæ, pluviæ, & resurrectionis mortuorum) ideóque roganti *Mohammedi* quando futura esset, respondisse *Gabrielem* Angelum ما المسول عنها اعلم من السايل

Nihil

Nihil certius hac de re novit interrogatus quam qui interrogat. Certo autem conſilio Deum hoc homines celaſſe aiunt, لانه اصلح لهم *quòd ipſis utilius ſit*, horam illam, ut & mortis ſuæ ignorare. Eandem ſc. ob cauſam, quam ſic expreſſit *AlEmam Phacroddin*, قال المحققون السبب في اخفا علم الساعة عن العباد انهم اذا لم يعلموا متي تكون الساعة كانوا علي حذر منها فكان ذلك ادعي الي الطاعة وازجر من المعصية *Aſſerunt qui verum dicunt cauſam ob quam abſcondita ſit notitia horæ iſtius ab hominibus eſſe quod cum ignorant quando futura ſit, eam continuè expectaturi ſint, quod & ad obſequium ipſos magis incitabit & à tranſgreſſione fortiùs cohibebit.* Qua in re ad majorem in ipſis diligentiam excitandam, ac cautelam inculcandam, monentur interim في اقترابها *& prope abeſſe*, ولا تاتيهم الا بغتة *& repente atq; ex improviſo ipſis ſuperventurã* quæ etiã unde hauſta ſint facilè patet. v. Alc.c.6. Quamvis autem de hora non conſtet, ſigna tamen illi prævia quibus appropinquare dignoſcatur, multa afferunt quæ & in الاشراط الصغري *ſigna minora*, & الاشراط الكبري *ſigna minora* diſtribuuntur. inter minora hæc habentur, 1 رفع الامانة *ut è medio tollatur fidelitas*, ſeu deficiat inter homines fides. 2 رفع الاسافل *ut tollantur*, ſeu ad dignitatem evehantur, *infimæ ſortis homines.* 3 ان تلد الامة ربتها *ut pariat ancilla Dominã ſuam*, vel ut alii legunt ربها *Dominum ſuum*, ſeu بعلها *Dominum ſuum*, ſcil. explicante *EbnolAthir*, ut pariat Domino

mino suo filium qui ipsi instar heri, vel Domini sit, cum proles dignitatem à patre accipiat, matre servâ manente, vel (ut alii) ut mater in bello captiva in filii illam nescientis potestatem veniat, vel alio aliquo modo idem contingat: hâc notâ indicari volunt sub finem mundi homines ad Venerem procliviores futuros, vel multos in *Mohammedanorum* potestatem venturos captivos. 4 الفتن *lites*, *ἀποστασίαι*. 5 قتال الترك *Bellum cum Turcis*, 6 شدة الامور *Rerum difficultas*, & angustia, adeo ut quis per alterius sepulchrum transiens, optet يا ليتني مكانه *utinam ipse illius vice essem.* 7 منع العراق والشام عوايدها *ut* Erac *&* Syria *tributum suum pendere recusent.* 8 بلوغ المساكن اهاب *Ut pertingant domicilia* [Medinæ] *usque ad* Ahab, vel يهاب *Yahab.* hæc signa minora. Majora sunt

I. طلوع الشمس من مغربها *Ortus Solis ab Occidente.*

II. خروج الدابة *Egressus*, seu apparitio *bestiæ*, quam دابة الارض *bestiam terræ*, i.e. è terra prodituram appellant, longam autumant alii cubitos sexaginta, ذات قوايم ووبر *quadrupedem*, *villosam*, alii esse ipsam مختلفة تشبهة من الحيو انات *multiformem & quæ varia animalia specie referat.* viz. describente *Ebn Joraihio*, capite taurum, oculis porcum, auribus Elephantem, cornubus cervum, còllo Struthionem, pectore Leonem, colore tigridem, lumbis felem, caudâ arietem, cruribus (quorum inter singulas compagines duodecim erit cubitorum spatium) camelum, voce asinum. Alii hâc magnitudine parum contenti, ipsam vel capite tantùm exerto ad nubes & cœlum pertingere volunt. ab ipso *Mohammede* dictum fertur, تخرج ثلاثة

ثلاثة ايام فلا يخرج الا ثلثها *per triduum se exerturum conspicientibus hominibus, nec tamen amplius tertiâ ipsius parte proditurum.* Annon & hîc *Rabbinos* de *Behemoth* mira narrantes, ut in cæteris superare voluit? Immanis hæc bellua sive è templo *Meccbano*, sive è monte *Sepha* (ne semper parturientibus montibus ridiculum tantùm murem expectemus) sive è regione *Tayef*, sive alibi (discrepatur enim hac de re, & secundum alios ter apparitura est idq; diversis in locis) prodiens secum allatura est عصا موسى وخاتم سليمان *baculum Mosis & sigillum Salomonis*, cumque eâ sit celeritate ut لا يدركها طالب ولا يعجزها هارب *nec assequi eam possit insequens, nec prævertere fugiens*, illo fideles quosque percutiens ipsorum faciebus inscribet مومن *Fidelis*, hoc infideles signans, ipsorum facies notabit verbo كافر *Infidelis*, ut omnibus qualis quisq; sit pateat. omnium religionum *Islamismo* excepto vanitatem redarguet, quinam *Paradiso*, quinam *Gehennæ* destinati ostendet, atque *Arabice* loquetur; &c.

III. قتال الروم وفتح القسطنطينية *Bellum cum Græcis & expugnatio Constantinopolis*; quæ scil. à septuagies mille من بني اسحاق *Isaacidis* capienda; non vi aut armis, sed dum exclamantibus illis لا اله الا الله والله اكبر *Non est Deus præter Dominū, Dominus maximus*, procident muri. at dum spoliis dividendis occupabuntur, delatâ ad ipsos voce prodiisse الدجال *Al Dajjal*, seu *AntiChristum*, relictis statim omnibus revertentur: hæc utrum jam completa, an alia urbis istius expugnatio expectanda sit, consulantur historiæ.

IV.

IV. الدجال *AlDajjal*, seu adventus *Antichristi*, quem alias المسيح الدجال *Christum mendacem* (nomine à *Syris* mutuato) nec non مسيح الضلالة *Messiam erroris* vocant, & اعور العين اليمنى *luscum*, scil. *oculo dextro captum* (vel referentibus alias, اليسرى *sinistro*) autumant, quique inter oculos suos scriptum habeat ك ف ر quo innuitur *Infidelis*. author *CenzilAsrar* ex *Alcorani* interpretibus adducit اسم الدجال عند اليهود المسيح بن داود *Nomen Antichristi apud Judæos esse Messiah Ben David*, ac asserere ipsos يخرج في اخر الزمان فيبلغ سلطانه البر والبحر ويرد الملك الينا *Proditurum ipsum ultimis temporibus ac terra mariq; dominaturū, ipsisq; regnum restituturum, &c.* Proditurus est, referentibus à *Mohammede* aliis, inter *Syriam* & *Eracum*; aliis, in regione *Chorasan*. Secuturos eum aiunt è *Judæis Asphahaniensibus* septuaginta hominū millia, mansurū ipsū in terra quadraginta dies, quorū unus erit كسنة *instar anni*, alius كشهر *instar mensis*, alius كجمعة *Instar septimanæ*, reliqui dies ordinarii. utut cætera ubique vastet loca, *Meccham* & *Medinam* (utpote ab Angelis custoditas) non ingressurum. Cætera ut omittamus plus quam mira quæ de eo fabulantur, à *Jesu* tandem qui ipsi بباب لد in *porta Luddi* occurret, interficiendum statuunt. Plures interim *AntiChristos* à *Mohammede* prædictos aiunt, triginta circiter, licet unum (ut videtur) præcipuum.

V. نزول عيسى الى الارض *Descensus Jesu in terram*. Descensurum eum fabulantur عند المنارة البيضا شرقي دمشق *apud turrim albam ad partē Damasci orientalem, &c.* cùm

cum ab expugnatione *Constantinopolitana* reversi fuerint homines nuntiato *Antichristum* advenisse; *Mohammedis* fidem amplexurum, uxorem ductūrum, liberos geniturum, *AntiChristum* interfecturum. Magnam sub ipso in terra securitatem, rerúmque affluentiam futuram, odio & invidiâ depositis, convenientibus leonibus & camelis, ursis & ovibus, colludentéque cum serpentibus puero, nec ullo alteri damnun inferente: ipsum postquam quadraginta annis in terra permanserit, fato functurum.

VI. قتال اليهود *Bellum cum Judæis* in qua magnam eorum stragem edituri sunt *Mohammedani*, dum & arbores & lapides ipsos latentes prodent occidendos; excepto rubi genere quod غرقد *Garkad* appellatur, utpote quod sit شجر اليهود *Arbor Judæorum.*

VII. خروج ياجوج وماجوج *Eruptio* Yagugi & Magugi, de quibus multa tum in *Alcorano*, tum in traditione à *Mohammede* acceptis habentur, ipsos lacum *Tiberiadis* (quem vel primi ipsorum penitùs ebibent, adeo ut posteriores nihil ibi reperientes dicturi sint, certè fuit hîc aliquando aqua) transeuntes usque ad montem *Hierosolymitanum* perventuros, ibique *Jesum* & socios ipsius in angustias redacturos, donec ipsius rogatu perdat illos Deus, implentibus cadaveribus ipsorum terram, donec rursum *Jesu* & comitum ipsius rogatu, mittat Deus aves quæ illa auferant: eorum arcus, sagittas, & pharetras septem annis succensuros *Muslemannos*: dein missurum etiam Deum pluviam quæ terram mundet, quo frugibus producendis idonea sit. *Confer. Ezek. 30.9. unde hæc desumpta.*

VIII. الدخان *Fumus*, qui totum terrarum orbem repleturus est: cujus mentio in *Alc.* c. 44. quod à fumo titulum habet. *v. Joel. 2. 30. & Apoc. 9. 2.*

IX. الخسف *Eclipſis* [Lunæ.] Dixiſſe ferunt *Mohammedem* futuras ante horam ultimam ثلاث خسوف *tres eclipſes*, primam in Oriente, ſecundam in Occidente, tertiam in *Arabum* peninſula.

X. عبادة ذي الخلصة واللات والعزا *Cultus* [Idolorum] *Dhil Chalaſah* & Allat, & AlUzza. revertentibus ſcil. *Arabum* tribubus ad Idololatriam veterem, poſtquam placidè mortui fuerint كل مومن في قلبه مثقال حبة من خردل من ايمان *Omnes quibus in corde fuerit fidei vel quantum pondere granum ſinapis æquet*, iiſque ſolum quibus nihil ineſt boni ſuperſtitibus, hoc enim aliàs affirmant ان الساعة لا تقوم الا على شرار الناس *non superventuram horam illam aliis quam hominum peſſimis*, poſt quam Deus miſſo vento frigido ſuave ſpirante à parte *Syriæ Damaſcenæ* omnium quorum cordibus vel minimum fidei inſit animas exceperit, vel ut fuſiùs rem explicat *Alſannabius*, يبعث الله تعالى ريحا طيبة اطيب من المسك وابرد من الثلج فياخذ بها ارواح المومنين ثم يرفع القران فتبقي الناس في الجاهلية ماية عام فلا يكون على وجه الارض من يقولا لا اله الا الله ثم يقوم الساعة على اشرار الناس *Miſſurus eſt Deus ventum odoriferum Moſcho ſuaviorem, nive frigidiorem, quo fidelium ſpiritus excipiet, dein & Alcoranum ſublaturus, adeo ut maneant homines ignorantia,* [obruti] *centum annos, nemine in tota terra dicente, Non eſt Deus præter Dominum, ac tum ſuperveniet hora illa peſſimis hominum qui omnibus immerſi erunt vitiis,* nullâ

nullâ boni malique ratione habitâ. Ita & à *Mohammede* dictum fertur, شرار الخلق من تدركهم الساعة وهم احيا *Pessimi hominum sunt quos assequetur hora ultima, dum adhuc in vivis sint.*

XI. حسر الفرات عن الذهب والفضة *Cumuli auri & argenti ab* Euphrate *retecti*. Dictum à *Mohammede* fertur, لا تقوم الساعة حتي يحسر الفرات عن جبل من ذهب *Non instabit hora illa donec retexerit* Euphrates *montem aureum*: (vel referentibus aliis عن كنز الذهب *thesaurum auri*) qui multis exitii causa futurus sit.

XII. خراب الكعبة *Destructio* Caabæ, seu *Templi* Mecchani, ab *Æthopibus* diruendi. v. Specimen hist. Arab. p. 117.

XIII: كلام السباع *Ferarum loquela*, imo & rerum inanimatarum.

XIV. خروج النار من ارض الحجاز *Eruptio ignis in regione Hejaz*.

XV: خروج القحطاني *Manifestatio* Kahtanensis sc. رجل من قحطان يسوق الناس بعصاه *Cujusdam è* Kahtan *qui homines baculo suo aget.*

XVI. (المهدي) *Adventus* AlMohdi [q. d. *directoris*] de quo vaticinatum aiunt *Mohammedem* cum dixerit, لا تذهب الدنيا حتي يملك العرب رجل من اهل بيتي يواطي اسمه اسمي *Non habiturus est mundus finem, donec Arabibus imperet quidam è familia mea, cujus nomen idem erit*

cum nomine meo, cujusque pater, patri meo cognominis, qui terram justitiâ implebit ;(addente *AlJannabio*) Atque hinc orta videtur fabula de *Mohammedu* reditu à suis expectato. v. *Spec. hist. Ar. p.* 264.

XVII. الريح التي تقبض ارواح المومنين *Ventus qui fidelium spiritus excipiet.* ille scil. de quo *Num* x. diximus. Atque hæc signa etiam majora sunt quæ resurrectionem ex ipsorum doctrina præcessura sunt, eo quo ipsa ordine recensuit author *CenZil Asrar*, quæ tamen horam ipsi præstitutam incertam relinquunt, cujus jam instantis signum dabit præsentius Tubæ sonitus; quem & triplicem statuunt, quorum primum نفخة الفزع *Flamen consternationis* appellitant, quo scilicet, audito فزع من في السموات ومن في الارض الا من شا الله *metu consternabitur quicunque tam in cœlis fuerit quam in terra, exceptis iis quos voluerit Deus*: miros ipsi effectus tribuunt, viz. terræ labantis tremorem insolitũ quo conquassabuntur penitúsq; conterentur, non solum quicquid est in ipsa ædificiorum, sed & ipsi montes & saxa, adeo ut undequaque plana & nuda maneat, omni ab ea inæqualitate sublatâ, ac prorsus mutetur ejus status; cœli liquefacti dissolutionem, solis obscurationem, stellarum ruentium lapsum, morientibus scil. (ut volunt nonnulli) Angelis qui ipsas inter cœlum & terram suspensas tenent, marium confusorum, secundum alios, in flammas mutationem, Sole Lunâ stellisq; in ipsa projectis, secundum alios, exiccationem. Sed hæc, majora licet, à sensu tamen remotiora sunt, en tibi quod flaminis istius terrorem *Arabum* auribus & oculis propiùs ingerat, Tantus futurus est ut neglectui prorsus habeantur [العشار] *Camelæ fetæ* postquam decem jam menses uterum ferentes & prolis & lactis spem largam dederint; ideoque Dominis

v. *Jallal. ad Suram Tacwir. & AlGazal.*

minis suis اذنس ما تكون *rerum omnium pretiosissima* habeantur [خوطبق العرب بامر العشار لانها اكثر اموال العرب وعيشها من الابل *Ideo* Arabibus *camelarum gravidarum mentionem injecit, quod iis maximè opes ipsorum constent, iisque victitent*.] Nescio igitur majus dicam an minus, quod addunt, lactantes omnem infantium tenellorum curam abjecturas, & quæ uterum ferunt abortum facturas. Hujus etiam flatus effectum statuunt nonnulli concursum illum ferarum cujus in *Alc.* c. *AlTacwir* mentio, his verbis واذا الوحوش حشرت *Et cum congregata fuerint feræ*. de quorum sensu in varias itur sententias, dubitantibus interpretibus utrum futurum sit illud quod dicitur, قبل يوم القيامة اوفي يوم القيامة, *ante diē resurrectionis an ipso eo die*. quid verbis innui velint qui tunc tandem futurum quod prædicitur statuunt, suo loco dicendum erit: qui antea, (audito scil. buccinæ terriloquæ clangore) autumant tum animantia omnigena feritate omni depositâ in unum locum concursura. sc. metu majore minorem excutiente ipsáque عن الهرب من الخلق والعن حش *ne vel homines vel se mutuo ut aliàs refugiant inhibente*. Flamen hoc sequuturum aiunt, *Israfele* iterum tubam ori admovente, secundum, quod نفخة الصعق *Flamen exanimationis vocāt*. quo sc. ad aures perlato (ut rursus ipsius *Alcorani* verbis rem exprimamus) صعق من في السموات ومن في الارض الا من شا الله *Animam efflaturus sit quicunque sive in cœlis sive in terra fuerit, præter eos quos Deo visum fuerit* [communi fato eripere.] hoc inopinatò ipsis eventurum كلمح البصر اوهو اقرب *velut nictu oculi, imo citiùs*,

in

in inſtanti. ſolum ergò Deum ſuperſtitem tum manſurum cum الجنة والنار والعرش (ex *Dhabaci* ſententia) *Paradiſo, igne, & Throno* [Dei.] Docente enim *Alcorano* كل نفس ذائقة الموت *Omnis anima mortem guſtatura eſt.* ولا خلاف بين علما الاسلام ان كل نفس من نفوس الآدميين والحيوانات البرية والبحرية والملائكة لابد لها من ذوق الموت *Nec eſt inter Mohammedanorum doctos controverſia, omnem animam tum hominum tum animalium, ſive in terra, ſive in mari degentium, tum & Angelorum mortem neceſſario guſtaturam*. Quadraginta poſt hoc annis, futurum eſt tertium flamen, نفخة البعث *Flamen reſurrectionis.* Ne tubicinem deſideremus, audito ipſum etiam *Iſrafelem* cum reliquis Angelis mortuum eſſe, aiunt, ipſum (unà cum *Gabriele* & *Michaele*) iterum vivere juſſum, atque in صخرة بيت المقدس *petra* Hieroſolymitana (quam terræ umbilicum ſtatuunt Interpretes, reliquaque terrâ octodecim milliaribus cœlo propiorem) conſiſtentem, oſſa vetuſtate exeſa, compagines divulſas, carnes diſcerptas, & capillos diſperſos convocaturum ut, jubente Deo, ad Judicium ſubeundum coeant. Eundem juſſu Dei cum admota ore tubâ omnes undiquaque animas convocaverit ipſas ſimul in tubam ſuam conjecturum quæ ubi juſſu Dei flamen illud reſurrectionis emiſerit, omnes apum inſtar evolantes totum quod inter cœlum & terram eſt ſpatium implebunt, tum jubente Deo ſingulæ corpora ſua repetent, quibus ſtatim dehiſcens terra exeundi ſpatium concedet [dixiſſe autem *Mohammedem* perhibent eſſe ſe اول من تنشق عنه الارض *primum eſſe cui egreſſuro ſe aperiet terræ uterus*]

Pluviæ,

Pluviæ cujus beneficio ad partum iſtum præparabitur terra jam mentionem fecimus: addere tantum liceat, ut planiùs Roris illius quem *Judæi* ſemini virili comparant, vice ab ipſis poſita videntur, quod dicunt اذا ماتوا الناس كلهم في النفخة الاولي امطر عليهم كمني الرجال من ما تحت العرش يدعي ما الحيوان فينبتون من قبورهم بذلك المطر كما ينبتون في بطون امهاتهم وكما ينبت الزرع من الما حتي اذا استكملت اجسادهم نفخ فيه الروح ثم يلقي عليهم نومة فينامون في قبورهم فاذا نفخ في الصور الثانية عاشوا *Poſtquam mortui fuerint homines univerſi flamine priori* [exanimati] *depluet in ipſos* * *annis quadraginta inſtar ſeminis virilis de aqua quæ ſub ſolio eſt quæ Aqua animalis dicitur, cujus vi germinabunt è ſepulchris ſuis ſicut in uteris maternis germinant, & ut germinat ſeges vi aquæ, do nec perfectis ipſorum corporibus ſpiritum ipſis inflaverit, dein ſomnum ipſis immiſſurus eſt quo in ſepulchris ſuis dormiant donec ad ſonitum tubæ ſecundum revicturi ſint.* Notare etiam liceat ſpatium illud quadraginta annorum quos inter duo tubæ flamina intercedere volunt, apud *AlGazalium* البرزخ *AlBarzach* dici. ab iſta mortuorum in ſepulchris ſuis ſurrectione nomen ſortitus eſt dies iſte يوم القيام *Dies reſurrectionis*, ex aliquorum ſententia, ſc. quod الناس يقومون فيه من قبورهم *Surgent in ipſo homines è ſepulchris ſuis.* Alii enim ideo ſic dictum volunt quod tum judicio ſiſtendi ſint. à gemina thematis notione, qua & ſtandi & ſurgendi intellectum habet. Alias autem præter hanc appellationes habet quamplurimas, ultra centum) enumerat

* Alibi 40. dies niſi & hic عاما يوما annis pro diebus poſitum.

rant *AlGazalius*, Author *CenzlAſrar*, quinquaginta, qui & addit وله اسما كثيرة غيرما ذكرنا والعرب تسمي الشي باسما كثيرة وتجعل له القابا عديدة تعظيما لشانه واكبارا لامره *Sunt & illi nomina alia ultra ea quæ recenſuimus multa. Solent autem* Arabes *rem multis nominibus indigitare, eique cognomina varia imponere ut ipſam grave quid eſſe, quæque ad eam ſpectant ſolito majora, indicent.* His autem quæ de die negotio de quo loquimur, præſtituto, ejúſque adventantis atque jam inſtantis ſignis, ac apparatu diximus, adjicere liceat, & quæ de ejuſdem duratione aſſerunt. ac mira ſunt quæ (omnia tum *Alcorani*, tum *Mohammedis* authoritate confirmata) narrantur; aliàs enim dicitur eſſe durationis ipſius ſpatium الف سنة مما تعدون *mille(quales vulgo numeratis) annorum, aliàs* خمسين الف سنة *annos quinquagies mille.* Hæc cum inter ſe conciliatu non adeo facilia ſint nec alterum alteri præferre audeant, cum utrumque pro oraculo divinitùs edito habeatur, variè negotium expedire ſatagunt. Quidam, nihil ipſi ſtatuere auſi, rem Deo permittunt. neſcire ſe quos dies innuat Deus. Alii formas loquendi iſtas tralatitias eſſe aiunt, nec aliud quam اخبار عن شدة هوله لان العرب تصف المكروه بالطول وايام السرور بالقصر *enarrationes magnitudinis terroris* [diei iſtius, malorúmque quæ infideles obruent] *cum ſoleant* Arabes *illud quod averſantur, ut longum deſcribere, quod gratum, ut breve.* Alii intelligi volunt, مقدار موقفهم للحساب حتي يفصل بين الناس *totum temporis ſpatium quo judicio ſiſtendi ſint, ut inter homines fiat diſtinctio,* quod non citius peragetur cum ſit يوم القيامة اول ما لهس

وليس له اخر لانه يوم ممدود *dies resurrectionis ejusmodi cui sit primum at non ultimum, utpote qui sit dies in longum protensus* seu continuus; Alii spatii istius mentione innui difficultatẽ negotii tum præstandi, verbaq; sic interpretãda ut denotent, انزلو ولي محاسبة العباد الملايكة والجن والانس في ذلك اليوم غير الله لم يفرغ منه في خمسين الف سنة *Si creaturis, Angelis scil. Geniis & hominibus ad rationem eo die vocandis, præficeretur quispiam Deo omnipotente excepto, haud peracturum ipsum illud quinquaginta annorum millibus.* Cæterorum quæ aliò abeunt sententias omittimus. His de tempore præmissis, alia occurrunt quæri solita. Quinam tunc resuscitandi, quâ forma vel quo modo comparati, quo loco convenire jussi, & quem tandem in finem. Quod ad primum, communem futuram omnium animantium resurrectionem autumant, viz. الانس و الجن وساير انواع الحيوانات *Hominum, Geniorum, ac reliquorum cujusvis generis animalium*, quod & indubitatis *Alcorani* testimoniis de singulis confirmant. Quod ad locum istum quo præcipuè brutorum animantium resurrectionem probant illum aliter ab aliquibus exponi jam vidimus; plures tamen hanc sententiam amplecti videntur, quos secutus Author *Cenzil asrar* اعلم ان الله تعالي يجمع الاولين والاخرين من الانس والجن واصناف الحيوانات في المحشر للفصل بينهم *Scias* (inquit) *Deum omnipotentem congregaturum tum qui priùs, tum qui posteriùs vixerunt tam homines quam Genios &* [cætera] *animantium genera in locum quo sistendi sunt resuscitati, ut discrimen inter ipsos ponat.*

vel forf. si præficerentur angeli &c. creaturis ad &c.

ponit. Nobis de hominibus præcipuè agendum. de quibus proximo loco quærendum, quâ forma, & quomodo se habentes resurgent. Huc spectant multa ipsis à *Mohammede* tradita, ac imprimis illud ان اهـل

الـسـعـادة مـــن الـمـخـلـوقـات يقومـون في الامن والكرامة الي المحشر واهل الشقا بضد ذلك

Eas creaturas quæ felicitatis participes erunt resurrecturas ut ad locum conventus accedāt cum securitate & honore, quæ verò miseriæ secus. Sed hæc forsan de aliis etiam affirmantur creaturarum generibus. Quæ hominibus propria ita distribuunt ut perpendantur, primò quæ ad corpus ejusque statum pertinent, secundò quæ ad mentem & fidem. Quod ad primum, asserunt ان العبد يبعث على الحالة التي خرج عليها من بطن امه في الدنيا *Homines eodem statu resurrecturos quo primum ex utero materno in hunc mundum prodierunt*, scil. ut ipsius *Mohammedis* verbis rem explicant حفاة عراة غرلا *pedibus, reliquóque corpore nudis præputiatos*, quæ ipsi docenti verita ne modestiæ leges nimium violarentur, cum objecisset *Ayesha*, يا رسول الله الرجال والنسا جميعا ينظر بعضهم الي بعض *Heus Apostole Dei ergone simul viri & fœminæ se invicem conspecturi*; hoc tulit responsum يا عايشة الامر اشد من ان ينظر بعضهم الي بعض *O* Ayesha, *negotium gravius est quam ut alii aliis intuendis* [vacent.] Ex eo autem quod præputiatos resurrecturos affirmet, quos ipse circumcidi jusserat, constat ab ipsis credi quod disertis verbis de unoquoque asserit *AlGazalius* ان ترد اليه سائر اجزائه في الاخرة *restitutum*

tum ipsi iri reliquas omnes ipsius partes in mundo futuro; adeò ut corpore undequaque integro resuscitetur. Illi autem quod de nuditate his verbis asseritur, contrarium videtur quod alibi ab ipso dictum perhibetur ان الميت يبعث في ثيابه التي يموت فيها *Resuscitatum iri mortuum iisdem, quibus mortuus est, vestibus* [indutus,] nisi illud cum aliis ita interpretemur ut amictu isto non tam corporis habitus externus quã animi internus innuatur, intelligaturq; الحالة التي يموت عليها من الخير والشر وعمله الذي يختم له به *Status quo moritur quis respectu operum bonorum vel malorum, eorum nempe quibus obsignatur*, vel quæ ipsi ultimo imputatur, *ita* (inquit *Ebnol Athir*) *dicunt* فلان طاهر الثياب *Est ò δεῖνα mundis vestibus*, cum ipsum بطهارة النفس والبراة من العيب *ut animo mundum & vitiorum immunem describere volunt*, & quod in *Alcorano* dicitur وثيابك فطهر *Et vestes tuas munda*, explicant عملك وصلح *opera tua recte disponas*, & è contra فلان دنس الثياب ò δεῖνα *vestibus squallidis* esse dicitur, cum fuerit خبيث الفعل والمذهب *factis & vitæ instituto nequam*. Hos si sequamur interpretes, effatum hoc non tam ad prius quæsiti præcedentis membrum quod corpus respicit, responsum nobis suggerat quam ad posterius quod mentem, ejusque habitus, cùm idem sensu sit, (teste *Ebnol Athir*) cùm eoquo de his quærenti respondent *Mohammedis* verbis, scil. ان العبد يبعث على ما مات عليه *Resurrecturum hominem eodem, quo se habuit cum occubuit modo*, viz. quod ad الاعتقاد والعلم والعمل *fidem, scientiam & opera*, vel ut idem aliàs efferunt

Alcorani interpretes يبعث المومن مومنا والكافر كافرا *Resuscitabitur fidelis cum fide, infideles cum infidelitate sua.* Atque ab hoc pendere videtur eodémque spectare quod ulteriùs docuit *Mohammedes*, de modo quo jam resuscitati ad locum quo omnibus tum conveniendũ adducentur, sc. يحشر الناس يوم القيامة ثلاثة اصناف صنفا مشاة وصنفا ركبانا وصنفا على وجوههم *Conventuros homines die resurrectionis in tres species distinctos, primam pedibus euntiũ, secundã equitantium, tertiam faciebus terræ afflictis incedentium*: qui primam constituunt, esse ipsos الذين قلت اعمالهم من المومنين *E credentibus illos quorum pauca sunt opera*; qui secundam فهم اهل الكرامة والرضوان *qui majori apud Deum in honore sunt, ipsique grati.* unde & illud. ab *Ali* affirmatum pios ubi è sepulchris suis egressi fuerint paratos sibi inventuros بنوق بيض لها اجنحة عليها رحال الذهب *camelos albos alatos, sellisque aureis ornatos.* in quo & veterum *Arabum* doctrinæ vestigia sunt manifesta, qui, ne cum resurgerent pedibus ire cogerentur, cavere solebant, Camelo secum assumpto. v. Spec. hist. *Arab.* p. 134, & 135. qui tertiam Infideles, quos affirmat *Alc.* adducturum Deum على وجوههم عميا وبكما وصما *faciebus suis nixos, cæcos, mutos, & surdos.* quomodo autem faciebus suis incedant dubitantibus omnem scrupulum exemit *Mohammedes* regerendo ان الذي امشاه على رجليه قادر ان يمشيه على وجهه *Qui hominem pedibus suis incedere fecit, potest idem efficere ut facie sua incedat.* Sed nec hâc solum incedendi ratione à cæteris distinguendos docuit

cuit impios, verum decem è suis hominum genera fore quos in varias mutatos formas à reliquis tunc temporis discreturus sit Deus. prima eorum classis Simiorum formâ sistetur الزنادقة من الناس *Illi scil. qui* Sadducæismum *amplexi sunt.* Secunda porcorum sc. اهل السحت والمكس *Qui turpi lucro inhiaverint & publicani.* qui tertiæ sunt capitibus inversis pedibusque in faciem retortis trahentur; sc. اكلة الربا *Fœneratores.* qui quartæ, cœci huc illuc errabunt, scil. من يجور في الحكم *Qui iniquè judicium exercuerint.* qui quintæ, surdi erunt, muti, cœci nihil intelligentes, scil. الذين يعجبون با عمالهم *Qui operibus suis gloriantur.* qui sextæ, Linguas suas rodent, quæ in pectora usq; ipsorum prominebunt fluente ex ore ipsorũ sani instar salivæ adeo ut omnes ipsos aversentur, sc. العلما والقصاص الذين خالف قولهم افعالهم *Eruditi & doctores quorum dictis contraria fuerint facta ipsorum:* qui septimæ, manibus, & pedibus truncati, scil. الذين يوذون الجيران *Qui vicinis injuriam intulerint:* qui octavæ, truncis palmarum seu palis igneis affixi, scil. السعاة *Delatores*; qui nonæ, fœtore cadavera superantes, scil. الذين يتمتعون بالشهوات واللذات ويمنعون حق الله من اموالهم *Qui affectibus suis & voluptatibus indulserint, Deo autem è facultatibus suis debita, detinuerint.* qui decimæ tunicis pice oblitis induti, scil. اهل الكبر والعجب والخيلا *Superbi, Gloriosi, Fastuosi.* Atque hæc sunt quæ de forma seu modo tum quo resuscitabuntur mortui, tum quo in celebri illo omnium

quotquot unquam vixerunt conventu jam resuscitati apparebunt, præcipuè docent. De loco ubi conventuri sunt proximè inquirendum est. Unde enim venturi vel ubi resurrecturi, nihil opus est hîc quærere, cum nihil habeant *Mohammedani* de cavernis subterraneis per quas à loco in locum devolvendi sint, sed affirment, حيث كانوا في صاير الارض عمرانا وخرابا *ubicunque terrarum fuerint sive in locis cultis, sive desertis illinc egressuros.* Locum autem quo convocandi sint, etiam terram esse definiunt, præeuntibus & *Alcorano* & traditione, at in qua ejus parte, vel (ut sic loquar) quâ terra non usque adeo convenit. Quidam enim *Syriam* à *Mohammede* digito monstratam, ei negotio assignatam aiunt, Alii terram albam & planam, in qua nulla sint incolarum vel ædificiorum vestigia. *AlGazalius*, alibi terram secundam argenteam, alibi terram quæ nihil cum hac nostra præter nomen commune habeat, vocat. Auditu forsan aliquid acceperant de terra nova, & cœlo novo, quorum meminit Scriptura, unde illud *Alcorani* يوم تبدل الارض غير الارض *Die quo mutabitur terra in aliã terram &c.* quod (ut aliàs solent ne aliunde mutuo ea accepisse videantur) novis etiam verbis nec ab aliis usitatis, nec à se forsan satis intellectis, exprimere voluerunt. ubi tam incerti hærent ipsi, nihil nobis certi elicere licebit. Transeamus ergò ad illud quod de fine ob quem illuc convocandi sint qui resurrexerint statuunt, quem eum esse ut rationem in hac vita factorum reddant & mercedi iis dignæ adjudicentur, jam ante innuimus, Atque illud satis probant nomina ista quibus, inter cætera, gaudet tempus illud, viz. يوم الحساب *Dies rationis reddendæ*, يوم الحكم & يوم الجزا *Dies remunerationis* يوم الدين & يوم القضا *Dies judicii*

remunerationis, يوم الفصل *Dies discretionis*, يوم الوزن *Dies ponderationis*, يوم الفراق *Dies separationis*. يوم المسايلة *Dies interrogationis*, يوم القصاص *Dies vindictæ*, omnia eo spectantia. Atque hunc finem cæteris etiam animantibus cum homine communem statuunt, ipso docente يقضي الله جل ذكره بين خلقه الجن والانس والبهايم وانه ليقيد يومئذ للجما من ذات القرن حتي اذا لم يبق تباعة لواحدة علي الاخري *Judicaturus est Deus, summis laudibus prædicandus, inter creaturas suas, Genios, homines & bruta. eoque die ultionem sumet* [pecori] *inermi de cornuto, donec haud supersit quod alterum ab altero requirat*; cujus de pecoribus sententiæ meminerunt interpretes tum ad verba *Alcorani* jam citata, tum ad illa cap. 6. وما من دابة في الارض ولا طاير يطير بجناحيه الا امم امثالكم ما فرطنا في الكتاب من شي ثم الي ربهم يحشرون *Nec sunt jumenta quæpiam in terra, vel volucres qui alarum remigio volant, aliud quam gentes instar vestrûm, non prætermisimus in libro quicquam, deinde apud Dominum suum congregabuntur*. Ita enim ad ea *Jallalain*, aliique, *Ad Dominum suum congregabuntur* ويقضي بينهم ويقتص للجما من القرنا *qui judicabit inter ipsa & ἀκεράῳ vindictam sumet de cornibus armato*: quam eorum errorem ortum censet Optimus atque Eruditissimus vir *Thomas Gravius*, è verbis *Ezekielis*, c. 34. vv. 17, 21. & 22. male intellectis. Jam vero الحساب seu *Ratiocinium*

quo

quo Deus cum Creaturis suis acturus est sic describunt, ان الله تعالى يعلمهم ما لهم وعليهم *quòd Deus omnipotens ostensurus sit ipsis & quid pro ipsis & quid contra ipsos faciat* [in operibus ipsorum] seu ut alii يكلم عباده في احوال اعمالهم وكيفية ما لها من الثواب والعقاب *Quòd servos suos allocuturus sit de ratione operum ipsorum, & de qualitate præmii & pœnæ ipsis debitorum*. Nec tamen statim hoc ipsum facturum autumant, diu enim resuscitatos loco isto quò convocati fuerint, ab Angelis ne ordines suos deserant custoditos, permansuros, antequam quid ipsis futurum sit patefiat. stationem istam definiunt alii spatio quadraginta annorum, quibus capitibus cœlum versus sublatis stabunt, nemine ipsos alloquente; alii centum, alii septuaginta, alii trecentorum, in quibus لا ياتيهم خبر من السما ولا يومر فيهم بامر *nec ullum ad ipsos de cælo nuntium deferetur, nec quicquam ipsis præcipietur*; imo quidam annorum quinquaginta mille, omnes sententiarum su..rum authorem *Mohammedem* laudantes, quo temporis intervallo gravia admodum passuri sunt. كل بر وفاجر *Omnes tam pii quam impii*, manifesto licet inter ipsos discrimine, dum illis membra (præcipue illa quæ lotionibus solennibus ad preces statas mundare solebant) mirâ quadam luce splendebunt, horum facies nigredo turpis, omniáque squalloris & tristitiæ signa, obfuscabunt. Illud quod insignem illis molestiam tunc temporis creabit, sudor est mirus atque inaudit s, qui verbo *Mohammedis* يلجمهم * *os ipsis obturabit*. Immersum iri homines sudore isto perhibent على قدر اعمالهم *pro ratione*

* Ita explicat *Ebnol Athir.*

ratione operum suorum, alios scil. usque ad talos, alios usque ad genua, alios usque ad lumbos, alios ore, alios aurium tenus. Provocandum sudorem istum non solùm frequenti illo omnium atque omnigenûm creaturarum concursu, aliis aliarum pedibus insistentibus ac se mutuò coarctantibus, sed & solis ad ipsos accessu insolito quem appropinquaturum dixit حتي لا يكون منهم كمقدار ميل *donec ab ipsis haud distet intervallo* AlMil. nescire autem se aiunt, utrum nomine illo vel mille passuum spatium, vel (quod multo adhuc brevius) stilum quo oculis collyrium obducitur, intellexerit, utrumque enim significat. ac utrum eorum voluerit, nil mirum, si hoc contingente ejusdémque interim calore (ut asserit *AlGazalius*) immane aucto تغلي منها الهام كما تغلي القدر علي الاثافي *Ebulliant ipsis crania instar ollæ tripodi superimposita*, totique sudore diffluant. Hoc autem quod de Solis ad terram accessu, ejúsque calore intenso docuit *Mohammedes*, ipse à *Iudæis* didicisse videtur, qui Solem olim ad improborũ cruciatum è נרתיק seu *vagina*, quâ jam reconditur ne calore nimio omnia pessundet, eductum iri fabulantur. Hoc sudore, atque interea fame & siti aërisque gravedine ubi miserè cruciati fuerint impii (piis enim leve quicquid est fiet, nec tempore orationi destinato longius, eruntque qui umbra Solii divini protegentur, inter quos رجل تصدق بصدقة فاخفاها حتي لا تعلم شماله ما انفقت يمينه *Ille qui cum eleemosynam fecerit eam celaverit, adeo ut non noverit sinistra ipsius quid expenderit dextra* (ut verè benefici etiam apud ipsos descriptionem obiter notemus.) adeo ut votorum ipsis summa sit رب

ارحمني من هذا الكرب ولو الي النار *Domine me ab hoc angore libera, vel in ignem* conjiciendum (idque dum
AlGazal. nondum illis ulla vel rationis reddendæ, vel supplicii mentio facta fuerit) tum demum appariturũ Deum intercessorẽ agente *Mohammede* (renuentibus scil. *Adamo, Noacho, Abrahamo, Jesu* id in se muneris suscipere, sibique solis caventibus ac نفسي نفسي *animam meam, animam meam* [liberes] ingeminantibus.) ad judicium in illos exercendũ. Venturũ eum in nubibus, Angelis stipatum, docente *Alcorano*, (quæ verba aliunde sumpta cum non satis intellexerint in iis explicandis non parum se torquent, cum Deum cui propriè motus tribui non potest, quasi à loco ad locum transferendum describant) omnesque prolatis libris quibus inscribantur eorum opera, ac testimonia perhibere jussis prophetis qui ad ipsos missi fuerint, examini severo subjecturum. De libris illis in *Alcorano* dictum اذا الصحف نشرت *cum expansi fuerint libri*, i.e. explicantibus Interpretibus صحايف الاعمال *libri opera ipsorum continentes* sive الّتي فيها اعمال بني ادم نشرت للحساب *libri quibus inscripta sint hominum opera qui tum quo rationem ipsorum reddant, expandentur*. Quorum operâ in illos relata fuerint si quæratur; respondebunt alii, quatuor angelorum الحفظة [custodum] qui unicuique noctu bini ac totidem interdiu invigilant; alii duorum, quorum alter homini ad dextram adsistens bona ipsius tam dicta quam facta describat, alter ad sinistram mala, ut aliorum sententias omittamus. Interrogatum ergo iri tunc omnes

de

de جمع اقوالهم وافعالهم *iis tum quæ dixerint, tum quæ fecerint omnibus* [innui id dicto illo *Alcorani* لنسالهم اجمعين عما كانوا يعملون *Rogabimus eos omnes de eo quod egerint*] vel particulatim (ipso *Mohammede* explicante) عن عمره *de vitæ suæ tempore*; *cui illud insumpserint* عن ماله من اين اكتسبه وفيما انفقه *de opibus suis, unde illas acquisiverint, & in quid erogaverint.* عن جسمه فيما ابلاه *de corpore suo; quo illud exercuerint.* عن علمه ماذا عمل به *de scientia sua; quid illâ fecerint*, at cum alibi in *Alcorano* etiam dicatur فيومئذ لا يسال عن ذنبه انس ولا جان *Atque isto die non interrogabitur de peccato suo, nec homo, nec Genius*, hæc inter se pugnantia, variis conciliant modis, unum híc adducere sufficiet, viz. لا يسالون سوال الاستفهام لانه تعالي عالم بكل اعمالهم وانما يسالون سوال التقرير فيقال لهم لم فعلتم كذا *Non Interrogabuntur ut rogat qui rem intelligere cupit, cum Deus omnia ipsorum opera perspecta habeat, verum interrogatione quæ ad confessionem adigat, dum ipsis dicetur, Quare ita fecistis?* Nec minus forsan cum istis conciliatione opus habet quod & aliàs à *Mohammede* dictum fertur, يدخل الجنة من امتي سبعون الفا بغير حساب *Ingressuri sunt è gente mea Paradisum septuagies mille nullâ de ipsis quæstione habitâ.* illis eò admissis, tum demum ثم يحاسب ساير الناس *ad rationem vocandos reliquos homines.* Hæc cum agentur unumquemque quibus potest se argumentis defensurum, culpamque eorum quæ sequius egerit in alios conjectam à se

 amoli-

amoliturum, adeo vel inter animam & corpus controversia hac de re oriatur, dicente anima يا رب الجسد منك وانت خلقتني لم يكن لي يد ابطش بها ولا رجل امشي بها ولا عين ابصر بها ولا اذن اسمع بها ولا عقل اعقل به حتي جيت فدخلت في هذا الجسد فجعل عليه العذاب فنجني منه *O Domine, à te fuit corpus, tu autem me creasti, nec manum habentem, qua prehenderem; nec pedem quo irem, nec oculum quo viderem, nec aurem quâ audirem, nec intellectum quo intelligerem, donec ad corpus istud accesserim, ipsumque ingressus sim. Ipsum ergò perpetuis subjicias cruciatibus, me ab ipsis liberatâ.* Corpore vero contrà hâc utente apologia, يا رب انت خلقتني كالخشبة ليست لي يد ابطش بها ولا عين ابصر بها ولا رجل امشي بها فجا هذا كشعاع النور فدخل في فيه نطق لساني وبه ابصرت عيني وبه مشيت رجلي فجعل عليه العذاب فنجني منه *O Domine creasti tu me instar ligni, nec manum habens quâ prehenderem, nec oculum quo viderem, nec pedem quo graderer, veniens autem ista instar radii lucis, cum me ingressa esset, ejus* [ope] *locuta est lingua mea, eâ vidit oculus meus, ea incessit pes meus, ipsam ergo me liberato, pœnæ æternæ adjudices.* Deum autem يضرب لهم مثلا باعمي ومقعد دخلا حايطا فيها ثمار فالاعمي لا يبصره والمقعد لا ينال لها تناولي المقعد الاعمي ابغني حتي تحملني فدنا منه فنال من الثمرة فعلي ايهما العذاب قال عليهما قال فعليكما العذاب *Parabolam illis propositurum cæci & claudi qui hortum ingressi*

gressi sunt in quo esset fructus, quos non videt cæcus, nec decerpsit claudus, claudus autem accersito cæco, accedens (inquit) me portes, quo accedente fructum decerpsit. utri igitur horum pœna debita est? responderunt utrique, Ita & vobis (inquit) *utrisque luenda est pœna.* Hæc etiam à *Judæis* sumpta, quæ ideo integra adscribere visum est, ut cum iis conferri possint quæ in *Gemara Sanhedr.* occurrunt, c. 11. quæ vertente Cl. viro *Johanne Coch*, sic se habent, " *Antoninus* cum " *R. Jehuda* sancto sic colloquutus aliquando est. Corpus, " inquit, & anima à judicio se liberare possunt. Quo- " modo? Corpus dicat, Anima peccavit. Nam ex quo " illa à me discessit, ecce lapidis instar sine sensu in se- " pulchro jacui. Anima autem dicat, Corpus peccavit. " Nam ex quo illius laxata sum nexu, ecce volito per aë- " rem aviculæ in morem. Ad hæc Rabbi: Parabolam, " inquit, tibi dabo. Rex mortalis horto cuidam amœ- " nissimo, in quo maturi fructus essent, duos custodes ap- " posuit, claudum & cœcum. Claudus, visis fructibus, " cœcum admonuit, ipsum uti in humeros reciperet, quo " illos decerperet & illi inter se devorarent. Insedit igi- " tur claudus cœci cervicibus, decerptosque fructus ab- " sumpserunt. Aliquanto post tempore venit dominus " horti & de fructibus requisivit. Cùm cœcus, Sibi o- " culos non esse, ut videret: & claudus, sibi pedes deesse, " ut accederet. Quid ille? Quum jussisset hunc illius hu- " meris excipi, utrumque simul judicavit & plexit. Con- " similiter faciet Deus: anima corpori indita, pariter a- " nimam & corpus judicabit. Eadem & à *Josepho Albo* laudantur, Serm. 4. c. 33. nec dissimile est quod apud *Epiphanium* habetur in *Ancorat.* §. 89. Sed frustra fore tum apologias, suáque unicuique facta imputanda, quæ si

quis negaverit contra ipsum testes prodituros homines, Angelos, membra sua, ipsámque terram quæ narratura est بما عمل عليها من خير وشر *quid in se patratum fuerit boni & mali*: de fideli testimoniũ perhibens وحد علي وصام وصلي واجتهد واطاع ربه *Super me unum Deum professus est, jejunavit, oravit, diligens fuit, Domino suo obsecutus est*, de infideli autem اشرك علي وزنا وسرق *Super me Idololatriam exercuit, adulterium commisit, furatus est, &c.* Ratiocinio autem isti peragendo, temporis spatium multo brevius quam illi quo resuscitati ipsum expectare jussi sunt, attributum vidimus, assignant. Siquidem (ut verbis *Arabibus* suis intellectu facilibus usus *Mohammedes*) قدر حلب شاة *tantum quantum ovicula mulgendæ sufficiat*, vel (ut idem aliàs) مقدار فواق ناقة *quantum inter duos cameli mulctus sit*: alii ad *Alcorani* verba ان الله سريع الحساب *siquidem Deus celeriter examen peraget*, aiunt, حسابه اسرع من لمح البصر *Examen ipsius nictu oculi celerius est*. Summam interim quâ res tum administrabuntur, justitiam ut indicent, libram quâ omnia tum appendentur, proximo loco nobis describunt: eámque libram propriè sic dictam له كفتان ولسان وهو بيد جبريل *cui sint duæ lances & examen, manu eam tenente* Gabriele qui eidem æquandæ præficitur, miræ equidem magnitudinis, utpote cujus lances (altera على الجنة والاخرى على جهنم *Paradiso, altera Gehennæ superimpendentes*) ejus sint capacitatis ut لو وضعت السموات والارض في احداهما لوسعتهن

تشهد عليهم السنتهم وايديهم وارجلهم بما كانوا يعملون

Testabuntur contra ipsos linguæ suæ, & manus; & pedes ea quæ fecerint: Alc.

Si

Si in alterutram ipsarum conjicerentur cœlum simul & terra, iis continendis esset. Nam quod alii ea *Alcorani* loca in quibus libræ mentio facta est, aliter interpretantur, iisq; nihil aliud innui volunt quam exactam justitiæ divinæ trutinam, non minus contra Antistitum veterum mentem quam verborum sonum peccare censetur, & à vero frequentibus ipsius *Mohammedis* testimoniis confirmato aberrare; quibus ne favere videatur quod ad operum pondus explorandum statui dicatur bilanx ista, quæ cum accidentia sint nec per se proprie existant, nec in lancem conjici vel appendi possint, necesse sit ut aliter, sensu nempe figurato intelligantur verba, respondet author l. *Mawakef*, (id quod *Mohammedes* roganti quomodo pensitarentur opera regessisse fertur) ان كتب الاعمال هي التي توزن *libros operum* [seu chartas quibus inscribantur opera, quæ substantiæ sunt corporeæ] *esse qui ponderentur*, quorum prout vel ii quibus benè vel malè facta inscripta fuerint pondere superiores reperti fuerint, de homine pronuntiatum iri docent illa *Alcorani* verba فالوزن يومئذ الحق فمن ثقلت موازينه فاولئك المفلحون ومن خفت موازينه فاولئك الذين خسروا انفسهم *Et examen tunc temporis secundum veritatem erit*;. *Quorum autem opera quæ ponderantur gravia erunt, sunt illi felices, at quorum opera levia, illi sunt qui animarum suarum jacturam fecerint &c.* Nec erit interim quod quis ullam sibi injuriam à Deo factam queratur, cùm nullum cujuspiam opus bonum mercede sua carere patiatur Deus, ideoque ne quid sit ob quod in futura præmium expectent mali, soleat in hac vita ipsos remunerare. Ne miretur autem

Nonnulli plures etiam minores statuunt.

autem quis quod ad trutinam tum examinaturus ſit Deus opera iſta quæ jam optimè cognita atque perſpecta habeat, quatuor aſſignat *AlThaalabius* rationes ob quas id facturus ſit, quarum prima eſt امتحان الله تعالي عباده بالايمان في دنيا *ut ſervos ſuos in hoc mundo fide probet.* Secunda جعل ذلك علامة لاهل السعادة والشقاوة في العقبي *ut hoc felicitati & miſeriæ deſignatis ſignum in futuro ſtatuat.* Tertia تعريف الله تعالي العباد ما لهم عنده من جزا علي خير وشر *ut notum faciat ſervis ſuis quamnam apud ipſum boni & mali mercedem conſecuturi ſint.* Quarta, اقامة الحجة عليهم *ut ſit quo* [eorum quæ fecerint] *convincantur*, vel ut rem perſpicuè enarrat *AlGazalius* ان الله يجعل في صحايف الاعمال وزنا بحسب درجات الاعمال عند الله تعالي فتصير مقادير اعمال العباد معلومة للعباد حتي يظهر لهم العدل في العقاب او الفضل في العفو وتضعيف الثواب *Deus pondus libris operum indet ſecundum gradus quos apud ipſum obtinent opera, ut ſit valor eorum quæ fecerint homines, hominibus cognitus, quo appareat vel juſtitia ipſius in puniendo, vel benignitas in condonando & duplicatione præmii.* Finito hoc examine, omnibúſque omnium operibus æquâ lance trutinatis, ſuccedit ultio illa (cujus mentionem fecimus) aliis de aliis ſumenda, quâ juſtiſſimâ talionis lege quæ quiſque fecerit patietur. cujus miram hanc deſcribunt rationem, ut cum non alius tum ſuperſit modus quo par pari referatur, illi qui injuriam fecerit tot de bonis ipſius

ipsius operibus quæ ei ἰσόῤῥοπα sint subducta, eandem passo imputentur. Quo facto si dixerint Angeli quorum ministerio res peragenda Deo (id optimè scienti) اعطينا كل ذي حق حقه وبقي مثقال ذرة من حسناته *Rependimus unicuique quod ab illo ipsi debitum erät, superest tamen ipsi è bonis operibus suis quantum pondere aequet formiculam* jussurum ipsum ut illud ei duplicetur, quo ipsius gratiâ & misericordiâ in paradisum admittatur. Sin contra, exhausta esse bona ipsius opera ac superesse tantum mala, multósque adhuc esse qui ab ipso paria requirant, jussurum ut de illorum peccatis, tot ab ipso commissis adjiciantur quæ eorum vice luat ac utrisque onustus in ignem ablegetur. Hæc de hominibus præcipuè intelligenda cum brutorum, inter quæ tamen talionis lege (ut diximus) agi volunt, quod ad ea quæ sequũtur, Paradisum, nempe & ignem alia sit, ex eorum sententia, ratio. Ubi enim يقتص من بعض البهايم لبعض حتي للشاة الجاعا الي ذات القرن *brutorũ alia de aliis ultus fuerit, Deus usq; ad pecudẽ inermem cui de cornuta pœnas sumet tum* يقول للبهايم والطير والدواب كونوا ترابا *bestiis, volucribus & jumentis dicturũ, In pulverem convertamini:* homi nibus impiis ad graviora reservatis, adeo ut auditâ hâc sententiâ exclamaturus sit eorum quisq; ياليتني كنت ترابا *utinam & ego pulvis essem.* Hanc brutorũ in genere fortè statuunt (quam vis & * canem *septẽ dormientium*, & asinum *Ezra Paradisum* admissos legimus) eandemq; non pauci, Geniorũ fidelibus

* ليس في الجنة كلب ولا حمار الا كلب اصحاب الكهف وحمار العزير الذي اماته الله واحياه

Non est in Paradiso canis nec asinus, præter canem in spelunca dormientium & asinum Ezræ quem vitâ privavit, eidemque restituit Deus. Ahmedis Ebn Yusef in vita عزير

cum iisdem communem. Nam & Genios in مومنين وكافرين *fideles & infideles* distribuunt, quorum sortem diversâ die judicii extremi ut cognoscamus dixit *Mohammedes*, referentibus testibus fide dignis, اذا قضي بين الناس وامر باهل الجنة الي الجنة واهل النار الي النار قيل لساير الوحش ولمومني الجن عودوا ترابا فيعودوا ترابا *ubi dijudicaverit Deus inter homines & Paradisi incolas, in Paradisum, ignis in ignem ire jusserit, dicetur feris omnibus, & è Geniorum genere fidelibus, estote pulvis, & in pulverem convertentur.* Quod non possumus non mirari, viz. in pulverem conversum iri Genios, qui è pulvere non fuerint. Hoc enim ut obiter notemus; Genios autumant alii ex igne creatos *Alcorani* authoritatem laudantes, referentibus authore *Cenzil Asrar*, & *Ahmed Ebn Yuseph*, nomen inde sortitos quod hominum oculos fugiant, (latendi enim & abscondendi notione gaudet thema unde originem trahit) generis Angelici esse. ita *AlJannabius*, خلق الله الملايكة والجان من جنس واحد فمن طهر منهم فهو ملك ومن خبث فهو شيطان ومن كان بين وبين فهو جن *Creavit Deus Angelos & Genios ex eodem genere, ex ipsis qui mundus* (vel sanctus est) *Angelus dicitur, qui malignus Diabolus, qui medii status Genius. AlDamirius in* historia animalium, الجن اجسام هوايية قادرة علي التشكل باشكال مختلفة لها عقول وافهام وقدرة علي الاعمال الشاقة *Genii* (inquit) *sunt corpora aërea, quæ varias induere formas pro libitu possunt, ratione, intellect & ardua qualibet præstandi.*

præstandi potentiâ prædita. Eo ab Angelis distingui eos volunt nonnulli, quod cum Angeli nec edant nec bibant, nec liberos gignant, hæc omnia præstent Genii. De hoc inter ipsos universim convenit *Mohammedem* مبعوث الي الجن كما هو مبعوث الي الانس *missum esse non minus ad Genios, quam ad homines.* Sed ne ab instituto digredi videamur: Quâcunque primò materiâ constiterint, qui inter eos vaticinanti *Mohammedi* fidem adhibuerint, hoc tum reportaturi sunt præmium, ex eorum, quos diximus, sententia quam & ipsi *Mohammedi* acceptam ferunt, ut nihil gravius passuri in pulverem ire jubeantur. Sunt tamen qui in ipsos benigniores locum ipsis assignent حول الجنة *circa paradisum*, ubi licet in ipsum non admissi, statu satis felici gaudeant. Quod verò ad infideles ex ipsis فهم يدخلون النار مع كفار الانس *immittendos ipsos in ignem unà cum ex humano genere incredulis*, asserunt omnes præeunte *Alcorani* sentenitâ. In *Gehennam* enim recta abducendos ita dispescit author *Cenzil Asrar* ut duobus infidelium generibus constent, vel Geniorum vel hominum, sub Geniis ابليس وجنوده * *Diabolum ipsiusque exercitus* complectens, ac hominum rursum infideles in duas species distinguens ut sint vel idololatræ, vel qui unum Deum se colere professi sunt, iique 1 *Judæi*, 2 *Christiani*. ubi miror è *Mohammedanis* impiorum & Hypocritarum, quos & in ignẽ conjiciendos asserit nullam ab ipso mentionem factam, nisi forsan hoc eos à *Iudæis* & *Christianis* distingui autumet, quod hi statim eò ablegandi, illi non nisi pontis etiam (quem tamen alia dicta omnibus fixum asserere videntur) supra

Al damira.

* *Qui à* جن *Geniis fuisse dicitur*, Alc. c. Cahph. se. 18.

Gehennam protensi examine probati, vel quod hi solum æternùm igne cruciandi, ex quo illos postquam dignas sceleribus pœnas luerint, educendos putant. sed parum in hôc momenti situm est. pergendū ut peracto judicio quid à tribunali justi judicis redeuntibus fiat secundum sententiam de ipsis pronuntiatam, videamus. Soluto ergo conventu *Paradiso* assignatos dextram, igni sinistram petituros aiunt. utrisque pontem (الصراط *AlSerat* vocant) supra Gehennam mediam extensum (sive tunc primum, sive olim creatum) ascendendum. Esse ipsum (ut verbis è libro *Mawakef* desumptis describatur) جسر ممدود على ظهر جهنم يعبر عليه جميع الخلائق المومن وغير المومن *Corpus protensum super Gehennæ dorsum* [seu medium] *per quod transeundum sit omnibus creaturis tam credentibus quam incredulis.* esséque ipsum ادق من شعر واحد من غرار السيف *pilo subtilius, & acie gladii acutius*, quali cum non facilè capiat intellectus quomodo insistere possint incedentiū pedes, ideoq; ipsum negent è *Motazalis* plerique, erroris ipsos damnant, atque ad ejus quibuscunq; tandem difficultatibus obnoxii veritatem adstruendā satis esse dicunt اخبار الصادق المصدوق عنها *affirmasse fide dignum qui nihil nisi verum locutus unquam est, ita se rem habere. Moham.* intelligunt, qui & quo difficilior adhuc sit ipsius transitus, latera ipsius sentibus, spinis hamatis & uncinis obsita descripsit, hinc fore ut eorum quibus per ipsum transeundum sit alii incolumes evadant, alii miserè pereant, pergentibus scil. pede inoffenso ac mirâ celeritate, fidelibus

Mawakef, Sharbol., Tawalea Genzel Afrar.

delibus كطرف العين وكالبرق وكالريح وكالطير وكاجاود الخيل *Instar ictus oculi, vel fulguris, vel venti, vel avis, vel equorum cursu præstantium*, reliquis qua viæ lubricitate, qua spinarum implicatione & vellicatu, extinctáque quæ priores in Paradisum direxit luce, labentibus atque in Gehennam suppositam decidentibus. Jam verò eorum qui igni infernali adjudicantur, classes septem, ac totidem ignis gradus enumerant: primam classem اهل التوحيد *Eorum qui unum Deum coluerunt* (è *Mohammedanis* scil.) qui يعذبون على قدر اعمالهم ثم يخرجون *qui secundùm opera sua cruciabuntur deinde educentur.* Secundam, اليهود *Judæorum*, Tertiam, النصارى *Christianorum*, Quartam للصابئين *Sabiorum*, Quintam للمجوس *Magorum*, Sextam, للمشركين *Idololatrarum*, Septimam للمنافقين *Hypocritarum.* Septem Gehennæ ordines seu gradus, nominibus suis distinguunt, ut sit primus جهنم secundus لظى tertius الحطمة quartus السعير quintus سقر sextus الجحيم septimus الهاوية docente magno Antistite *Phacroddino*. de ipsis interim addunt ان اشرها اسفلها *eorum pessimum esse infimum*, atque inde illud *Mohammedis* dictum المنافقين في الدرك الاسفل من النار *Hypocritas in infimo ignis ordine collocandos.* [Hanc & *Gehennæ* in cellas ejusque incolarum in classes suas partitionem à *Judæis* mutuatam videbit qui *Nachmanidem* c. *Gamul*, f. 97. aliosque ab ipso citatos consuluerit.] Pœnas interim Gehennæ variosque ejus cruciatus tam quos à calore quam quos à frigore intenso (الزمهرير *Al-*

Quorum agmen ducturus Mohammedes اول من اذا يجيز وامتي *Primi transeuntium, ego & populus meus.* Cenz.

z imbarlr vocant) patientur eò ablegati, tam exactè suis descripsit *Mohammedes* ut non minori diligentia ipsum abditos ejus recessus scrutatum credas quam qua se cœli conclavia perlustrasse *Borako* vectum profitetur, nec magis notam ulli esse domum suam, quam ipsi intima Abyssi penetralia: quæ ceteri patiantur ut omittamus, qui levissimè omnium torquebuntur calceis igneis induendos docuit, quorum fervore ebulliturum sit ipsis cerebrum ollæ instar, vel caldarii, adeo ut nihil gravius infligi posse existiment eo quod ipsi patiuntur, cum tamen longè mitius cum ipsis quam cum cæteris agatur [hos inter nominatim patruo suo *Abi Talebo* locum concessit.] Eum ignicolarum istorum statum esse ait, qui nec mors dici, nec vita censeri possit, (لا يموتون فيها ولا يحيون *Nec moriuntur in eo* [igne] inquit, *nec vivunt*,) cujus infelicitas, & hoc immane quantum augetur, quod nulla eum unquam in meliorem mutandi spes ipsis (*Mohammedanis* solum exceptis) supersit: hoc est quod ubique ferè affirmat *Alcoranus* انهم فيها خالدون *ipsos in eo perpetuo mansuros* quod qui vel non de omnibus infidelibus propriè ac prout durationis spatium nullo unquam termino finiendum denotat, intelligendum, vel è contra, de iis etiam *Mohammedis* asseclis qui graviorum peccatorum rei fuerint, affirmandum autumant, ἀλλοδοξίας incusantur. ea quæ obtinet sententia est, nec aliorum quempiam unquam inde egressurum, nec eorum qui secundum *Mohammedis* disciplinam unius Dei cultum professus fuerit perpetuò ibi mansurum. Quamdiu autem ibi mansuri, vel quando egressuri sint si, quæratur, dictum *Mohammedis* allegatur, يخرج قوم من النار الجنة

v. Spec. hist. Arab. p. 258. &c.

بعد ما مسهم منها سفع فيدخلون الجنة *Egressures inde aliquos ex igne postquam ab eo fuligine tincti fuerint, atque in Paradisum admissum iri*, quos cum Paradisi incolæ جهنميين *Gehennales* appellitaverint, illi precibus suis à Deo impetraturi sunt, ut ab ipsis hoc nomen amoveat. aliis referentibus, docuit Deum ipsos dum ibi mansuri sint, vitâ privaturum (vel saltem interpretantibus aliis, somnum ipsis profundum immissurum) quo minus graves ignis cruciatus sentiant, dein in Paradisum receptos & vitæ aquâ perfusos eâdem rursum donaturum. alii antequam egrediantur vitæ restituendos volunt, quo pænis istis valedicturi aliquem earum gustum percipiant. Quod ad temporis autem quo ibi detinendi sint intervallum, traditione acceptum perhibent ipsum ad minimum fore annorum nongentorum, ad plurimum septem mille. Quâ ratione inde educendi sint ut sciamus, dicunt eos cultus quem fronte terræ admotâ proni Deo peregerint, vestigiis, in quæ nullum omnino vim habiturus sit ignis qui reliquum corpus torreat, conspicuos fore, atque hâc notâ cognitos quà misericordiâ Dei, quà *Mohammedis*, quà *Beatorum* intercessione liberatum iri. Quomodo etiam in *Paradisum* admissi ab الحالة الجهنمية بالحالة النعيمية الابدية statu *Gebennali* (ut sic loquar) ad statum gaudii æternum mutentur, docent, viz. qui mortüi fuerant بماء الحياة *vitæ aquâ* perfusos statim revicturos, qui fuligine & squallore fœdati in نهرا من انهار الجنة *Fluvium è fluviis Paradisi quendam* [scil. نهر الحياة *fluvium vitæ*] conjectos, corporibus candore gemmeo nitentibus prodituros.

Hæc

Hæc sunt quæ de infidelium atque impiorum pœnis asserunt. quam ex ipsorum sententia mercedem reportaturi sint fideles, ultimo jam loco dicendum restat. His ergò ubi examinis jam memorati molestias, pontisq; illius acutissimi angustias superaverint, suam, quo refocillentur sitimque jam in æternum exuant, piscinam offert *Mohammedes*. hic primus felicitatis gradus iis promissus, dum (ut in specimine Historiæ *Arabum* ex *AlGazalio* vidimus) credere jubeantur حوض محمد *Piscinam Mohammedis, quâ potandi fideles antequam Paradisum ingrediantur, postquam viam istam* [seu Pontem] *transierint, ex qua qui semel biberit non amplius sitiet in æternum.* Eam quis nobis melius quam ipsius Dominus descripserit? ille ergò حوضي مسيرة شهر وزواياه سوا وماوه ابيض من الورق وريحه اطيب من المسك كيزانه كنجوم السما فمن شرب منه فلا يظما بعده ابدا *Piscina mea* (inquit) *menstruum iter est, anguli ejus æquales, aqua argento* (secundùm alios, *lacte*) *candidior, odor moscho suavior, urceoli tot quot sunt in cælo stellæ,* (sc. ne cui quo statim aquam capiat desit) *qui ex ea biberit haud amplius in æternum sitiet.* In piscinam hanc, per tubulos binos derivatur aqua è *Paradisi* fluvio *Canthar* (ab inexhausta rerum bonarum copia nomen sortito,) حافتاه من ذهب ومجراه على الدر والياقوت تربته اطيب من المسك وماوه احلى من العسل وابيض من الثلج *Cujus ripæ ex auro, alveus unionibus & hiacinthis substratus, terra moscho odoratior, aqua melle dulcior, nive candidior*, describente etiam *Mohammede*. Cui ad hæc non sordeat decantatum Poëtarum

Nectar,

Nectar, niſi ex eodem fonte fluxiſſe autumes; nec certè longius ab *Arabum* كوثر recedit nomen illud, quam ab *Hebraeorum* קטר unde derivatum volunt doctorum nonnulli. Hic primus felicitatis iſtius guſtus quam deinde in *Paradiſum* perpetuas beatorum ſedes admiſſi pleniùs percepturi ſunt. Loci iſtius frequens admodum in *Alcorano* mentio, de quo tamen utrum adhuc creandus, an olim creatus ſit diſputatur, aſſerentibus *Motazelorum*, & ſectariorum nonnullis nondum ipſum in rerum natura exiſtere, nec eundem eſſe è quo olim exulavit *Adamus*, at qui Orthodoxi apud ipſos perhibentur, & jam reperiri affirmant qualíſque & ubi ſitus ſit nobis deſcribunt. Situm eſſe aiunt (docente *Mohammede*) فوق السموات السبع وتحت العرش *ſupra cælos ſeptem, & infra Thronum* [Dei] eſſe ſcil. الجنة في جهة العالي والنار في جهة السافل *Paradiſum in regione omnium ſuprema ignem* [infernalem] *in infima.* Amœnitatem ejus quo depingant, terrām ejus aliàs ſimilam tenuiſſimam, aliàs Moſchum puriſſimum, aliàs crocum eſſe dicit, lapillos ipſius uniones & hyacinthos, ædificia lateribus aureis & argenteis teſſellata, nullā in eo arborē creſcere cui truncus non ſit aureus, inter eas celebris notæ eſſe arborem طوبى *Tuba* [felicitatis] dictam, cujus radix in ipſius *Mohammedis* ædibus ſit, at في دار كل مؤمن منها غصن *ad uniuſcujuſque fidelis ædes ramum ejus aliquem pertingere*, qui quotieſcunque ejus fructu veſci deſideret, ſponte ſua ſe ad ipſius manus demittat, quin & veſtes iſtis holoſericas, nec non jumēta quibus vehantur ſuppeditet, quæ ſellis, frænis, & ephippiis ornata excludet quoties voluerint; tantæ mag-

 nitudinis

mtudinis,ut vel equo celerrimo vectus centum annis umbram ejus non emetiatur. Quid ejus malogranata, uvas, dactylos miræ magnitudinis & ignoti mortalibus saporis referamus, cum nullius cujusvis generis fructus desiderio teneri possit quispiam qui non ipsi se presentem sistat: imo si carnem malit nullius * avis, quæ non assata coram ipso decidat. Fluviis eum irrigari aiunt, quorum alii aquâ, alii lacte, alii vino, alii melle fluant, omnibus è radice arboris *Tuba* scaturientibus, تخرج من اصلها انهار الجنه الما والخمر واللبن والعسل *Prodeunt è radice ejus fluvii Paradisi, aquæ, vini, lactis & mellis*] inter quas & *Cauthar* & *Vitæ fluvius* jam memorati; nec non fontibus quorū lapilli hyacinthi rubentes & Smaragdi virides terra cāphora, fundus moschus, oræ crocus, inter quos præcipui duo سلسبيل *Salsabil* & تسنيم *Tansim*. Sed quod his omnibus apud ipsos (totos in fœdas libidines pronos) potius, erunt ibi puellæ istæ quas الحور العين *Alhawar alaiyon*, q. d. candidas μεγαλοφθάλμους appellant, (non è luto ut cæteræ; sed è Moscho mero creatæ) خيرات الاخلاق حسان الوجوه *moribus probæ, facie pulcherrima*, omnis cui obnoxiæ sunt hujus mundi fæminæ; vitii, maculæ, & immunditiæ expertes, tentoriis ex unionibus cavatis (quorum vel unus quatuor parasangis longus & totidē latus sit, vel referentibus aliis 60 passuum millibus) inclusæ, quarum, ultra eas quas in hac mundo habuerunt uxores, consortio gaudebunt fideles. Locum, nomine ab *Hebræorum* גן mutuato جنة *Gannah* vocant; quod hortum amœnum, variis arborum generibus distinctum denotat, cui & alia aliquando distinctionis gratia apponunt cognomina

* ان شهوتهم الطاير في الجنة وهو يطير فيقع بين يديهم مشويا

cognomina, ita جنة الفردوس *Gannatal Phardus* [Paradisi] & جنات عدن *Gannat Adani*, [ab *Hebr.* עדן, quod tamen *perpetuitatis* interpretantur,] & جنة المأوى *Gannatol Mawi* [mansionis] جنة النعيم *Gannato'l Naim* [amœnitatis] &c. quibus diversos hortos, vel saltem distinctos Paradisi gradus (quales centum autumant) innui volunt, quorum tamen qui infimus est tot incolis suis voluptatum genera exhibebit, ut iis plane obrutum iri diceres, nisi docuisset *Mohammedes*. ipsum quo iis par sit قوة مائة رجل *centum virorum viribus à Deo donandum*. In amœnas has sedes admittendis satis habuit (ut vidimus) *AlGazalius* in *Moham*. fidei expositione piscinam *Mohammedis* gustandam proponere; at idem alibi, ut & author *Cenzil Asrar*, ex *Alcorani* interpretibus duorum præterea fontium, nescio quorum, meminit, quos sub arbore quadam ad Paradisi portam scaturientes reperient, quorum altero se abluant ex altero bibant ad purgandum quicquid ipsis in alvo noxii aut fæcium fuerit. Ibi statim ad portam à pueris ipsius ministerio destinatis salutabitur quisq; (quorum unus ad uxores ipsi paratas nuntium adventus ipsius deferet) nec non ab Angelis duobus qui cum muneribus à Deo missis ipsi occurrent, quorum alter veste è vestibus *Paradisi* ipsum induet, alter decem annulis digitos ipsius ornabit, quorum primo inscriptum erit طبتم فادخلوها خالدين *Benè habetis, ingredimini eum perpetuo ibi mansuri*. Secundò, ادخلوها بسلام امنين ذلك يوم الخلود *ingredimini cum pace, fidentes, iste est dies æternitatis*, Tertiò, رفعت عنكم الاحزان والهموم *sublata sunt à vobis*

 tristitiæ

triſtitia & cura, Quarto زوجناكم الحور العين *In uxores vobis dedimus* [puellas] *Alhawar Alayon*, Quinto, ادخلوها بسلام امنين *ingredimini eum cum pace, ſecuri*, Sexto, اني جزيتهم اليوم بماصبروا *remuneravi eos hodie ob ea quæ tolerarunt*, Septimo, انهم هم الفائزون *Hi ſunt qui evaſerunt* [vel, vicerunt] Octavo, صرتم امنين لا تخافون ابدا *in tuto eſtis, ne unquam timeatis*, Nono, رافقتم النبيين والصديقين والشهدا *Comites eſtis Prophetarum, juſtorum & martyrum*, Decimo سكنتم في جوار من لا يؤذي جيرانه *habitabitis in vicinia ejus qui vicinis ſuis damnum non infert.* ita ornatos cum pace intrare jubebit, quâ portâ (octo enim ſtatuunt) nihil opus eſt inquirere. admiſſi loca ipſis parata ſecundum meritorum rationem ſortientur. Quærunt enim, tum quâ ratione admittantur in *Paradiſum*, tum quâ in gradus ſuos ibi diſtribuantur, ac diverſas eas ſtatuunt: aditum enim non aliàs cuipiam patefieri quam merâ Dei miſericordiâ, quod illo *Mohammedis* dicto probant, ليس احد ينجيه عمله *non eſt quiſpiam quem liberabunt opera ſua* (vel لا يدخل الجنة احدا عمله *non introducunt quempiam in paradiſum opera ſua*) qui & regerentibus ولا انت *an non vel tu?* ولا انا *nec vel ipſe* (inquit) *aliter quam miſericordiâ Dei ſalvandus ſum*. quod ad gradus vero felicitatis diſtinctos, illos ſecundùm operum dignitatem diſponi ut * conſtantē *Alcorani* doctrinam amplectuntur. Quinam autem plurimum mereri apud ipſos cenſeantur ut ſciamus, hoc *Mohammedis*

* القران يشعرون بذلك

Mohammedis dictum laudatur, فضل العالم على الشهيد درجة وفضل الشهيد علي العابد درجة وفضل النبي عليه السلام علي العالم درجة وفضل القران علي ساير الكلام كفضل الله علي خلقه وفضل العالم علي ساير الناس كفضلي علي ادناكم *Excellentia quâ doctus martyrem præcedit, gradus est, quâ martyr devotum, gradus, quâ Propheta doctum gradus, quâ Alcoranus aliis sermonibus præstat, ut ea quâ Deus creaturis suis præstat, quâ doctus aliis hominibus, tanta quantâ ego vestrum omnium infimo.* Quin ut honore & felicitate postquam in *Paradisum* admissi fuerint alii aliis priores statuuntur, ita & temporis quo admitttentur ratione, unde illud *Mohammedis* (cui ipsi primo aperientur portæ) de gentis suæ pauperibus effatum اذ هم يدخلون الجنة قبل الاغنيا بخمسماية عام *ipsos paradisum ante divites annis quingentis ingressuros* : [ac magnum certe apud ipsos in *Paradiso* est pauperum privilegium. quod testatur & aliàs ab ipso dictum اطلعت في الجنة فرايت اكثر اهلها الفقرا واطلعت في النار فرايت اكثر اهلها النسا *Oculos in Paradisum conjeci & vidi maximam incolarum ejus partem pauperes esse, inspexi Gehennam & vidi maximam incolarum ejus partem fœminas esse.*] In *Paradisum* (qualem describunt) admissos lautè admodum exceptum iri quis dubitet? Quæritur tamen quis primò iis apponendus sit cibus? Respondent, Terram universam unicum tunc panem futurum, quem manu sua instar placentæ tenens Deus in *Paradisum* rece-

 pris

ptis porriget, additis الادام ſeu opſonii vice بالام والنون *Balam & Nun*, i. e. explicante ipſo, ثور ونون ياكل من زيادة كبدهما سبعون الفا *Tauro & piſce quorum jecinoris lobo veſcantur ſeptuaginta hominum millia.* Hoc cum è colloquio quod inter *Mohammedem* & *Judæum* quendam interceſſit didiciſſe ſe profiteantur, quibus ille hanc fabellam debeat patet, præ ſertim cum nomen quo Taurum illum appellavit, ſcil. بالام quod *Arabicum* non eſt ipſi à *Judæo* profectum autument. quomodo בהמות in بلام verterint ה in ל mutato ipſi viderint; res planè eadem eſt. زيادة الكبد *Jecinoris lobus* (inquiunt) eſt القطعة المنفردة المعلقة فيها وهي اطيبها *Particula diſtincta ab ipſo propendens, quæ & ejus pars optima eſt.* ideoque apponi eam putant ſeptuaginta duobus iſtis qui in *Paradiſum* abſque ullo examine admiſſi ſunt, utpote convivarum præcipuis; alii numerum finitum pro indefinito hic ſumi volunt, nec aliud ſonare quam ingentem hominum multitudinem. Ab hoc convivio ad palatia quiqꝫ ſua dimiſſi pro meritorum (ut dictum) ratione diverſos ſortientur felicitatis gradus; at qualis, qui vel minimum? cum exertis verbis dixerit quem optimè hæc noſſe non dubitant, ادنى اهل الجنة الذي له ثمانون الف خادم واثنتان وسبعون زوجة وتنصب له قبة من لولو وياقوت وزبرجد كما بين الجابية وصنعا *Infimus incolarum Paradiſi eſt cui ſint octoginta ſervorum millia, uxores ſeptuaginta duo, figaturque ipſi tentorium è margaritis hyacinthis & ſmaragdis, quod amplitudine totum illud ſpatium*

Ebn Athir & Hiſt. animal. &c.

الاصح لفظة عبرانية

Verum eſt vocem Hebr. eſſe Hiſt. an.

tium inter * Jabia & Sanâa *æquet.*& referentibus aliis, cui cum vescatur adstabunt ministri trecenti, apponenturque patinæ aureæ trecentæ في كل صحفة لون ليس في الاخري مثله وانه ليلذ اخره كما يلذ اوله ومن الاشربة ثلاث مائة انا في كل انا شراب ليس في الاخر مثله وانه يلذ اوله كما يلذ اخره وانه ليقول يارب لو اذنت لي لاطعمت اهل الجنة وسقيتهم ولاينقص مما عندي شي وانه له من الحور العين لاثنين وسبعين زوجة سوي ازواجه في الدنيا وان الواحدة منهن لياخذ مقعدها قدر ميل من الارض *quarum unicuique insit cibi genus ab eo qui cæteris imponitur diversum, quorum ultimum æquè delectet ac primum*[appetitu nunquam remittente] *nec non liquorum vasa trecenta, quorum unicuique insit liquor à cæteris distinctus quorum primus & ultimus æquè jucundi erunt, adeo ut dicat, Domine, si mihi permitteres ut cibum & potum darem omnibus Paradisi incolis, non diminueretur de copia mea quicquam. Cui preterea erunt è Paradisi puellis, conjuges septuaginta duæ ultra uxores quas in mundo habuit, quarum uniuscujusque locus cui insidebit mille passus occupabit.* aliàs illis سبعين الف صحفة من ذهب *septuagies mille paropsides aureas* tot continentes eduliorum genera apponit, quæ ibi facilia paratu credas ubi sit avis una فيه سبعون الي ريشة فيقع على *صحفة الرجل من اهل الجنة ثم ينتقض فيخرج من كل ريشة لون مثل الثلج والين من الزبد واعذب من الشهد ليس فيه لون يشبه صاحبه ثم ينهض ويطير *cui sint septuagies mille*

* *Duorum in Syria locorum nomina.*

* forf. صحنة

mille pluma, quâ alicui è Paradisi incolis in patinam decidente ac dissolutâ prodeat ex unaquaque pluma distinctum [cibi] *genus* [candore] *niveo, flore lactis mollius, favo dulcius; ita interim ut non sit genus aliquod reliquis simile, ac deinde recedens avolet.* Vino dum in hoc mundo agunt, *Mohammedanis* severâ lege interdictum scimus, utpote quod ام الخبايث *omnium malorum matrem* pronuntiaverit. At in *Paradiso* liberè ipsum ingurgitare permissum, asserente *Alcorano.* quod ne mireris, sciendum ان هذه الخمره لا تسكر كما هي خمر الدنيا *vinum istud non inebriare sicut hujus mundi vinum,* cujus dulcedinem & fragrantiam miram non est opus ut describamus, ut nec fontis *Tansimi* ante nominati, quo diluetur, in quo hoc valde mirum, quod تجري في الهوا تنصب في اواني اهل الجنة علي مقدار مليها فاذا امتلىت امسك الما فلا تقع منها قطرة علي الارض فلا يحتاجون لاستقا *ex eo in aere fluente in vasa Paradisi incolarum infundatur quantum capere possint; ubi autem impleta fuerint se reprimat adeo ut ne gutta una in terram decidat, neque opus habeant eam sibi haurire.* Hæc atque hujusmodi de *Paradisi* delitiis narranti *Mohammedi* scrupulum injecit, impudens quidam *Judæus* بان الذي ياكل ويشرب تكون له حاجة *Qui comedant & bibant opus etiam habituros, &c.* at quem ille facile amovit, respondendo حاجة احدهم عرق يفيض من جلده فاذا بطنه قد ضمر *eorum quibus ipsis opus esse* innuit *Judæus, vicem suppleturum sudorem quo per cutim emanante flaccescet ipsis venter redeunte* * *appetitu,* quod & suis subinde repetiit, sc. *Paradisi* incolas

Ebn Athir in ام

* تعود شهوته

colas لا يتفلون ولا يبولون ولا يتغوطون ولا يتمخطون *nec expuere, nec vesicam vel alvum exonerare, neque mucosas nares emungere*, verum sudore, odore moschum æquante, emisso quantum satis est excernere. De vestibus ipsorum quas *Attalicas* & *holosericas*, colore præsertim viridi promittit *Alcoranus*, cum non minùs importunè quæstionem movisset, alius quidam اخلق تخلق ام نسج تنسج *num vel creata essent, vel textoris operâ laborata*, non tam cito responsum tulit, silente *Mohammede*, donec ضحك بعض القوم *adstantium nonnulli riderent.* quibus ille مم تضحكون من جاهل يسال عالما *Quare* (inquit) *ridetis? num quod stultus scienti quæstionem proposuerit?* tum ne ignorare ipsum crederent quod non statim effutiret, dixit بل تشقق ثمرة الجنة, *Imo se findentes Paradisi fructus vestes istas excludunt*: quas & suppeditare arboris *Tuba* folia jam dictum. Quæ de cæteris etiam ornamentis dicta, cum aliàs in *Alcorano* dicatur ipsis aurea fore monilia, aliàs argentea, ne inter se pugnare videantur, ita conciliant, ut vel viris argentea, fœminis aurea tribuant, vel viros aliàs aureis, aliàs argenteis, vel utrisq; simul ornandos dicant. Inter ornamenta hæc obiter notemus esse diademata unionibus distincta quorum vel minimus تضيء ما بين المشرق والمغرب *quicquid inter orientem est & occidentem splendore suo illustraret*, ut tapetes etiam holosericos, immensæ altitudinis & capacitatis lecticas, lectos, pulvinaria, cæterámque supellectilem pretiosam auro & gemmis distinctam omittamus. Quantam ex his omnibus voluptatem percepturi sint facilè

patet ex eo quod & jam innuimus, scil. ان لرجل من اهل الجنة تقسم له شهوة ماية رجل من اهل الدنيا واكلهم ونهمتهم *unicuique è Paradisi incolis distributum iri centum in hoc mundo degentium appetitum, edendi facultatem & desiderium*, atque, ut alibi dictum, etiam in Venerem vires. hoc facilius forsan credes ubi audieris quâ & ætate, & corporis staturâ eo intromittendi sint, semperque mansuri. quod ad ætatem (asserente *Mohammede*) من مات من اهل الجنة من صغير اوكبير يردون الي بني ثلاثين في الجنة لا يزيدون عليها ابدا وكذلك اهل النار *Quicunque è Paradiso destinatis mortuus fuerit, sive majorennis sive minorennis, tricenarius evadet, nec eam unquam ætatem excedet, quod & Gehennæ damnatis fiet*, [cui & concinit quod alibi ab eo dictum, من دخلها ينعم لا يبوس ويخلد ولا يموت ولا تبلي ثيابهم ولا يفني شبابهم *qui eam ingressus fuerit deliciabitur, nec unquam tristitiâ afficietur, permanebit, nec unquam morietur, neque veterascent ipsis vestimenta, neque consumetur juventus.*] quod ad staturam (eodem teste) كل من يدخل الجنة علي صورة ادم وطوله ستون ذراعا *quisquis in Paradisum ingredietur erit formâ Adami, qui altus fuit sexaginta cubitos*, atque ad eandem tum ætatem tum staturam perventuros statim liberos, quos si quis nasci sibi desideret suscepturus est, ipsius sententiæ consentaneum videtur, quà asserit المومن اذا اشتهي الولد في الجنة كان حمله ووضعه وسنه في ساعة واحدة كما يشتهي *Si quis fidelium prolem in Paradiso desideret*

sideret unâ statim horâ in utero gestabitur, nascetur & ad ætatem pertinget. cui affine est & quod de frugibus asseruit, si quis ibi sementem faciat, confestim è terra prodituras atque ad maturitatem & messem perventuras. (fore enim quorum petulans atque impotens desiderium & ad istiusmodi rusticiores feratur delicias.) Sed dum his quas commemoravimus voluptatibus fruentur alii sensus nec aures quo delectentur carere putes, cum non solum ibi *Israfelem* quo non creavit Deus احسن صوتا *voce suaviorem* & puellas dulce cantantes, sed & arbores voce لم يسمع الخلايق مثله *cui similem non audivere mortales*, Deum celebrantes audituræ sint. adde sonum quem edent tintinnabula arboribus ibi pendentia vento è throno Dei prodeunte commota, quoties اراد اهل الجنة السماع *voluerint Paradisi incolæ auribus suis gratum quid audire*, vel etiam ipsa arborum truncis aureis & pro fructu اللولو والزبرجد *uniones & smaragdos protrudentes*, istiusmodi vento agitatarum concussio, ماسمع احد شيا احسن منه *quâ nihil unquam suavius audivit quis*. adeo ut hæc aurium oblectamenta افضل نعيم اهل الجنة *inter præcipuas Paradisi incolarum voluptates numerari debeant*. Hæc autem quæ hactenus recensuimus, omnia, ut & quod ipsis * perpetuò fruituri sint, omnibus *Paradisi* incolis, etiam illis qui infimi ordinis fuerint, communia statuunt; quanto majoribus fruituros putemus, qui superiores obtinent? esse enim præter hæc ait eo admissis à Deo parata alia, مما لا عين رات ولا اذن سمعت ولا خطر على قلب بشر

* خالدين فيها

Oooo 2 *quæ*

quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, neccor hominis subierant (quod dictum è meliori fonte haustum benè est quod non ineptâ aliquâ glossâ temeraverit.) In quo autem præcipuè consistere voluerit iis qui ad supremum ibi gradum evecti fuerint, felicitatis apicem, docet illud ipsius effatum, ان ادنى اهل الجنة منزلة لمن ينظر الى جنانه وازواجه ونعيمه وخدمه وسرره مسيرة الف سنة واكرمهم على الله من ينظر الى وجهه غدوة وعشية *infimus inter Paradisi incolas gradu est, qui hortos suos, uxores, bona, servos, lecticas, spatio itineris mille annorum prospiciet [oculorum acie eo usque pertingente ut longissimè dissita æquè ac præsentia intueatur] at maximo inter ipsos in honore apud Deum est, qui faciem ipsius mane & vesperi contemplabitur.* Sic & *AlGazalius* * auctarium quod benefacientibus, in *Alcorano*, à Deo promitti volunt, ait esse النظر الى وجه الله *ut faciem Dei intueantur*, esseque conspectum illum اللذة الكبرى التي ينسي فيها نعيم اهل الجنة *voluptatem omnium maximam qua oblivisci faciat amænitatis quâ fruuntur* Paradisi *incolæ*, & (ut alibi loquitur) غاية الحسنى ونهاية النعمى *summam felicitatem, & ultimum amœnitatis gradum*, nec esse نسبة لشي من لذات الجنة الى لذة اللقا *ullam ex omnibus Paradisi deliciis quæ ei quæ è Dei præsentia orietur, voluptati assimilari possit* siquidem سائر نعيم الجنة فانه يشارك فيه البهيمة المسرحة في المرعى *reliquas Paradisi voluptates pecori liberè in pascua dimisso communes esse*, hanc solam homini propriam. quod benè tandem ac sapienter

* للذين احسنوا الحسنى والزيادة *iis qui benè fecerunt Paradisus & auctarium.*

ter ab ipso monitum, secus enim ipsos *Paradisum* porcorum non hominum descripsisse putaremus.

Atque hæc sunt quæ de hominum post mortem statu, resurrectione, ac vitæ eam subsequentis ratione tradunt *Mohammedani*. è paucis multa. plura referre & puduit & piguit; imò vel ista, veritum ne illis affingere quæ nemo uspiam mortalium credat, quæque affirmare *Insani esse hominis non sanus juret Orestes*, videar; nisi quod à me suspicionem istam amoliantur tum ipsorum verba αὐτολεξεὶ in plerisque citata, tum ipsa figmentorum prodigia, qualia haud facilè ex alia officina quam monstrifico *Mohammedis* cerebro prodire potuissent. Ipse equidem (in quantum sciam) ne verbum addidi quod non ex eorum scriptis desumptum fuerit. Si quid alium authorem non præferat, in libro *Cenzil Asrar* (quod *Thesaurum secretorum*, sonat) authoritatibus tum ex *Alcorano* tum traditione petitis confirmatum reperiri scias. At emolliri forsan poterint interpretatione aliquâ, quam non adeo refugiat intellectus, ut de fabulis quæ Rabbinorum scriptis passim desumpta, perhibent *Judæi*, à quibus horum pleraque mutuata. Ita certè *Avicenna* visum liquet, è libro *Almahad*, c. ultimo, ubi hæc, interprete *Bellunensi* habentur. " Si enim anima fuerit beata post separationem, tunc imaginatur secundùm formam laudabilem, vel delectabilem in formis sensationum, & in forma secundùm quam vere cognoscit veram beatitudinem. Et dixerunt quod hæc sit pœna sepulturæ, & præmium vel delectatio in ea. Et dixerunt quod mundus secundus ipsi animæ sit exitus ab indumento istarum qualitatum corporis, vel istarum dispositionum corporis. Et quod indumentum animæ ex istis disposi-

 tionibus

" tionibus fit sepultura animæ. Dixerunt etiam quod " non est mirum quod imaginetur formas laudabiles, & " appareant ei in fine ejus ante mundum secundum, scil. " in hora mortis, *&* post eam omnes dispositiones con- " numeratæ in libris Prophetæ, scil. dispositiones Para- " disi, & mulieres, & aliæ delectationes quæ currunt hoc " cursu ita & aliis nonnullis, quibus tamen fidei *Islamitica* (quam vocant) canonum observantiores, vel hoc nomine hæreseos notâ inurunt. Quid enim de illis qui hanc sibi ea quæ in *Alcorano*, vel à *Moham.* dictis ab intellectu remotiora videntur, interpretandi sibi licentiam sumserint, statuant, etiam aliàs in Spec. hist. *Ar.* ostendimus & fusius ab *Al-Gazalio* declaratum est verbis, quæ in *Phil Arabum* gratiam & quod clavis instar hac ex parte, eorum scripta pervol- ventibus esse possint; hîc apponemus وفي هذا المقام

لارباب المقامات اسراف واقتصاد فمن مسرف في رفع * الظواهر انتهى الى تغيير جميع الظواهر او اكثرها حتى حملوا قوله تعالى وتكلمنا ايديهم وتشهد ارجلهم وقوله تعالى وقالوا لجلودهم لم شهدتم علينا قالوا انطقنا الله الذي انطق كل شي وكذلك المخاطبات التي تجري من منكر ونكير وفي الميزان وفي الحساب ومناظرات اهل النار واهل الجنة في قولهم افيضوا علينا من الما زعموا ان كل ذلك بلسان الحال وغلا اخرون في حسم الباب منهم احمد ابن حنبل حتى منع تاويل قوله كن فيكون وزعموا ان ذلك خطاب بحرف وصوت يوجد من الله تعالى في كل لحظة بعدد

* al. ex. دفع

بعين كل مكون حتي سمعت بعض اصحابه يقول
انه حسم باب التاويل الا لثلاثة الفاظ قوله صلي الله
عليه وسلم الحجر الاسود يمين الله تعالي في الارض
وقوله قلب المومن بين اصبعين من اصابع الرحمن
وقوله اني لاجد نفس الرحمن من جانب اليمن ومال
الي حسم الباب ارباب الظواهر والظن باحمد ابن حنبل
انه علم ان الاستوا ليس هو الاستقرار والنزول ليس هو
الانتقال ولكنه منع من التاويل * حسما للباب * al. ex التاويلات
ورعاية لصلاح الخلق فانه اذا فتح الباب اتسع الخرق
وخرج الامر عن الضبط وجاوز الاقتصاد ان حد الاقتصاد
لا ينضبط ولا باس بهذا الزجر ويشهد له سيرة السلف فانهم
كانوا يقولون امروها كما جات حتي قال مالك
لما سيل عن الاستوا معلوم والكيفية مجهولة والايمان
به واجب والسوال عنه بدعة وذهبت طايفة الي
الاقتصاد ففتحوا باب التاويل في كل ما يتعلق بصفات
الله تعالي وتركوا ما يتعلق بالاخرة علي ظواهره
ومنعوا من التاويل وهم الاشعرية وزاد المعتزلة عليهم
حتي اولوا من صفات الله تعالي [تعلق*] الروية
واولوا كونه سميعا بصيرا واولوا المعراج وزعموا * deest in al. exem.
انه لم يكن بالجسد واولوا عذاب القبر والميزان
والصراط وجملة من احكام الاخرة ولكن اقروا
بحشر

بحشر الاجساد وبالجنة واشتمالها علي الماكولات
والمشروبات والمنكوحات والملاذ المحسوسة وبالنار
واشتمالها علي جسم محسوس محرق يحرق الجلود
ويذيب الشحوم ومن ترقيهم الي هذا الحد زاد الفلاسفة
واولوا كل ما ورد في الاخرة وردوه الي الام عقلية
روحانية ولذات عقلية وانكروا حشر الاجساد وقالوا
ببقاء النفوس وانها تكون اما معذبة واما منعمة بعذاب
ونعيم لا يدرك بالحس وهولاء هم المسرفون وحد
الاقتصاد بين هذا الانحلال وبين جمود الحنابلة
دقيق غامض لا يطلع عليه الا الموفقون الذين يدركون
الامور بنور الهي لا بالسماع ثم اذا انكشفت لهم
اسرار الامور علي ما هي عليه نظروا الي السمع والالفاظ
الواردة فما وافق ما شاهدوه بنور اليقين قرروه وما
خالف اولوه فاما من ياخذ معرفة هذه الامور من
السمع المجرد فلا يستقر له فيه قدم ولا يتعين له موقف
والاليق بالمقتصر علي السمع المجرد مقام احمد ابن
حنبل.

In hoc argumento, apud eos qui de istiusmodi rebus disserunt, est cum excedatur, est cum teneatur modus. Ex iis qui modum excedunt in * *manifestis tollendis eò pervenerunt nonnulli ut manifesta omnia, vel saltem pleraque aliter intelligi velint, adeo ut dictum illud Dei* [Alloquentur nos manus ipsorum, & testimonium perhibebunt pedes ipsorum] *nec non,* [Dixerunt

* i. sensu verberum literali.

dixerunt pellibus ipſorum, quare contra nos teſtimonium perhibuiſtis, dixerunt, Loqui nos fecit Deus qui omnia loqui fecit] & ſimiliter Moncari *&* Naciri *colloquia, & quæ de* Libra *&* Ratiocinio *dicuntur, & quæ inter ignis & paradiſi incolas intercedent colloquia dicentibus illis, Effundite in nos aquã, omnia non aliter intelligenda eſſe quam quod res ipſa loqui videatur; alii [contrà] modum exceſſerunt in hac interpretandi ratione prorſus tollenda. inter quos eſt* Ahmed Ebn Hanbal, *qui eo proceſſit interpretari vetet ut dictũ Dei*, Sis *& erat, putantis, alloquium literis & voce à Deo expreſſum reperiri in omni ejus nutu ſecundum rerum creatarum numerum, adeo ut quoſdam ex ipſius aſſeclis audiverim dicentes non permiſiſſe ipſum interpretatione aliqua explicari, præter tria tantum dicta, viz. quod à* Mohammede *dictum [Lapis niger eſt dextra Dei in terra;] & [Cor fidelis eſt inter duos Miſericordis digitos] non [Inveni animam Miſericordis ad latus dextrum] ita ad interpretandi libertatem tollendam propendent qui res juxta literæ ſonum intelligi volunt. Ego autem exiſtimo* Ahmedem Ebn Hanbal *ſciviſſe ſeſſione [qua Deo attribuitur] non indicari ipſum loco affixum manere, nec deſcenſione, eum à loco in locum transferri; ab his interpretandis tamen abſtineri voluiſſe quo [licentiæ] portam obſtrueret, ac hominum bono caveret; ſiquidem ſi aperiretur porta iſta, dilataretur ruptura, ac res contineri neſcia modum excederet, cum intra debitos modi terminos haud facile ſiſtatur. Nihil igitur in hac cautione ineſt mali, cui & teſtimonio ſuo favet antiquorum conſuetudo, qui dicere ſolebant, Eo modo illud tranſmittite quo [ad vos] pervenit. adeo ut diceret* Malec *cum interrogaretur de ſeſſione [Dei in Throno] Seſſio, res nota eſt, at modus ejus ignotus; eam credere neceſſarium eſt, at in eam inquirere hæreſis. Alii autem modũ tenentes portam interpretamento aperuerunt*

in omnibus quoad Dei attributa spectant, at quæ ad mundum futurum pertinent prout sonant intelligenda reliquerunt, eáque interpretari vetuerunt. Sunt hi Al Assarii. *Ulterius autem progressi* Motazali *interpretati sunt etiam inter attributa Dei quæ ipsius visionem spectant, atque aliter explicarunt, quod dicitur, ipsum audire & videre, Interpretati etiam sunt quod de* Mohammedis *in cœlos ascensu traditur, ipsum haud in corpore peractum autumantes, cruciatum etiam sepulchralem & libram & pontem* Allerat, *cateráque ad mundum futurum spectantia aliter interpretati sunt, interim tamen confessi corporum resurrectionem & paradisum & sub eo comprehendi cibū, potum, venerem & voluptates sensibiles; nec non ignem qui & comprehendat corpus sensibile adurens, quod cutim urat & adipem colliquet, sed & hos hactenus progressos superantes Philosophi, aliter exposuerunt omnia quæ de mundo futuro tradita sunt, ea de pœnis intelligibilibus spiritualibus intelligi jubentes, & voluptatibus intellectu percipiendis; negantes etiam corporum resurrectionem, animarum tantum perpetuitatem adstruentes ipsasq; vel cruciandas, vel lætitia afficiendas, pœnis & voluptatibus quæ sensu non percipiantur; atq; hi sunt qui modū excedunt. Mediocritatis autē terminus inter laxiorē istam &* Hanbalianorū *justo strictiorem interpretandi rationem subtilis est & profundus, quem non vident nisi qui Deum habentes propitium, res divino lumine, non auditu, percipiunt, deinde ubi ipsis retectæ fuerint abdita rerum mysteria prout se verâ habent, ad ea quæ auditu edocti sunt, & verba traditione accepta animum advertentes, ea quæ veri lumine perceperunt statuminant, quæ aliter se habent, interpretantur. Quod si quis harum rerum cognitionem auditu simplici hauserit, in qua haud firmiter ipsi consistat pes, nec locum ubi eum figat aliquem designatum habeat, satius ipsi est ut iis quæ auditu simplici percipiet*


contentus

contentus sit, prout fecit Ahmed Ebn Hanbali. Atque ita vulgò ea, quæ maximè omnium interpretatione commodâ egere videantur crassissimo & ab iis quæ credunt Christiani maximè diverso, ab ipsis sensu intelligi, probant (ut alia omittam argumenta) verba illa ab ipsis illi inserta juramenti formulæ, quam Christianis exhibent cum eos ad pactum aliquod vel promissum sanctè observandum obstringere volunt, eorum quæ maxime abhorreant atque aversentur, si fidem fefellerint mentione ipsis injectâ & metu inculcato. Jurare ergò cogunt Christianum si aliter fecerit, vel promissis non steterit, inter cætera واثبت وجود الحور العين في المعاد وان في دار الاخرة اللذات الجسمانية *Et affirmabo reperiri puellas pulchras* μεγαλοφθάλμους *in resurrectione, esseque in altero mundo voluptates corporeas*. Atqui plane ridicula sunt (inquies) & plusquam absurda, quæ prolata sunt si hoc modo sumantur: Sic mihi, sic tibi, sic Christianis omnibus videntur, & sunt revera, at quanta interim mundi pars quique se aliis sapientiâ præstare judicant, aliter censent? Quantas igitur gratias Deo misericordiarum patri debes qui tibi in ea religione & nasci & educari concessit, quæ de his & meliùs scire & rectiùs sentire doceat? Neque enim minima (si qua major esse potest) felicitas est, de magno hoc articulo rectè institutum esse; quem meritò appellat *R. Moses Nachmanides* תקות כל מקוה להקבה' *Spem omnis in Deum sperantis*, quoq; sublato omnis simul tum in Deum fides, tum ergà homines pietas, (quicquid nonnulli de nudæ virtutis illecebris, quibus homines nullo vel præmiorum spe, vel pœnarum metu adductos ad se trahat, subtilius philosophentur) at quem qui firmiter credit, &

 quæ

facta fide verâ indigna, & quibus nomini Chriſtiano dedecori fueris, condemnantes. Quod ne tibi contingat, nunquam animo excidere paſſus minimam ejus, quàm victurus es, partem eſſe quam in hoc mundo deges vitam, vel ipſorum conſilium ſecutus اعمل في ايام قصار لايام طوال *Labora diebus curtis in dies longos.*





CAPVT. VIII.

PSALMUS II. *De* Meſſia *à* Iudæis *antiquis expoſitus, quare à recentioribus aliò trahatur. Loca aliquot quæ in omnibus* Kimchii *in Prophetas poſteriores Commentariorum editionibus mutila habentur, notata, & pleraque codicum* MSS. *ope in integrum reſtituta &c.*

Pag. 160. *Sicut ipſe dixit,* Tu es filius meus.

OBſervatu dignum eſt *Maimonidem* verba hæc è Pſal. ſecundo, de *Meſſia* exponere, quamvis alio forſan, quam rei veritas poſtulat, intellectu; de quo eadem à veteribus etiam intellecta patet ex *R. Davidis* teſtimonio, licet & ab ipſo, & à recentiorum pleriſque alio dudum detorta fuerint. Sic enim ille, verbis iſtis quæ in libris impreſſis commentarium ipſius in Pſalmum hunc ſecundum claudunt ויש מפרשים וה׳ המזמור על גוג ומגוג והמשיח הוא מלך המשיח וכן פירשו רבותינו זל׳ ומבואר זה המזמור על זה׳ הדרך אבל הקרוב הוא כי אמרו דוד על עצמו כמו שפירשנו *Sunt qui interpretantur Pſalmum iſtum de* Gog *&* Magog, *éſtque* Meſſiah *Rex* Meſſias, *atque ita expoſuerunt Doctores noſtri f. m. éſtque Pſalmus hoc modo explicatus perſpicuus, at* [vero] *propius eſt dixiſſe ipſum* Davidem *de ſeipſo uti à nobis expoſitum.* Quid autem illum alioſque qui in pleriſque, majorum veſtigiis uſque ad ſuperſtitionem

ſtitionem mordicùs adhærent, hîc permoverit ut in contrariam planè ſententiam ab iis diſcederent, cum fatentibus ipſis omnia ſecundùm eorum mentem optimè procederent, facilè diſcimus ex iis quæ ad eundem Pſal. commentatus eſt *R. Salomo Jarchi*, quem etiam confitentem habemus רבותינו דרשו את הענין על מלך המשיח ולפי משמעו ולתשובת המינים נכון לפותרו על דוד עצמו *Doctores noſtri expoſuerunt* [hujus Pſalmi] *ſignificatum de Rege* Meſſiah, *at prout ſonat, & ut reſpondeatur* Minæis, *ſeu Hæreticis, expedit interpretari ipſum de ipſo* Davide. Hoc, hoc unum eſt quod *Judæos* à Majoribus ſuis etiam verum dicentibus, quibuſcum aliàs errare malunt quam cum aliis veritatem amplecti, in diverſum ſcientes ac volentes trahit, ſcil. ſi in eorum interpretationibus aliquid quo *Chriſtianæ* fidei dogmata ſtabiliantur, occurrat. *Meſſiam* ab antiquis talem expectatum qui filius eſſet Dei viventis, diſcimus ex iis quibus Summus Pontifex Dominum *Jeſum* olim allocutus eſt, *Adjuro te per Deum viventem ut dicas nobis an tu ſis* Chriſtus *ille filius Dei*; & illâ *Nathanielis* προσφωνήσει *Ioh.* 1. 50. *Rabbi, tu es filius Dei, tu es Rex Iſrael*; Mat. 26. 63.
unde illis talem expectandi fiducia? Ex hoc Pſalmo de *Meſſiah* ab ipſis intellecto. Sic unanimi Doctorum veterum conſenſu, ac traditionis (quam alias pertinaciter tuentur) authoritate, exponi olim ſolitum confitentur, ut vidimus, *Kimchius* & *R. Salomo*, at cur non hodiè etiam eodem modo exponatur? periculum eſt à מינים *Minæis*, ſeu hæreticis, quos vocat; (Novimus quos innuat, nec ab eo ita appellari pudet,) hâc enim ratione ſuppeditarentur ipſis argumenta, quibus *Chriſtum* filium Dei, ideoque & Deum patri ſuo ὁμοούσιον, probent. Cedat ergò Majorum autoritas, cedat traditio, imo obliteretur prorſus ac

oblivioni

telligatur facilè agnovit *Kimchius*, ideoque eorum testimonium cavillis nescio quibus, ab ordinaria naturæ rerumque inferiorum lege, (quam ubi de Dei rebus agitur nullā habere locum ipsorum statuunt doctissimi) petitis eludere conatus est, ut in iis quæ ad calcem ipsius in Psalmos commentariorum, edente *Fagio*, addita sunt, nec non ad finem hujus ipsius Psalmi, in MSS. quibusdam codicibus videre est. Eandem agnoscunt etiam *Mohammedani*, ideoque nullo modo volunt ut de *Christo* dixerit Deus immortalis, *Tu es filius meus, ego hodie genui te*. Sic enim aliunde quam à Deo constabit profectum πολυθρύλλητον illud Alcorani capitulum, quo totam *Christianorum* fidem uno ictu se confodere autumant; illud scil. الاخلاص *Alechlas* dictum, totius voluminis antepenultimum, قل هو الله احد الله الصمد لم يلد ولم يولد ولم يكن له كفو احد *Est ipse Deus unus, Deus æternus, qui nec genuit, nec genitus est, & cui nullus est æqualis*. quomodo ergò nodum hunc solvunt? eo quo *Iudæi* modo, ut verba de alio interpretentur eáque sensu improprio intelligant? Minimè vero hoc ausi sunt; sed ut ea malè à *Christianis* legi asserant. ita scil. testibus *Ebnol Athir*, & *Kamusii* authore ab illis ولدتك Waladtoka *genui te*, pro ولّدتك Walladtoka *fovi* vel *educavi te* substitui asserunt, & pro نبي Nabiya *Propheta meus* بني Bonaiya, *filius meus*. التوليد *Altawlid* (inquit l *AlFiruzabadius*) est التربية *educatio*, inde قوله الله عز وجل لعيسى صلى الله عليه وسلم انت نبي وانا ولدتك اي ربيتك فقالت النصارى انت بني وانا ولدتك تعالى الله عن ذلك علوا كبيرا *dictum Dei omni-*

potentis ad Jeſum (*cui propitius ſit & pacem concedat Deus*) Tu es *Nabija* Propheta meus, Ego *Walladtoca*, fovi te; *at dixerunt* Chriſtiani, *Tu es* Bonaiya *filius meus*, *Ego* Waladtoca, *te genui*. *longe eſt ſupra hac Deus*. ſic & *Ebnol Athir*,
في الانجيل قال لعيسى ادا ولدتك اي ربيتك
فخففه النصارى وجعلوه له ولدا سبحانه وتعالى عما
يقولون علوا كبيرا *In Evangelio dixit* Iſæ *Ego* Walladtoca, i.e. *Educavi te*, *at* Chriſtiani *demptâ literâ* lam *alterâ*, *ipſum ei filium ſtatuerunt*, *qui longè elatus eſt ſupra ea quæ dicunt*. Quam ridiculè, quam ineptè hæc ab ipſis excogitata ? quaſi verò *Arabicè* hæc primo ſcripta ? quantum è *Judæorum* re fuiſſet caviſſe ne talis à *Chriſtianis* textus corruptio ipſis obtruderetur perſuadeant illis textum *Hebraicum* hoc loco, ipſis dormientibus atque incautis, vitiatum fuiſſe. At iſtam *R. Salomonis*, quam laudavimus confeſſionem, quâ ideo veterum interpretationem à recentioribus rejectam fatetur, quo faciliùs *Chriſtianorum* argumentis occurrant, negando ſcil. de *Chriſto* intelligi debere Pſalmiſtæ verba, à nobis confictam eſſe dicat quiſpiam cùm in iis quæ vulgo hominum manibus teruntur, editionibus non occurrat; Fatendum nec in editione *Baſileenſi* à Clariſſimo *Buxtorfio* adornatâ, nec in *Venetis* recentioribus reperiri verba לתשובת המינים *in reſponſum Minais*, ſeu *hæreticis*, quæ tamen editiones antiquiores agnoſcunt. Ab iis quibus in *Judæorum* ſcripta inquirendi, eáque corrigendi authoritas delegata eſt, ideo eraſa videntur, quod probroſum τῶν *Minim* nomen *Chriſtianis* affigat : at majori, ni fallor, cauſæ *Chriſtianæ* incommodo. Verba interim iſta, quâ caſtrata, quà in integrum reſtituta, duas nobis cauſas ſuggerunt ob quas quid de

Chriſto

Chriſto, tam qualis ab ipſis expectatur, quam qualis à nobis colitur, dixerint *Iudæi*, integrè ſcire vix liceat, unam à *Iudæis* ipſis, alteram à *Chriſtianis* profectam. Illa quæ à *Iudæis*, quod ſi quas Antiqui S. Scripturæ interpretationes illis tradiderint quæ fidei *Chriſtianæ* faventiores videantur, eas eam-ipſam ob cauſam mutari & forſan celari, è re ſuâ crediderint recentiores, quod dum hoc loco, (ut & Pſalm. xxi. 1. iiſdem fere quibus hic uſus verbis, hec tamen ut hîc deletis) factum teſtatur *R Salomon*, pluribus etiam contigiſſe vix dubitamus, adeoque ſi quis nihil quod cauſam noſtram adjuvet in *Iudæorum* ſcriptis, qualia nunc habentur, reperiri objiciat, parum in hoc momenti ſitum eſſe judicamus, eandémque ob rationem ferè perſuaſi ſumus ut de *Galatino* mitiùs quam plerique ſententiam ferámus. Suſpectæ apud multos fidei habetur quod authores laudet *Hebraicos* qui jam in *Chriſtianorum* manus non perveniant, at quid ſi à *Iudæis*, ideo ne perveniant, clam habitos? quod facile factu fuit cum libri alicujus nondum typorum beneficio propagati, pauca admodum, & ſingularia forſan, exemplaria reperirentur. Qui majorum, quos maximè venerantur, interpretamenta rejicere non dubitant לתשובת המינים *ut hæreticis*, quos vocant, *occurratur*, quid ni eandem ob cauſam, eorundem dicta vel ſcripta *Chriſtianos* celare, (maximè cùm contra ſe ab ipſis ea torqueri viderent, eumque in finem pervolvi) non inutile judicarent? Altera quæ à *Chriſtianis*, quòd cum *Iudæos* recentiores blaſphemias nimis frequentes evomere obſervarent quos penes arbitrium erat, minimè id ferendum rati, eorum ſcripta iiſdem purganda curaverint, quo pacto ſimul & ea aliquando ſublata quæ forſan *Chriſtianorum* ſcire intereſſet,

eſſet, & ſenſus planè mutilus non paucis in locis redditus. Utrique occurri non aliter poteſt quam ſi in manus inciderint vetuſta librorum ejuſmodi exemplaria, quorum qui primam ab cauſam è medio ſublati, recuperandorum neſcio an ſpes tanta ſuperſit. nec multum refert, cum ſcripturas ab iis integras atque intemeratas acceperimus; at qui ob ſecundam, faciliùs reſtitui (ſi è re videatur) poſſint, dum & in *Iudæorum*, & *Christianorum* forſan manibus ſint exemplaria Cenſoris obelum non experta; vel ita ſaltem ut quid ibi ſcriptum priùs fuerat à nemine *Judæorum* ignoretur. De priori ergò, quæ à paucis forſan animadverſa, nihil hic amplius addemus. de ſecunda frequens eſt in ore hominum querela, Inquiſitorum operâ caſtrata atque mutilata eſſe *Hebræorum* ſcripta, adeo ut ſenſus ſæpe haud integer fluat: neque tolli interim blaſphemias *Judæorum* ſed augeri, dum eas jam liberè, nemine arguente aut refutante apud ſuos eructent. *Christianos* ſiquidem tantùm, hoc pacto, clam fieri, *Judæis* eas vel memoriâ tenentibus, vel ad marginem librorum ſuorum, ubi ſublatus fuerit Cenſoris metus, adſcribentibus. Ipſe equidem dum ea quæ de prima libros ipſorum expurgandi & virgulâ cenſoriâ notandi cauſâ memoriæ prodita ſunt recogito, haud auſim, aliter quam gravibus de cauſis Principes viros hoc fieri juſſiſſe, ſummaque cum prudentia ab iis quorum curæ demandatum eſt, initio factum pronuntiare, nec dubito hâc ratione factum ut libri nobis ita purgati ſervarentur, quos aliter prout tunc ſe res haberent, dumque in *Christianam* religionem ubique virus ſuum effunderent *Judæi* integros tolli efflagitâſſet *Christianorum* zelus. At mutato jam aliquantum, ut rerum civilium, ita & literarum ſtatu, evênit ut non minor

Videſis Illuſtr. V. V. *Epiſc.* Lodovenſis & Philip. Mauſſaci proleg. *in pug. fidei, & qui plura de his ſcire avet duce utatur, Nobiliſſ.* Seldeno *in prol. ad l. de Succeſſ.*

minori ardore jam flagrent nonnulli ea videndi quæ sublata sunt, quam olim alii eadem tollendi. His igitur me rem non ingratam, & nullis injuriam, facturum arbitror, si loca aliqua in eorum scriptis notem quæ cum censorum (ut videtur) manu deleta in libris impressis desiderentur, nullâ interim notâ signata, cæterisque inter se continuatis, quasi nihil omnino deesset, sensum aliquando imperfectũ reddant & lectorem perplexum habeant. Id quod præstiturus sum in *Kimchii* in Prophetas (quos vocant) posteriores, commentariis, quorum, in duobus præsertim prioribus, binis mihi MSS. Codd. (quorum alter *Laudianus* meritò appellatur, ab eo cujus singulari munificentiæ ipsum cum millenis aliis debet Academia *Oxoniensis*) uti contigit, in quibus ita Censorum manu erasa aut obliterata sunt verba ut tamen pleraque ex superstitibus literarum vestigiis restitui possint, quæ cum diversis eorum editionibus conferre libet, ut his perpensis, judicent ii ad quorum manus non alii quam codices impressi pervenerint, quid de cæteris eorum libris statuendum, & num ejusmodi sint quæ sublata fuerint, ut ea restitui desiderent. Primum nobis locum exhibet *Isai* II. 18. ubi ad verba והאלילים כליל יחלף [*Et Idola penitus concîdet*] hæc habentur tam in Bibl. *Basil.* quã *Venet.* אף על פי שהאלילים ככר פסקו מקצת האמות היום עוד יש בקצה המזרח עוכרי אלילים ועוד יחשבו גם הם עוכרי אלילים שהם משתחוים ועוכרים לצלם ואז כימות המשיח כל האלילים יכרתו עד גמירא *Quamvis in quibusdam gentibus cessaverint hodiè idola, sunt tamen adhuc in parte Orientis Idololatriæ, ac præterea reputandi sunt * * etiam ipsi Idololatræ, quod incurvent se ac imaginem * * adorent,*

rent, ac tunc diebus Messiæ *omnia idola penitus excidentur.* ubi in MS. *Landiano* post יחשבו obliteratum est verbum quod apparet fuisse הנוצרים *Christiani*, deinde post לצלם hæc ישו הנוצרי *Jesu Nazareni*, ut locus integer ita sonet, *Sunt tamen & adhuc in parte Orientis Idololatræ, quinetiam habendi sunt etiam* Christiani *pro idololatris, quod incurvent se ac adorent imaginem* Jesu Nazareni, *at tunc, &c.* dein versu 20. ad את אלילי כספו..ואלילי זהבו *Idola argenti sui, & idola auri sui*, annotata in iisdem *Basil.* ac *Venetiis* sic leguntur כמו שפירש' כי עוד היום בקצה ארץ המזרח עובדי אלילי כסף וזהב וכן בצורת של כסף ושל זהב *sicut explicavimus, quoniam ad hunc usque diem in quibusdam regionibus orientalibus colunt idola argenti & auri, atque ita * * figurâ argenti & auri.* quæ etiam imperfectè edita esse ipse sensus ostendit, ac sic ab authore primò concepta docent MSS. וכן הנוצרים עושים צלם בצורת ישו הנוצרי ובצורת שתי וערב של כסף &c. *atque ita* Christiani *faciant imaginem figurâ* Jesu Nazareni, *& figurâ crucis, ex argento & auro.* Ibi & quæ ad v. 22, *Desinite vobis ab homine cujus anima in naribus ipsius est, &c.* annotat *Kimchius*, in libris impressis ita clauduntur, אם כן שחייו קצרים במה נחשב הוא ואיך יתכן לבטוח עליו או לירא ממנו *Si ita se habeat ut sit vita ipsius brevis, ob quid existimatione dignus est, & quomodo possit quis in ipsum confidere aut ab ipso metuere?* At in MS. meo (cujus folia septem priora cum casu (ut videtur) aliquo periissent, manu recentiori alicujus, hominum (ut patet) metu affecti (censorum scil.) reposita sunt,) hæc adjiciuntur, גם יש בזה הפסוק רמז ויאמ' איש אל אחיו חדלו לכם מאשר עבדתם עד הנה כי עבדתם ולא באשר חשבתם לא היתה כשאר אם כן נחשב הוא &c. quæ ad verbum

bum ſonat, *Hoc etiam verſu innuitur * * * dicturum unumquemquemque ad fratrem ſuum, Deſinite vobis ab * * * quem coluiſtis hactenus quia * * * coluiſtis, & non * * * ſicut putaſtis ſed * * * fuit ſicut cæteris, quod ſi ita fuerit, reputabitur ille?* ſenſu plane abrupto ac mutilo, quæ omnia in MS. *Laud.* obliterata, veſtigia tamen reliquerunt è quibus dignoſcatur poſt רמז ſcriptum fuiſſe לא····ת הנוצרים שיכפרו אז באמונתם (forſ. לאמונת) *ad fidem* Chriſtianorum, *tunc abnegaturos ipſos fidem ſuam*, & poſt לכם *vobis*, מן הארם *ab homine*, poſt כי *quoniam* ארם *hominem*, poſt ולא *& non* אלוה *Deum*, poſt אלא *verùm* נשמה היתה באפיו *anima fuit in naribus ipſius*, poſt אם כן *ſi ita* במה *in quo* vel *ob quid*, ut ita ſententia integra fuerit, *Hoc etiam verſu innuitur fides* Chriſtianorum [ſc.] *tunc abnegaturos ipſos fidem ſuam ac dicturum unumquemque ſocio ſuo. Deſinite vobis ab homine iſto quem hactenus coluiſtis; quoniam hominem coluiſtis at non Deum, ſicut putaſtis, verum anima ipſi in naribus fuit, ut cæteris; ſi ita, ob quid ratio illius habebitur?*

C. VII. 14. הנה העלמה הרה *Ecce virgo concipiet:* *Kimchius*, prout in ll. impreſſis nobis exhibetur העלמה (inquit) אינה בתולה אלא עלמה כמו נערה תהיה בתולה או בעולה Haalmah *non eſt virgo, verùm* Almah *idem valet ac* Naarah [*puella*] *ſive virgo, ſive nupta fuerit*: in editione tamen antiqua *Piſaurenſi* ſpatii inter בתולה *Virgo*, & אלא *verùm*, relictum ſatis eſt ad indicandum *Iudæis* deeſſe aliqua, quæ è MSS. patet fuiſſe כדברי התועים *ſecundùm verba errantium.* ac paulo inferius ad v. 15 ולהושיב לחולקים בזאת הפרשה מבואר בספר הברית שחבר ארני אבי צלי בתשובת החולקים *Quomodo responden-*

respondendum sit dissentientibus in hac sectione, explicatum est in in libro Habberith [*fœderis*] *quem composuit Dominus pater meus f. m. ad respondendum dissentientibus*. Ita *Basil.* at *Veneta* ultima pro לחולקים *dissentientibus* habent לאחרים *aliis*. pro בתשובת החולקים *in responsionem ad dissentientes* בתשובתם *ad respondendum illis*, at MSS. למינים *hæreticis*, & המינים *hæreticos* habuerunt, ut & *Pisauri* edita & *Bombergiana* anni 307. supputationis (ut loquuntur) minoris illa enim anni 328. לחולקים legunt, & quæ sequuntur omittunt, usque ad כי אחז *quoniam* Achaz. sequitur etiam in *Basil.* וענין הפרשה כי אחז היה מפחד בעבור שני המלכים האלה שלא ילכדו את ירושלם ונתן לו אות כדי להאמין שלא ילכדוה ואם האות דבר כאשר הם אומרים מה אות היה זה לאחז דבר שהיה אחר כן ליותר מארבע מאות שנה *Sensus autem sectionis * quod* Achaz *metu perculsus fuerit ob duos Reges istos ne caperent* Jerusalem, *dederitq; ipsi signum quo crederet non capturos illos ipsam, quòd si signum fuerit res * uti illi asserunt, quid signi fuit* Achazo *res quæ fuit post illud annis plus quadringentis &c.* at in MSS. (uti & in modo laudatis *Pisaur.* & *Bomb.* anni 307.) inter כי אחז & הפרשה interserta fuere hæc verba סותר דבריהם בפי *destruit verba ipsorum manifesto*, deinde pro האות דבר כאשר *si signum res ut &c.* in MS. *Laud.* fuisse monstrant literarũ vestigia האות הוא דבר ישו *signũ res* Jesu (nominis ישו vestigia satis manifesta sunt, licet דבר obscuriora) in altero fuisse videtur דברי ישו *res* Jesu, numero plurali, cum nomen *Jesu* in omnibus impressis desideretur, quod si cum cæteris reponatur hæc erunt quæ dixit *Kimchius*, *Quomodo respondendum sit Minæis seu hæreticis in hac sectione, ostensum est in libro* Habberith [*fœderis*] *quem composuit Dominus*

minus meus, pater meus, ad respondendum hæreticis, sensus autem sectionis manifestò destruit verba ipsorum; quoniam cum Achaz *metu affectus esset ob duos Reges istos ne caperent* Jerusalem, *Deus illi signum dederit quò crederet ipsos eam non capturos, quod si signum illud fuerit res* Jesu (vel *fuerint res ad* Jesum *spectantes*) *uti asserunt, quid esset signi* Achazo, *res quæ post illud fuit annis plus quam quadringentis, aut quomodo confirmaretur animus ipsius re quæ ipsius tempore non fuit?*

C. XI. 14 quæ ad verba ארום ומואב *Edom & Moab* commentatus est idem, in *Basil.* ita se habent, אף על פי שאין נכרים היום באומות לבר ישראל שהם נבדלים מן האומות בתורתם ושלא התערבו עם האמות אבל שאר האומות התערבו רובם כשזוכר ארום ומואב ובני עמון ר״ל ארצותם והיושבים בהם היום *Quamvis hodie inter gentes non dignoscantur alii quam* Israel, *qui distincti sunt à gentibus lege suâ & quòd cum gentibus commixti non fuerint, cum cæterarum gentium pleraque mixta sint. cum meminit* Edom *&* Moab *& filiorum* Ammon, *vult dicere terras ipsorum eósque qui illas hodie incolunt*, at in MSS. post בתורתם sequitur ושלא יתערבו בם האומות & *quòd cum iis commistæ non fuerint gentes*, & post רובם *maxima pars*, vel plerique eorum, והנה היום בין רת ישמעאלים רבין דרת נוצרים כְשזוכר ארום *& ecce sunt hodie partim* Ismaëlitæ, *partim* Christiani. *cum meminit* (vel ut in L. וכשזוכר *& cum meminit*) Edom *&c.* quæ etiam in edit. antiquis habentur. in MS. Laud. obliterata sunt, in altero, pro רת ישמעאלים *religio* Ismaelitarū רת ישראל *religio* Israelis, errore non obscuro. In *Bomb.* anni 324. paulo aliter quam in *Basil.* legitur דלא התערבו כשאר העמים שנהערבו רובם

כשווכר *neque commixti sunt ut cæteri populi, quorum plerique mixti sunt*: cum meminit &c. sententia ergo integra fuisse videtur, *Quamvis inter gentes nō sint qui hodie dignoscantur, præter solos* Israelitas *qui distincti sunt à gentibus, tum lege suâ, tum quod cum iis reliquæ gentes commixtæ non fuerint. reliquæ verò gentes pleraque mixtæ sunt, atque hodie inter religionem* Ismaelitarum *&* Christianorum *divisa. cum autem meminit* Edom *&* Moab, *& filiorum* Amon, *intelligit terras ipsorum, eósque qui illas hodie incolunt.*

C. XXV. 2. ארמון זרים *Palatium alienorum*] *Basil.* וארמון זרים אמר על בבל שה׳א כמו ארמון לכל ערי העמים *Et palatium alienigenarum dixit de* Babele *quæ est instar palatii omnibus gentium urbibus. Bombergiana* anni 328. pro *Babele* habent פרס *Persia*, at anni 307. cum manuscriptis על רומא *De* Roma. verba autem ista in MS. *Laud.* obliterata sunt.

C. XXVI. 5. ad כי השח יושבי מרום קריה נשגבה ישפילנה *Quia incurvabit habitatores excelsi, civitatem sublimem humiliabit*, ubi libri impressi hæc habent או אמר על קריה מיוחדת מהם והיא ישפילנה וגו׳ הכפל *aut dixit de civitate particulari eorum & ipsa* * humiliabit eam, &c. *repetiit* &c. in MSS, est והיא רומי *Et ipsa est* Roma. (quæ in *Laud.* obliterata sunt.) *humiliabit eam*, &c. *repetiit verbum significatus intendendi gratiâ.*

C. XXVII. 1. *Super* Leviathan *serpentem vectis instar, & super* Leviathan *serpentem tortuosum, & occidet cetum qui in mari est*] ad hæc in *Basil.* annotata sunt, ומה שאמר לויתן לויתן תנין שלשה רמז למלכות יון וישמעאל ומלכות הורמים

הוריים שלישי *Quod autem dixit*, Leviathanem, Leviathanem, & cetum, *ter, innuit regnum* Græcorum & Ismaelitarum, & Indorum *tertium*. Nescio an tanti fuerit observare hîc loco יון *Gracia* in *Bomberg.* anni 328. (supputationis minoris) legi פרס *Persia*, at in antiquioribus ut & in MSS. ארום *Edom*.

C. XXXIV. I. קרבו גוים *Accedite gentes &c.*] Quæ ad hæc *Kimchius*, ita exhibent *Basileensia*, פרשה זו עתידה ואחר כך זכר תשועת ישר׳ עד ויהי בארבע עשרה שנה וקרא אותה בשם בצרה כמו שהיתה בצרה עיר גדולה וכן אמר ירמיהו הנביא במגלת איכה תם עונך בת ציון לא יוסיף להגלותך פקד עונך בת ארום גלה על חטאתיך הנה כשתחרב ארץ נותי״ יצאו ישר׳ מגלות זה שלא יוסיפו עוד לגלותה ואמר בנבואה זו גוים ולאמים וכל צאצאיה כי קצף כותי״*

Sectio hæc futura est * * *& postea meminit salutis* Israelis *usque ad* Fuitque anno decimo quarto, *vocavitque ipsam nomine* Bosræ, *sicut fuit* Bosra *urbs grandis* * * * *& sic dixit* Jeremiah *Propheta in volumine* Eicah, Completa est iniquitas tua, filia *Zion*, non addet ut transmigrare faciat te: sed visitabit iniquitatem tuam filia *Edom*, discooperiet peccata tua, *Ecce quando vastabitur terra* * Cuthæorum **egredientur* Israelitæ *è captivitate istâ, nec amplius in captivitatem ituri sunt, dixit autem in Prophetia* Gentes, populi, [terra] atq; omnia ejus germina ** v. 2. כי קצף, Quia ira, &c.] mutila plane atque hiantia. In *Bombergiana* anni 307. non tam multa, nec tamen pauca desunt, locum integrum è manuscriptis sic reponimus, פרשה זו עתידה היא על חרבן רומי ואחר כן זכר תשועת ישר׳ עד ויהי בארבע עשרה שנה וקרא אותה בצרה כמו שהיתה בצרה עיר גדולה בארץ ארום ומלכות רומי רבם ארומים המחזיקים

Cap. 4. 22.

Leg. enim puto כותי

דרת הנוצרי ואפע׳ שנתערבו בהם עמים אחרים ומלך קיסר ארמי הירה וכן כל המולכים אחריו ברומי וכן אמר ירמיהו הנביא במגלת איכה תם עונך בת ציון לא יוסיף להגלותך פקד עונך בת אדום גלה על חטאתיך הנה כשתחרב ארץ אדום והיא רומי יצאו ישרא׳ מגלות זה שלא יוסיפו עוד לגלות ואמר בנבואה זו גוים ולאמים תבל וכל צאצאיה ואמר על כל הגוים כי גם מלכות ישמעא׳ תחרב בזמן ההוא ורוב הגוים בין מלכות אדום ומלכות ישמעאל כי קצף *Sectio hac de futuro est; estque de vastatione* Romæ: *deinde meminit salutis* Israelis *usque ad verba illa*, Et fuit anno decimoquarto, *appellavitque ipsam* Bosra, *cum fuerit* Bosra *vrbs magna in terra* Edom. *Regni autem* Romani *plerique* Idumæi *sunt, tenentes fidem* Nazareni, *quamvis permixtæ sint cum illis aliæ gentes, & Rex* Cæsar Idumæus *fuit, pariterque omnes qui post ipsum* Romæ *imperarunt, atque ita dixit* Jeremiah *Propheta in volumine* Eicah, Completa est iniquitas tua filia *Sion*, non addet ut transmigrare faciat te, sed visitabit iniquitatem tuam filia *Edom*, reteget peccata tua. *Ecce quando vastabitur terra* Edom, *quæ est* Roma, *egressuri sunt* Israelitæ *è captivitate ista, ita ut non amplius in captivitatem ituri sint. Dixit autem in Prophetia ista*, Gentes, Populi, Orbis & omnia ejus germina, *dixitque* super omnes gentes, *quia etiam regnum* Ismaelitarum *destruetur tempore isto: pleræque autem gentes inter regnum* Edom *& regnum* Israel *distributa sunt*. v. 2. Quoniam ira, &c.

Ibid. ad v. 7. in *Basil.* legimus וירדו עמם ימותו מלכים רבים אחרים ממלכי יון Et descendent cum illis] *Morientur Reges alii multi è Regebus*, Græciæ, at in MS. עם מלכי אדום ימותו מלכים רבים אחרים ממלכי האומות

Cum

Cum Regibus Edom , *morientur alii Reges multi è Regibus gentium.*

Ibid.v.9. in *Basil* & *Ven* recent: ונהפכו חליה לזפת] *Et convertentur torrētes ejus in picem* תרג׳ יונתן ויתהפכון נחלהא וגומר ומה שאמר *Interpretatus est* Jonathan, Et convertentur torrentes ejus &c. *& quod dixit*, in picem, &c. Quid híc est in *Targum Jonathanis*, si ita ad verbum verterit, notabile? reponendum ergo è MSS. ותרגם יונתן ויתהפכון נחלי רומי וגומר ולמד כי כל הפרשה דבר על רומי ומה שאמר לזפת *Interpretatus autem est* Jonathan, Et convertentur torrentes *Roma* &c. *docet totam sectionem locutam esse de* Roma, *& quod dixit* in picem &c. *Bomb*: anni 307. pro רומי *Roma* loco posteriore habet ארום *Edom*. obiter etiam reponenda in paraphrasi *Chaldaica* vox רומי *Roma*, quæ in edit: *Basil*. desideratur.

Ibid. v. 11 in *Basil.* & *Venet*. recentioribus, נטה עליה קו תהו ואבני בהו *Extendetis super eam lineam desolationis & lapides vacuitatis.* כי מי הא׳ יטה עליה קו תהו ואבני בהו שבונה נוטה קו ואבן העופרת שהיא המשקולת והקו והמשקלת יהיו של תהו *Deus extensurus est super ipsam lineam desolationis & lapides vacuitatis. Qui enim ædificat extendit lineam & lapidem plumbeum qui est perpendiculum.* * *Linea autem & perpendiculum erunt desolationis &c.* inter verba *perpendiculum* & *linea*, in editionibus antiquioribus habetur והא׳ יחריב עיר ארום *destruetq; Deus urbem* Edom. at in MSS. רומי *destruetque Deus* Romam.

* *Quod nomen in locum aliorum quæ Christianis minùs grata videntur, frequenter substituitur, velut* Hæreticorum vel Judæorum

Ibid. ad v. penult. in *Basil.* & *Venet.* rec. רל׳ רצונו וחפצו והוא קבצן שיבאו כולם בארץ כותי i e. *voluntas & beneplacitum ipsius, atque ipse collegit ea ut veniant omnia in terram * Cuthæorum.* at in *Bomberg.* vet. בארץ ארום *in terram* Edom, in MSS. verò בארץ ארום זו היא רומי *in terram* Edom

Edom, *quæ est* Roma. vel ut in *Laud. quæ est* ארץ רומי *terra* Romæ.

Ibid. ad v. ult. in *Basil.* & *Venet.* rec. כאלו הפיל גורל בארץ שתהיה להם ירושה *ac si projiceret sortem in terra ut sit ipsis in hæreditatem.* *Bomberg.* vet. & MSS. בארץ אדום *in terra* Edom.

C. XXXV. ad v. 1. ישׂשום מדבר וציה *Lætabuntur desertum & invia*] In *Basil* & *Bomb.* recentioribus ישישו מדבר וציה על׳ משל* * *Lætabuntur desertum & solitudo* per modum similitudinis, vel parabolæ l MS. כחורבן ארץ אדום ישישו מדבר וציה *Cum vastabitur terra Edom lætabuntur desertum & solitudo*, parabolicè dictum

Et paulo post in *Basil.* &c. ישושו בהם רשילכו לשכון בארץ כותי *Lætabuntur cum illis quando ibunt habitatum terram* Cuthæorum. at MS. בארץ אדום *terram* Edom, ac mox in *Basil.* &c. עתה בחרבן ארץ כותי תשיש ותגיל *Nunc cum vastabitur terra* Cuthæorum *lætabitur & exultabit*, at MS. &c בחרבן ארץ אדום *Cum vastabitur terra* Edom.

C. XLIX. 6. post ואמר והלכו גוים לאורך ומלכים לנוגה זרחך *Dixitque, Et ibunt gentes ad lucem tuam & Reges ad splendorem ortus tui*, quibus verbis in *Basil.* & *Venet.* (etiam optimis) clauduntur ea quibus *Kimchius* versum istum interpretatus est, sequuntur in MSS. ista, והנוצרים שמפרשים
Laud. הפסוקים | פסוקים אלו על התלוי שאומרים שהוא יהיה לאור
האלו | גוים שהאיר עיני העמים עד וקצה הארץ אמור להם * כי אם
אליהם:* | הוא אלוה אינו עבד ועוד שאמר ואלהי היה עזי * לא היה לו
מעוזי * | עז מעצמו אם כן אינו אלה ואיך האיר עיני הגוים באמונתו
* *Desunt in* | ועד קצה הארץ] * והנה אינם באמונתו רוב הגוים כי ישראל
Laud. | וישמעאלים אינם באמונתו * *Christianis*, qui interpretan-
tur

" tur textus istos de *Crucifixo*, dicentes ipsum fore in lu-
" men gentibus, quòd populorum oculos illustraverit
" usque ad finem terræ, dicas, si ipse Deus fuerit, non est
" servus; deinde cùm dixerit, *Et Deus meus robur meum*
" *fuit*, non fuit ipsi à se robur; si ita, non est Deus, &
" quomodo illustravit oculos gentium fide suâ, usque
" ad finem terræ, cùm ecce maxima gentium pars non
" amplectatur fidem ipsius? *Israelitæ* enim & *Ismaelitæ*
" non amplectuntur fidem ipsius. Quæ tamen omnia o-missis tantum vocibus [והנוצרים *& Christiani*) & התלוי *Crucifixo*] in edit. *Pisaurensi* habentur, adjectis etiam a-liisquæ nec agnoscunt quibus usi sumus Cod. MSS. viz.

ובכוה האיר עיניהם ועוד שהוא אומר שאלהיו היה עוו להצילו מיד אויביו והנה הוא לא נצל ולא נשמר מיד אויביו המבקשים את נפשו והרעו לו " Et quo illustravit
" oculos eorum? & rursum quod dicat Deum suum ro-
" bur suum fuisse ad liberandum ipsum de manu inimi-
" corum suorum, cùm ecce non liberatus sit, nec custo-
" ditus à manu inimicorum suorum qui quæsiverunt ani-
" mam ipsius & malo ipsum affecerunt.

C. LIII Ubi ad finem capitis à se explicati alterius explicationis meminit *Kimchius*, in *Basil. Bombergianis* u-trisque, & *Venetis* recentioribus hæc tantum leguntur, גם יש לפרש בעת הגאולה ויהיה פירושו כמו שפירשנו ועונתם הוא יסבל ורבותינו פרשוה על משה *&c. Licet etiam interpretari de tempore redemptionis, eritque interpretatio ipsius sicut interpretati sumus*, & iniquitates eo-rum ipse portabit. * * * *Doctores autem nostri hoc de* Mose *interpretati sunt*. Non pauca hîc censorũ obelo confossa & lectorum

lectorum oculis submota esse constat, quæ ex MSS. & editione *Pisaurensi* ita restitui possunt גם יש לפרשו בעת הגאולה ויהיה פירושו כמו שפרשנו ועונותם הוא יסבול. [והנוצרים] שמפרשים אותו על [התלוי] אמור להם איך אמר ישכיל ירום ונשא וגבה אם על הבשר לא נשא ולא גבה [אלא על העץ שתלו אותו בו] אם על האלהות מתחילה גם כן היה רם * ונשא ואמ' נגע למו והיה לו לומר (* Pis. גברה)
לו כי למו הוא כמו להם לשון רבים ואמ' יראה זרע אם על הבשר לא היה לו זרע ואם על האלהות ויפרשו זרע התלמידים זה לא נמצא כי התלמידים בנים * יקראו ולא זרע ואין לא (* Pis. נקראים בנים)
זרע ואמר יאריך ימים אם על הבשר לא האריך ימים ואם על האלהות אמ' שכבר זה יאריך ימים הלא הם ימיו מעולם ועד עולם ואמר ולפושעים יפגיע [הלא אם] * חוא (* Deest in Pis.)
אדה למי יתפלל בעבור הפושעים ורבותינו &c. " Licet " etiam interpretari hoc de tempore redemptionis, eritq; " interpretatio ipsius sicut explicavimus,] [& iniquitates " eorum ipse portabit. *Christianis* autem qui interpretan- " tur illud de crucifixo, dicas ipsis, Quomodo dixit, " *Prudenter aget, sublimis erit, exaltabitur, excelsus erit*, si de " carne (seu humanitate) dicatur, non fuit exaltatus aut " in sublime evectus nisi in ligno quo ipsum suspende- " runt; sin de divinitate tum ab initio fuit excelsus & " elatus: dixit etiam *plaga fuit Lamo* dicere debu- " isset *Lo*, nam *lamo* idem valet ac *labem* illis, ac pluralis " numeri est: dixit etiam *videbit semen*, si de humanitate " [intelligitur] non fuit ipsi semen; quod si de divini- " tate, & interpretentur semen de discipulis, non est hoc " aliàs usitatum ut discipuli appellentur filii vel semen, " neque est Deo semen. dixítque *prolongabit dies*; si de hu- " manitate

" manitate, non prolongavit dies; quod si de divinitate, " dixerit in hujus[rei]mercedē prolongaturū ipsum dies: "an non dies ipsius à seculo in seculum sunt? dixit etiam, "*Et pro prævaricatoribus oravit*; atqui si ipse Deus sit, ad quē "pro prævaricatorib⁹ preces fūderet? Doctores autē nostri &c. Hæc inquā omnia, in Bibliis *Basil.* & *Ven.* desiderantur, in MSS. deleta sunt superstitibus tamen vestigiis literarum non obscuris; in Commentariis istis *Pisauri* editis habentur iis tantum omissis quæ notis [ ] inclusa, è quibus cum aliqua in suas in hunc locum Commentarios transtulisset *Abarbinel* justam Cl. viri *Constantini L. Impereur* censurā meritus est, *Kimchio* contra ipsum in partes vocato qui tamen revera non tam *Abarbineli* quam sibi opponendus est, atque inconstantiæ (ne fraudis vel malitiæ dicam) hac in re incusandus; quod, auditis quæ in *Abarbinelem* ibi torquet Cl. vir, melius patebit. Sic igitur ille, in suis ad locum istum castigationibus. " Egregium argu- " mentum sibi nactus videtur [*Abarbinel*] v. octavo ubi "extat למו eo enim omninò confici autumat hæc ad *Jesum* " non pertinere, utpote qui unus sit, מו vero plures de- "signet. Deinde in nostros invehitur, quos ut vim argu- " menti defugiant, falsam interpretationem confinxisse " pronuntiat. Tune qui magnos in omnes fere S. S. libros " scribis Commentarios, adhuc ignoras מו etiam singu- " laris numeri esse, & quandoque *eum* denotare? An " ignorantia an malitia sit, in medio relinquo. *Davidis* " *Kimchii* qui Grammaticorum princeps habetur, senten- " tiam de isto errore sententiæq; rationes produxisse suf- " ficiet. Is Grammaticæ *Hebraicæ* fol. 266. pa. 1. edit. " *Venet.* in 8. ita inquit. וישמו בנוי היחיד הנסתר &c. occur- " rit etiam מו quod sit affixum sing. tertiæ pers. masc.

"ut *Job* 22. *Sed sibi proderit prudenter agens.* & c. 20. *Et* "*demisit in eum loco cibi ejus.* Nam ם & ו, sicuti scripsi-"mus, continet in se signum pluralis num. masc. deinde "num. sing. masc. indicium est. nam ם plur. num. masc. "tertiæ personæ nota est, & ו sing. num. masc. tertiæ perso-"næ indicat, ideoque מו de pluribus & de unico usur-"patur. Hæc ille. At si tam severè castigari meruit *Abarb.* quod quæ hic scripserit *Kimchius* non potiùs quam quæ alibi secutus est, quanto magis ipse *Kimchius* qui quæ alibi, ut verum diceret, affirmavit, hic, ne veritas obtineret, negaverit? in quo candorem ejus meritò desideramus, nec minus in eo quod asserit לא נמצא *nullibi factum reperiri*, ut discipuli appellentur filii: audiat ergò hic *Maimonidem*, cui plurimum aliàs deferre solet, & מורה צדק *doctorem justitiæ*, seu veracem insignire 'התלמידים קרויים בנים שנ ויצאו בני הנביאים *Discipuli vocantur filii*; sicut dictum est, *Et egressi sunt filii Prophetarum. Yad. Talm. Torah.* c. I. §. 2. & c. V. §. 12. ויצקיך אדם להזהר בתלמידיו ולאוהב שהם שהם הבנים המהנים לעולם הזה ולעולם הבא *Decetq; hominẽ curam gerere discipulorum suorũ, eosq; diligere, filii enim sunt illi, qui prosunt in hoc sæculo & sæculo futuro.* Idem in Com. ad *Peah* c. 1. §. 1. כבוד אבות והחכמים שהם אבות הכל *Honorandos*, inquit, *patres & sapientes qui sunt patres omnium* [communes.] ad quem ita eos insigniendi more allusisse videatur *Christus*, in illis ipsius verbis. *Mat.* XXIII. 9. *Et patrem vestrum neminem vocetis in terra.* * Ex his facilè patet quam inimicum sit, tam memoriæ quam judicio, partium studium; nos verò nec contra rei veritatem nec contra Doctiorum apud *Judæos* vel mentem vel morem facere, cum & למו [ei] non [iis] interpretemur,

* Sic Apostolus, Ego genui vos, &c.

semen

ſemen de diſcipulis, ſeu doctrinæ ſemine prognatis filiis, intelligamus.

C. LVII. ac v. *6.* In MSS. eraſa ſunt aliqua quæ eadem videntur fuiſſe quæ in multis horum Commentariorum editionibus, (*viz, Piſaur. Bomberg.* anni 307. & *Baſil.*) habentur, ſcil. זקף לבנה והשתחוה לה *Erexit laterem, eique ſe incurvavit,* quæ tamen in *Bomberg.* anni 328. & *Venet.* recentioribus deſiderantur.

Cap. LXIII. ad verſ 1. in *Baſil.* hæc leguntur, נבואה זו על העתיד כמו שפירשנו בפרשת קרבו גוים *Prophetia iſta eſt de * futuro quemadmodum explicavimus in ſectione.* Accedite gentes, &c. *Bomb.* anni 307. על חורבן ארום העתיד *de vaſtatione* Edom *futura,* in cæteris cum *Baſil.* convenit, è *Piſaur.* & MSS. repono נבואה זו על חורבן רומי העתיד כי מלכות רומי נקראת אל שם ארום כמו שפרשנו *Prophetia iſta eſt de vaſtatione* Romæ *futura; nam regnum* Romæ *appellatur nomine* Edom *ſicut explicavimus, &c.* dein paulo poſt, in *Baſil.* כלומר רב כח להושיע ישרא כמו שפרשנו. *ac ſi dicas, Multi roboris ad ſalvandum* Iſraelem, ** *ſicut explicavimus &c.* at in MSS. & *Piſ.* כלומר רב כח להושיע את ישרא כי בחורבן רומי תהיה תשועת ישרא כמו שפרשנו q.d. *multi roboris ad ſalvandum* Iſraelem, *quoniam in vaſtatione* Romæ *erit ſalus* Iſraelis, *quemadmodum explicavimus.* hic loco דומי *Romæ* in *Bomb.* anni 307 eſt ארום *Edom.* deinde paucis interpoſitis in *Baſil.* מבצרה בצרה היתה עיר גדולה לארם הדור בלבושו &c. *A Boſrah*] Boſrah *fuit urbs magna* Edomo, *Decora in veſte ſua,* at in MSS. בצרה היתה עיר גדולה לארום לפיכך היה * רומי בשם בצרה

Scil. c. 34. 1.

* Laud. היתה בצרה. Piſaur. appellavit.

 Boſrah

Bosrah *fuit urbs magna* Edomo, *ideo appellata est* Roma, *nomine* Bosrah, *Decorus, &c.*

Cap. LXVI. ad v. 17. in *Basil* המתקדשים רוב המפרשים פירשו על מה שקוראים בלעז' כנטונר' Qui sanctificant se] *Plerique Interpretes interpretantur hoc de * * eo quod linguâ vernaculâ appellant* Santogro: *Bomberg.* anni 307. רוב המפרשים פירשו או שהם מתקדשים בידיהם בשתי וערב וזה קוראים בזה הלשון בלועז סנתוגר' *Plerique interpretum interpretantur, de illis qui sanctificant se manibus suis signo crucis quod vocant hâc linguâ **, at vernaculâ* Santogro. *Bomb.* anni 328. *interpretantur de illis* שהם מתקדשים במעשיהם רעים *qui se sanctificant factis suis malis, atque hoc vocant hâc linguâ, ** at linguâ vernaculâ* Santogro. in Manuscriptis ita scriptum fuit. רוב המפרשים פרשו או הנוצרים שהם מתקדשים בידיהם בשתי וערב שעושין והם קוראים כימון פסול וזה בזה הלשון בלע' שנתוגר [שנתוגראש [Laud, ut videtur *Plerique interpretum, interpretantur, istos esse* Christianos *qui sanctificant se manibus suis signo crucis, quod faciunt, atque ipsi signum hoc quod hâc linguâ signum* profanum [audit] *vernaculâ vocant* * Santogrosh, i. *Sanctam crucem.*

Paulò post in *Basil.* וכן המטהרים והם הפרסיים שהם מטהרים גופותם ורוחצים עצמם תמיד והם טמאים במעשיהם הרעים ומטונפים והנה הם מראים עצמם טהורים ואינם *Et sic qui se mundos putant, suntque illi* Persæ *qui mundant corpora sua, seque continuè lavant cum polluti sint factis suis malis atque inquinati, & ecce se pro mundis ostentant cum non sint.* Hic in *Pis. Bomb.* vet. & Manuscriptis pro *Persæ* legitur הישמעאלים *Ismaelitæ, Mohammedani,*

scil.

ſcil. Dein interjectis haud ita multis in *Baſil.* והנה אין עתה עובדי אשרה אולי יש בקצת הארץ אוכלי בשר החזיר והשקץ והעכבר אלו האומות שהם אוכלים השקץ והעכבר *Et ecce non ſunt nunc temporis colentes lucum,* [at] *forſan ſunt in terris longinquis.* Edentes carnem porcinam * * * *& abominationem & murem; iſta ſunt gentes quæ commedunt abominationem & murem.* At e MSS. ſic lectum olim patet, אוכלי בשר החזיר אלו הנצרים כי הישמעאלים אינם אוכלים החזיר השקץ והעכבר אלו הישמעאלים שהם יוכלים השקץ והעכבר Edentes carnem porcinam: *Iſti ſunt* Chriſtiani, *nam* Iſmaelitæ *non comedunt porcum.* Abominationem & murem. *Illi ſunt* Iſmaelitæ, *qui comedunt abominationem & murem.* Eodem modo legit editio *Bomb.* anni 307. In *Piſaur.* deeſt vox הנוצרים Pergit deinde in *Baſil.* יחדיו יסופו במלחמת גוג ומגוג המלכיות אלה הגוברות בעולם הזה *Simul * conſumentur in bello* Gog *&* Magog, *regna iſta quæ pravalent in hoc mundo.* MSS. יחדיו הנוצרים והישמעאלים יסיפו אז במלחמת גוג ומגוג כי שני מלכיות אלו גוברות בעולם בזמן הזה *Simul* Chriſtiani *&* Iſmaelitæ *conſumentur tunc in bello* Gog *&* Magog. *Nam duo iſta regna nunc temporis in mundo pravalent:* In *Piſ.* etiam & *Bomb.* deeſt vox הנוצרים *Chriſtiani.*

Jer. XXXI. ad v. 31. annotata ita in Bibliis *Baſil.* cæteriſque horum commentariorum editionibus quas videre contigit, ברית חדשה׳ חדושה הוא שתהיה קיימת לא תופר כמו שהופרה הברית שכרת י״י עם בני ישראל בהר סיני בזה ואומר כי הנביא נבא על תורה חדשה שעתידה להיות לא כתורה חדשה שנתנה בהר סיני כמו שאמר לא כברית אשר כרתי את אבותם והיא התורה חדשה שחדש להם בתשובתם הרי אמרו פי׳ מה היא לא כברית אשר כרתי

כרתי את אבתם " Fœdus novum.] Novitas ejus eſt
" quod futurum ſit firmum, nec irritum fiet ſicut irritum
" factum eſt fœdus quod pepigit Dominus cum filiis
" *Iſrael* in monte *Sinai*, ** in hoc & dicit Prophetam vatici-
" natũ eſſe de lege novâ quæ futura eſt, non ſicut lex nova
" quam dedit in monte *Sinai* ſicut dixit, *Non ſicut fœdus*
" *quod pepigi cum patribus ipſorum*, eſſéque ipſam legem
" novam quam innovavit, [ſeu de novo dedit] ipſis * *.
" reſponſio ad ipſos eſt, Ecce dixit, explicans quid velit,
" *Non ſicut fœdus quod pepigi cum patribus ipſorum*, *&c.*
Mutilata eſſe hæc facilè percipiet lector. quæ è MSS.
reſtituta ſic ſe habebunt. חרושה הוא שתהיה קיימת
לא תופר כמו שהופרה הברית שכרה " עם בני ישראל
בהר סיני והערלים שטועים בזה ואומרים כי הנביא נבא
על תורה חרשה שעתידה להיות לא כתורה שנתנה
בהר סיני כמו שאמר לא כברית אשר כרתי עם אבותם
והיא תורה חרשה שחרש להם ישו הנוצרי תשובתם
&c. " Novitas ejus eſt quod manſurum ſit firmum,
" nec irritum fiet, quemadmodum irritum factum eſt
" fœdus quod pepigit Dominus cum filiis *Iſrael* in monte
" *Sinai*; Quod ad præputiatos qui errant in hoc, dicuntque
" Prophetam vaticinatum eſſe de lege nova quæ futura
" eſt, non ſicut lex quæ data eſt in monte *Sina*, ſicut dixit,
" *Non ſicut fœdus quod pepigi cum patribus ipſorum.* eſſeque
" ipſam legem novam quam de novo dedit ipſis *Jeſus Na-*
" *zarenus*. Reſponſio ad ipſos eſt &c. Obiter notetur, ut
alia in libris impreſſis omiſſa ſunt, ita irrepſiſſe videri vo-
cem חרשה *Nova*. ubi legitur, *non ſicut lex nova quam*
dedit in monte Sinai. In *Pſ.* in locis quibus aſteriſcos ap-
poſuimus, relictum eſt ſpatium quod defectum indicet.

Joel

Jòel cap. ult. ad v. 19. in MS, meo eraſum eſt ſæpiùs vox רומי *Roma &c.* quæ tamen in omnibus impreſſis habetur. at ubi in MS. ſcriptum eſt כי מלכות רומי רובם ארומיים המחזיקים בדת······ ואעפ שנתערבו *quia regni* Romæ *plerique* Idumæi *ſunt retinentes fidem* * * * [eraſo verbo quod fuiſſe videtur הנוצרי" *Chriſtiani*] *quamvis permixta ſint cum iis alia gentes.* in edit. *Baſil* & *Bomb.* deſunt verba illa המחזיקי בדת······ *retinentes fidem &c.* in *Piſ.* deſideratur tantum vox illa quæ obliterata eſt, quam ut diximus fuiſſe liquet הנוצרי" *Chriſtiani.*

Obad. v. 1. ubi in *Baſil.* legimus ומה שאמרו הנביאים בחרבן ארום באחרית הימים אמרו כמו שפירשתי בישעיה בפרשת קרבו גוים לשמיע וכן אמ' ירמיהו &c. *Quod autem dixerunt Propheta de vaſtatione* Edom *ultimis temporibus* * * *dixerunt ſicut explicavimus ad* Iſaiam *in ſect.* Accedite gentes ad audiendum * * * *atque ita dixit* Jeremiah *&c.* Omiſſa ſunt aliqua, quæ ſi è MS. & edit. *Piſ.* & *Bomb.* anni 307. repoſuerimus, ita ſe habebit ſententia, *Quod autem dixerunt Propheta de vaſtatione* Edom *ultimis temporibus,* על רומי *de* Roma *dixerunt, ſicut explicavimus ad* Iſaiam *in ſect.* Accedite gentes ad audiendum, כי כשתחרב רומי תהיה גאלת ישראל *Nam cum vaſtabitur* Roma *erit redemptio* Iſraelis, *atque ita dixit* Jeremiah.

Ibid. ad v. 10. in *Baſil*, ביום ששבו זרים נכסיו וקנינו *Die quo abduxerunt alienigena* * * * *opes ipſius & facultates ipſius.* at in MS. uti & *Piſ.* & *Bomb.* prædict. *Die quo abduxerunt alienigena* [והם הרומיים] *qui ſunt* Romani, *opes ipſius, &c.* ac non ita multo poſt גם אתה כאחר מהם הארומיים שבאו עם הכותים *Etiam tu ſicut unus ex illis*] ſc. Idumæis *qui venerunt cum* Cuthæis: at in *Piſ.* & *Bomb.*

vet.

ver. עם הרומייה *Cum* Romanis. in MS. pro עם eſt על ut ſit על הרומיים, ſcil. additi *Romanis.*

Ibid. non longè à fine in *Baſil.* הוא גלות טיטוס שהגלה בארצות והם העמים ארצות אלמניא *Eſt iſta captivitas quam abduxit* Titus *in terras* * * *ſuntque populi terrarum* Alimaniæ, *&* Askaloniæ &c. at in *Piſaur.* & *Bomberg.* ſæpius laudatis, ut & in MS. הגלות הזה הוא גלות טיטוס שהגלם בארצות מלכות רומי והם ארצות אלמנייא *Captivitas iſta eſt captivitas* Titi *qui captivos abduxit eos in terras ditionis* Romanæ, *ſuntque ipſæ terræ* Alamaniæ Askalonæ &c. & paucis interjectis in *Baſil.* ואחרים גלו לשאר ארצות שהיו גרשותם *atque alii migrarunt in cæteras terras quæ fuerunt in poteſtate* * *ipſorum.* at MS. *Piſ.* & *Bomb.* anni 307. שהיו גרשות רומי *quæ in poteſtate* Romanorum *erant*, ubi & רומי in MS. eraſum. ac paulo poſt in *Baſil.* ויונתן תרגם ויסקון משזבין מטורא רציון למידן ית כרכא רבא דעשו Jonathan *autem interpretatus eſt. Et aſcendent prædatores à monte Sion ad judicandum urbem magnam* Eſau. in MS. & *Bomb.* prædict. כרכא רבא דעשו והוא כרך שלרומי *Urbem magnam* Eſaui; *Eſtque ea urbs* Romæ. in *Piſ.* deeſt vox רומי *Roma*, ſed relicto ſpatio.

Micah V. ad v 2. in *Baſil. Piſ.* & *Bomberg.* כי ישזמן רב בין דוד ובין מלך המשיח וזהו אל שהוא מימי קדם מימי עולם יש עליהם תשובה כי הוא לא משל בישראל אבל הם משלו בו ומרה שאמר &c. *Quoniam eſt intervallum temporis longum inter* Davidē, *& regem* Meſſiam* * *atque hic Deus*

Deus quoniam ipse est à diebus antiquis à diebus seculi: Est ad ipsos responsio, ipsum non dominatum fuisse Israeli, *verùm illos ipsi dominatos, quod autem dixit &c.* mutila hæc & hiantia, quæ si integra velis è MS. sic restituentur כי זמן רב בין דוד ובין המשיח והתועים שאומרים פסוק זה על ישו ואומרים כי נולד בבית לחם וזהו שהוא מקדם מימי עולם יש עליהם תשובה כי ישו לא משל בישראל אבל הם משלו בו ותלוהו ומה שאומרים *Quoniam est intervallum temporis longum inter* Davidem *&* Messiam. *Quod ad* Errantes *verò qui dicunt textum hunc de* Jesu *loqui, & asserunt ipsum* Bethlehemi *natum esse, esséque eundem Deum qui ab antiquo fuit, à diebus sæculi: est quod illis respondeamus,* Jesum *non Dominatum esse in* Israelem, *verum ipsos illi Dominatos esse atque ipsum crucifixisse. quod autem dicunt &c.*

Zachariæ I. ad v. 19. in *Basil.* ארבע קרנות הם ארבע מלכיות והם מלכות בבל ומלכות פרס ומלכות יון *Quatuor cornua, sunt ista quatuor regna, quæ sunt regnum* Babelis, *regnum* Persiæ, *& regnum* Græciæ * * omisso quarti nomine quod MS. edit. *Pis.* & *Bomberg.* anni 307. est מלכות רומי *Regnum* Romanum. in iisdem secundum appellatur מדי ופרס *Medorum & Persarum*, vel ut in impressis mutato ordine, *Persarum & Medorum.*

Ibid. ad v. 20. in *Basil.* כי מלכות בבל נפלה ביד פרס ומלכות פרס נפלה ביד יון או יהיה החרשים משל &c. *Quoniam regnum* Babelis *cecidit manu* Persæ *& regnum* Persiæ *cecidit manu* Græcorum. * * * *aut erunt Fabri parabola &c.* At in MS. *Quoniam regnum* Babelis *cecidit manu* Persæ *& regnum* Persiæ *cecidit manu* Græcorum ויון ביד רומי ורומי תפול ביד ישראל או יהיה משל חרשים *Et* Græcia *cecidit manu* Romanorum, *&* Roma *cadet manu* Israelis, &c. quo modo & in *Bomb.* vet. legitur: at in *Pis.*

 deest

deeſt vox ורומי & Roma, quæ in MS. obliterata.

Cap. VI. ad v. 3. bis eraſa eſt in Cod. MS. vox רומי *Roma*, quæ tamen in impreſſis omnibus habetur, obiter hic nota, ubi in *Baſil*, legitur באמונות רבות *ſententiis multis* in MS. eſſe באמונות רעות *ſententiis malis*. deinde ad v. 6. ubi in impreſſis habetur ולוליאנוס קיסר & *Lulianus Cæſar* in MS. legi ויוליוס קיסר *Julius Cæſar*.

C. XIII. ad v. 13. הך את הרועה *Percute paſtorem*. in Baſil שר הרשע *Principem nequam* pro quo *Piſ.* & *Bomb.* anni 307. habent מלכות הרשעה *Regnum ſceleratum* MS. ....מלך deletâ voce ſequente, quā ſi in literarum veſtigia inquirens, vel Cod. MS. *Rabbi Salomonis Jarchi*, ex quo hæc diſumpta ſunt conſulto, reponas, legendum erit מלך רומי הרשעה *Regem* Romæ *ſcelerata*. pro quibus in *Baſil. R. Salomonis* ſcholia habent את מלך מואב הרשעה *Regem* Moab *ſcelerati*.

Malachi: IV. ad v. 4. in impreſſis legimus, לא כדברי האומרים כי לזמן נתנה כמשמעה ובא המפרש ופירשה רוחנית וזה הפסוק תשובה להם *Non ſecundùm verba dicentium quòd ad tempus data fuerit, ſecundùm ſenſum literalem, veneritque interpres ac interpretatus fuerit ipſam ſpiritualiter: hic autem textus reſponſum ad ipſos eſt*. quæ in MS. eraſis aliquibus ita ſe habent לא כדברי ...... שאו' כי לזמן נתנה כמשמעה ובא ...... ופירשה רוחנית priori loco duo vel tria deſiderari verba indicat ſpatium quæ *Chriſtianos* infami aliquo Epitheto notatos indicâſſe nullus dubites, poſteriori autem nomen ישו *Jeſu* ſcriptum fuiſſe, ut ſenſus ſit, *non ſecundū verba* Chriſtianorū *qui dicunt hæc ad tempus data prout ſonant, venientem autem* Jeſum, *ea ſpiritualiter interpretatum eſſe*. Hæc una cum cæteris quorum memi-

meminimus, cujus operâ erasa sint (in altero scil. Codd: MSS. qui in pergamena scriptus est, ac *Kimchii* Cōmentarios in omnes quos laudavimus prophetas exhibet; cum *Laudianus*, *Isaiam* tantum & *Jeremiam* contineat) ne nesciamus, facit Censoris nomen subscriptum, his verbis *Revieus per me Laurentium Franguellum* 1525. (si figurarum notas rectè capiam.)

E[...] autem in medium prolatis, facilè judicabit lector quid in aliis tam ejusdem authoris quam reliquorum *Rabbinorum* scriptis factum sit, ac cujusmodi fuerunt, quæ Inquisitorum obelo jugulata sunt; eáque prout occurrerint codices vel manuscripti, vel impressi, manus adeo severas non experti, si operæ pretium videbitur, restituet: nec mirabitur interim, si, dum diversa ejusdem authoris exemplaria pervolvet, in aliis מינים *minim* seu *hæreticos*, in aliis גוים, *gentes*, in aliis כותיים *Cuthæos*, &c. scriptum reperiet, hæc enim omnia, cum id genus aliis, idem apud ipsos significant, *Christianos* sc. nisi quod quo censoribus magis obnoxii fuerint cautius agāt atq; illud qd *Christianis* minus notum aut suspectum putant, exhibeāt. Nobis ad aliorum scripta divertere, aut extra limites quos mihi initio statui longius evagari in præsentiarum animus non est: Liceat tamen innuere, in c. undecimo tract. ultimi libri *Yad*, quod unà cum sequenti, eo nomine *Latinè* à se versū, seorsim edi curavit *Genebrardus*, ut enarrante *Maimonide* sciant *Christiani* quid de *Christo* scriberent *Judæi*, & ex quo eundem in finem non pauca attulit *Cochius* in notis suis ad excerpta *Gemaræ Sanhedrim*, p. 354. & sequentibus, in libris impressis deesse ea quæ ad rem istam maximè faciant, nomen scil. *Christi* disertè expressum. Ad locum enim qui vertente *Genebrardo* sic se habet. *De illo autem qui Christus existimatur, atque occisus est in Hierosolymitana*

lytana curia jam prædictum eſt in Daniele: Vel Cochio, *Etiam de illo qui ſe putavit fore* Chriſtum &c. cum in libris impreſſis Hebraicè ſit אף אותו שרמה שיהיה משיח in margine annotare cogitur *Genebrardus, Chriſtum noſtrum intelligit*; ut & ad illa commatis ſequentis וכל הדברים האלו ושל זה שעמד אחריו אינו אלא לישר דרך למלך המשיח ולתקן העולם כולו לעבור את ה׳ ביחד quæ verte[illegible]pſo ſonant, *Præterea hujuſmodi omnia, itemque ejus q*[illegible]*itit poſt eum, non pertinent niſi ad parandum viam Regi* Chriſto, *& ad diſponendum univerſum mundum ut pariter Deum colant*, hæc annotat, Maometem *Pſeudoprophetam intelligit*: ut & *Cochius, nimirum tota ea res, atque adeo inſtitutum illius, qui poſt illum ſurrexit* (Mohammedem *intelligo*) *aliò non ſpectat &c.* quæ ſi *Maimonidis* ipſius verba legiſſent, haud opus habuiſſent tanquam ex conjectura proferre, ſic enim ille, teſtibus tum Cod. MS. *Hebraico* tum verſione *Arabica* etiam MS. ne quos indigitaret dubitaretur, ſcripſit, אף ישוע הנוצרי שדמה שיהיה משיח *Etiam* Jeſus Nazarenus *qui viſus eſt* Meſſias *eſſe &c.* dein loco poſteriori וכל הדברים אלו של ישוע הנוצרי ושל זה הישמעאלי שעמד אחריו *Omnes igitur res iſtæ ad* Jeſum Nazarenum *ſpectantes*; *nec non ad* Iſmaelitam *iſtum qui poſt ipſum ſurrexit &c. alio non ſpectant* &c. Sed hæc hactenus. Quibus corollarii vice monitum addere liceat, forſan non intempeſtivum, viz. ne ſi locum Scripturæ aliquem ex iis quæ ad fidem in *Chriſtum* confirmandam adduci ſoleant, aliter exponant ſæculorum citeriorum *Judæi*, ideo ipſum ſtatim tanquam minus huic rei idoneum miſſum faciamus; cum quibus artibus ea omnia nobis eripere conentur illi viderimus. Monuerunt viri nominis, merito ſuo, magni, ne contra religionis

ואיצא ישוע אלנצרי קדר וחסב אנה יכון משיח

ונמיע הדה אלאמור אלתי לישוע אלנצרי ואלדי להדא אלאסמעאלי אלדי קאם &c.

ligionis *Chriſtianæ* hoſtes urgeantur quæ ab ipſis facilè contemni poſſint teſtimonia. Quibus equidem aſſentior. eatenus tamen ut de iſtiuſmodi locis quæ parum re verâ in ſe ponderis habent, non de iis quorum illi quod vim metuunt ideo contemnere ſe ſimulant, intelligatur. Vereor enim ne nimis aliquando faciles hac in parte fuerint noſtri, eaque illis indulſerint quæ nec ipſi ſibi vindicare nec eludere poterant. Exemplum (ni fallor) ne gratis hoc dixiſſe videamur, luculentum præbebit locus iſte qui *Jer.* xxxi. v. 22. occurrit, כי ברא יהוה חדשה בארץ נקבה תסבב גבר *Quia creavit Dominus novum in terra, fœmina circumdabit virum*. Quæ verba explicans ſummus vir *Johannes Calvinus*, Merito rideri ait à *Judæis* eorum ſententiam qui hæc de *Maria* virgine, quæ in utero ſuo *Chriſtum* geſtaverit, interpretantur, quod tamen *Chriſtianos* fere uno conſenſu feciſſe dicit. Haud certe mirum eſt à *Iudæis* explodi quamlibet quæ ad *Chriſtianorum* fidem ſtabiliendam faciat interpretationem. At merito hanc ab ipſis riſu excipi non adeo conſtat. Mihi equidem omnium quæ adducuntur optima videtur, cum reliquæ planè frigidæ ſunt quas afferunt ſive *Chriſtiani* ſive *Iudæi*, adeo ut ſi hæc vera non ſit, nondum quis rectum verborum ſenſum aſſecutus videatur. Si dicant mulierem virum ambituram ſeu amplexaturam cum vir alias mulierem ambire ſoleat, quæ *Kimchii* ſententia eſt, quid adeo in hoc mirum ut ideo *novum creaſſe* dicatur Dominus in terra? annon hoc inter *Iudæos* lege יבום ſeu *Leviratiomis* (ut loquuntur) & fieri debuit & ſæpius factum eſt? ſic pia mulier *Ruth* *Boazum* ambivit. Imò & ut mulier quæ à marito ſuo alienata aliis ſe adjunxerat, ad ipſum, facti ſui pœnitentiâ ducta, redire cupiat, non adeo inter homines inauditum

videtur ut novæ creationis opus dici mereatur. His addendum, nullum parilis ejuſdem verbi סבב uſus * exemplum à doctiſſimo iſto Grammatico, cauſæque ſuæ minimè negligente, proferri quo hæc ipſius interpretatio confirmetur. In ſuis ad locum iſtum commentariis rem ſic explicat, ומה היא החדשה כי נקבה תסובב גבר שדרך עולם שהאיש מחזיר ומסובב אחר האשה וכן אמרו רבותינו ז״ל בעל אבדה מחזר על אבדתו ואז הנקבה תסובב אחר אישה כלומר שישובו בני ישראל אל ה׳ אלהיהם ויגאלם *Et quid eſt novum iſtud? quòd fœmina* teſobeb gaber. *Mos enim mundi eſt ut vir revertatur & circumeat poſt mulierem, atque ita dixerunt Doctores noſtri f. m. Qui aliquid amiſit, redit ad illud* [ſeu quærit illud] *quod amiſit, at tunc fœmina redibit ad* [ſeu convertetur poſt] *virum ſuum; q. d. reverſuros* Iſraelitas *ad Dominum Deum ſuum, ipſumque eos liberaturum,* Si in textu haberetur אחר *poſt,* quod ille verbo תסובב ſubjunxit, ut ipſius conſtructioni inſerviat, de ipſius interpretatione minimè dubitaremus; at cum nihil tale ibi reperiatur, ſubeſſe aliquid quod ipſum cum aliis ad inſolitam ac aliàs inauditam ejuſdē, redeundi intellectu accepti, conſtructionem hoc loco confugere faciat, non poſſumus non ſuſpicari. Si cum aliis vertamus, *Fœmina convertetur in virum*, ut è veteribus nonnulli, eoſque ſecuti *Ebn Jannahi*, & *R. Tanchum* qui תסובב hic פעל ראתי ניר מתעד *verbum intranſitivum* eſſe volunt, (quamvis forſan & ſine exemplo) idemque valere ac תסתחיל ותנקלב דכרא *mutabitur ac convertetur in virum:* ſi hoc ſecundùm verborum ſonum intelligatur, concedendum eſt eſſe תלך האל גרירה עגיבה *illud rem novam & plane miram;* at qualem vel promiſſam vel præſtitam haud

Illud enim quod adducit Rashi parum ad rem eſſe videtur, probatq; ſolum verbum, circumeundi notionem habere.

haud auſit quis affirmare. ſin ut illi volunt, ita ut ſit מתל לעז אלמלה בער דלהא ואנכסארהא *parabola qua exprimatur gentis* Iſraeliticæ *potentia poſtquam humiliata ac animo fracta fuerat* (ad quam etiam ſententiam prope accedit *Calvinus* niſi quod verbo tranſitive ſumpto obſidendi ſignificatum tribuit),non adeo hoc mirum aut ſub veteri creatione infrequens, ut vel fœminæ animos geſſerint viriles; cum tales repertæ ſæpiùs fuerint heroinæ de quibus affirmari poterit quod cecinit poëta,

מתל צרבה לאעתז אז לאמה בער דלהא Ebn Jan.

فلو كان النساء كمثل هذه لفضلت النساء على الرجال

Si eſſent fæminæ inſtar hujus, certe præſtantiores eſſent fæminæ viris.

vel ii qui prius imbelles fuerint, & fœminarum quam virorum ſimiliores, animos demum viriles reſumpſerint, iiſque quibus contemptui fuerant, ſuperiores evaſerint. Cum ergò hic expectandum ſit aliquid dignum præfatione iſta, qua ſe novum quid in terra creaturum dicit Dominus nec tale aliquid nobis exhibeant quas vidimus ſententiæ, quid ni illam in quam *Chriſtianorum* tam veterum quam recentiorum plerique eunt, de miraculoſa *Chriſti* in utero virginis conceptione amplectamur. Nihil eſt præter inſolitam miraculi naturam nobis objiciunt *Judæi*;(at nihil hic ſolitũ expectare jubemur)nihil qd rideant cum maxime uſitatum,& genuinum verbi intellectum ſequamur.ait enim *Kimchius* in *Radicibus*,de diverſis thematis סבב ſignificatibus verba faciens ענין כולם וכל אשר הם מזה השרש ענין סובב והקפת הדבר *Iſtorum omnium atque omnium ab iſta radice oriundarum intellectus eſt circuitio & circundatio rei*, ideoque *R. Judam*,*contra R. Jonam*,(ut *Ebn Jannahium* appellat) tuetur, qd hunc ſolum thematis iſtius ſignificatum

Vos etiam juvenes animum geritis muliebrem, Illa virago viri. Cic. de Off. l. 1.

significatum statuerit; cum reliqui omnes ad eum necessario reducendi sint, scil. ad הסיבוב והקפה *circuitionem & circumdationem*. hunc ergò nobis amplecti liceat, ridentibus licet vel ringentibus adversariis, ut ita verba hæc *à fœmina circumdatum*, non ordinaria naturæ, sed novæ cujusdam creationis lege, virum nobis describentia, ad *Christum* à *Maria* virgine in utero gestatum manu ducant. Si nomini etiam גבר quod non masculum simpliciter, sed *Virum* & viribus pollentem denotat, eximiam quandam Emphasin tribuamus, quâ *Christi* qui & adhuc in utero inclusus divina fortitudine plenus fuit, excellentiam innuat, nec est cur hoc rideant *Judæi*, cum ipsorum majores teste *Abarbinele* per גבר hic הגבור האמתי *vere potentem*, Deum scil. ipsum intellexerint: Quod si *Galatino* fides adhibenda, & inter ipsos olim fuerunt, qui disertis verbis hunc Virum, non alium esse quam Regem *Messiam* asseruerint: Quorum tamen testimonio minime nobis opus est, cum res ipsa clamet, nec verba nisi ad sensus minus proprios, & constructionem duriorem coacta, alii cuipiam aptari possint, cum in ipso adeo omnia suaviter conspirent, ut non immerito Magnus vir *Thomas Jacksonius*, *Collegii Corporis Christi* apud *Oxonienses* quondam Præses, dormitare ac somniare sibi videri pronuntiaverit, qui tantum mysterium dum hæc verba explicant intactum prætererint. Hoc interim exemplo monuisse sufficiat, ut sacræ Scr. oracula & mysteria non ad *Judæorum* arbitrium, sed veritatis normâ expendamus. Ponderentur quæ proferuntur ad veritatẽ *Christi* confirmandam testimonia, ne quid momenti levioris inter ea colloœtur quæ pondus suũ habent, ne, quod adversarii ea se contemnere simulẽt, ultro dedantur. Æquè culpandus est miles qui vel gladio plumbeo hostem aggreditur, vel acutum nactus, eum sibi manibus risu alterius excuti patiatur.

In Concione ad verba.

Nota

Nota.

Postquam hæc prelo subjecta sunt, incidit mihi in manus doctissimi viri *Antonii Hulsii* Theologia *Judaica*, in qua idem de loco isto *Jeremiæ* (versu scil. 22. capitis XXXI.) nobiscum sentit. quibus tum falsas *Judaeorum* glossas diluat, tum sententiam suam tueatur, argumentis, apud ipsum videat, cui libet, p. 300. &c.





CAPVT IX.

Eruuntur e Iudæorum *traditionibus nonnulla quæ ad vv. 3. & 4. cap: VII. Evangelii ſecundum* Marcum, *ubi de ipſorum lotionibus ante cibum & à foro &c. mentio fit, intellectum faciant, nec non ad voti* Corban *cujus v. 11. meminit, explicationem.*

DUM in iis quæ ſuis in *Seder Taharoth* Commentariis præmiſit *Maimonides*, vertendis occupatus eſſem, ea mihi ſæpiſſime occurriſſe fateor, quæ & ſtomacho indignanti nauſeam moverent, & manui feſſæ calamum ferè excuterent. at cum à celebri iſto Doctore tantopere eadem prædicari, ſuiſque tanquam omnium ſcitu maxime & neceſſaria & utilia ingeri animadverterem, quaſi in ipſis totius religionis Judaicæ medulla conſiſteret, viſum eſt mihi ea noſtris etiam quâ potui fide communicare, quibus cognoſcere qd illi ſibi tam neceſſarium putant, vel eo nomine nec ingratū forſan erit, nec, ſi quid ego cenſeam, inutile. Vtilitates enim ex iis quæ de munditiæ & immunditiæ rationibus tradunt *Judæi*, ſi non alias, has ſaltem percepturi ſumus, quod & meritò ipſis à *Chriſto* vitio verti probent quòd gravioribus legis præceptis neglectui habitis ad minutias neſcio quas diverterint, additaſque à ſe doctrinas, Dei mandatis, paleum tritico, corticem medullæ prætulerint, & ad ea quæ iſtiuſmodi ipſorum ματαιουργίας exempla affert Evangelium, intelligenda faciant:

faciant. quod ut aliquatenus comprobatum demus, iis quæ *Marci 7. Seniorum traditiones* vocantur, plus æquo tenaces reprehenduntur, ex eorum disciplina lucem aliquam afferre conabimur. Capitis illius versibus 3 & 4 hæc legimus, Οἱ γὰρ Φαρισαῖοι καὶ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας οὐκ ἐσθίουσι κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων, Καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς ἐὰν μὴ βαπτίσωνται οὐκ ἐσθίουσι καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν ἃ παρέλαβον κρατεῖν βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν καὶ χαλκίων καὶ κλινῶν. Non est mihi animus aliis immorari, sed ea tantum quæ ad traditionum intellectum conferant proferre. Liceat tamen de illis qui superstitiosæ nimis hujusmodi traditionum observantiæ præcipuè arguuntur, pauca dicere ab instituto non aliena: de *Pharisæis* nimirum, qui quod à separatione nomen sortiti sunt, vel ob frequentes istas ablutiones quibus sibi tam à rerum quam hominum pollutione cavebant, ac se ab aliis quos pro profanis ac pollutis habuere, distinguebant, meriti videantur. hinc nota illa *Pharisæi* apud authorem libri *Aruc*, descriptio הוא שפירש עצמו מכל טומאה ומן
מאכל טמא ועם הארץ שאינו מדקדק במאכל *esse* scil. *qui se separet ab omni immunditie, à cibo polluto, & à populo terræ* [vulgo] *qui non adeo accuratam in cibo sumendo diligentiam adhibet.* scil. quod forsan aliquando κοιναῖς χερσὶ (ut de *Christi* discipulis hic queruntur) cibum sumerent, vel aliquo alio modo negligentiores se præberent. eodē ferè modo & *Rambam* ad *Chagigah.c.2.§7.* פירושים הם
אוכלי חולין בטהרה ונזהרים מן הטומאות כלן תמיד
וכמו כן שומרין מאכליהן ומשתיהן כדי שיהיו טהורין *Pharisæi sunt qui cum munditie comedunt profana* [cibum communem] *& continue cavent ab omnibus immunditiei generibus, eodemque modo cibo & potui suo cavent, ut mundi sint.* Idem

Pharisæi sunt qui se ab immunditiis separant, & à rebus mundanis subtrahunt, hominū consortium pollutionis metu vitantes. R. Tanchum.

l. *Yad tr. Tumath ocelim*, c. ult. § ult. אףעל פי שמותר לאכול אוכלין טמאין ולשתות משקין טמאים חסידים הראשונים היו אוכלין חוליהן בטהרה ונזהרין מןהטומאות כולן כל ימיהם והן הנקראים פרושים ׃דבר זה קדושה יתירה היא ודרך חסידות שיהיה נבדל אדם ופורש משאר העם ולא יגע בהם ולא יאכל וישתה עמהם *Quamvis vesci liceat cibis immundis, & liquores immundos bibere, sancti tamen priores solebant edere profana sua* [cibum suum communem] *cum munditie, & ab omnibus immunditiei generibus cavebant per totam vitam suam, súntque illi qui appellantur* Pharisæi. *Estque res hac sanctimonia superabundans, ut separet se homo, atque segreget à vulgo, neque ipsos contingat, unâve cum illis vescatur aut bibat.* Hinc illud à *Pharisæis* qui eximium hunc sanctimoniæ gradum obtendebant, *Christo* objectum, *Quid est quod cum Publicanis & peccatoribus edit ac bibit?* *Mar.* 2. 16. at quem in finem hæc omnia? scil. שהפרישות מביאה לידי טהרת הגוף ממעשים הרעים וטהרת הגוף מביאה לידי קדושת הנפש מן הריעות הרעות וקדושת הנפש גורמת להדמות בשכינה שנאמר והתקדשתם &c. *Quòd à rebus ac hominibus profanis separatio corpus à malis actionibus mundum conservet, corporis mundities menti à pravis opinionibus munditiem conciliet, mentis vero puritas homines Deo similes reddat, quod jubetur,* Sancti estote, quoniam sanctus sum ego Dominus sanctificans vos. Finis certe optatissimus, & quem ad consequendum nulla omittenda sunt media, nulla non adhibenda cura. at quem dum omnium maxime prætendebant *Pharisæi* nihil minus quam ad ipsum sincerè atque ex animo collimabant, quibus ideo *Christus* vitio vertit, quod omnia opera sua facientes πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις nihil amplius præstarent quam

Mat. 23. 5.

quam qui exteriorem poculi patinæque partem sollicitè purgantes quod intus est sordibus plenum relinquunt. Cujus turpissimæ fraudis ne se à *Christo* solo, idque injuriâ insimulatos querantur, pauca afferre liceat quibus à suis etiam larvati isti doctores depinguntur ac celebre inprimis est illud *R. Josua* qui ante *Christum* floruisse perhibetur, dictum, חסיד שוטה רשע ערום אישה פרושה ומכות פרושין הריאלו מכלי עולם *religiosus fatuus, scelestus vafer, mulier sancta & plaga* Pharisæorum *mundo exitium ferunt:* Laudatur in ipso textu *Talmudico*: tr. *Sotah*. c. 3. §. 4. Plagas *Pharisaeorum* vocat superfluos cultus ac ritus molestos ab ipsis in religionem lege *Mosaicâ* præscriptam subintroductos (ob quales à *Christo* reprehenduntur) explicante *Maimonide* כנוא ען זיארתהם ותמקיתהם לשריעה במכות *appellarunt additamenta ipsorum quibus legem gravem reddiderunt, plagas.* at quid ni in ipsos *Pharisaeos* non religionis solum, cujus columnæ videri volebant, sed totius mundi plagas & pestes torqueatur censura ista? ita aliis visum. Inter illos fatetur *Maimonides* fuisse non paucos qui nomen illud (quo indigitari volebant Sapientes eos qui separabant se ענמא הם אלנאס פיה מן אלנקאיץ ואלרדאיל ואלכלץ פי אלדניא *à vitiosis hominum moribus, ac nimio rerum mundanarum studio, quò rebus ad alterum mundum spectantibus, ac virtuti studerent*) falsò tribuentes, hominibus equidem *opinionem faciebant se vitia ista fugere, quibus ab * eorum oculis semoti liberè indulgebant; utpote à quibus in publico, non Dei amore, non ipsorum odio, abstinerent, sed لغرض من اغراض الدنيا לכונה מכונות העולם *boni alicujus mundani intuitu*. imo cum septem eo loci in *Gemara* recenseantur *Pharisaeorum* genera (de quibus cui libet

Arab. Exosam *reddiderunt*, at Hebr. *reddit &* הכבדות *gravamina &c.* *ea forsan quæ Salvator vocat* φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα *Mat. 23. 4.*

* يهـــج الناس

* وهو متحصن بها

* ἔξωθεν μὲν φαίνεσθε τοῖς ἀνθρώποις δίκαιοι ἔσωθεν δὲ μεστοί ἐστε ὑποκρίσεως καὶ ἀνομίας. *Mat. 23. 28.*

libet *Drusium* & *Buxtorfium* in voce פרש consulat ; sex eorum hujus fraudis malæ reos peragit, esseque ipsos qui religionis speciem præ se ferant לסבב מן אסבאב ארניא *ob causam aliquam mundanam :* מתל אן יעטמה אנאס או ללא יהלף אללה מאלה ויפסר אהאלה *e. g. ut vel ipsos laudibus evehant homines, vel ne opes ipsorum perdat Deus. vel mala illis immittat*, nec esse inter ipsos פרוש הקיקי Pharisæum *sic verè appellatum*, uno excepto genere scil. עובר מאהבה *eorum qui Deum ex amore colunt*, quo in genere *Abrahamum* collocat, reliqua sex מרמומין הם יזידון פי אלואזם ויבאנגן פי אריא *culpanda esse ac superflua in legem introducere, ac hypocrisi ultra modum studere* ליסרקון עקול אנאס *quo hominum intellectus suffurarentur*, & fucatæ sanctitatis specie iis imponerent. at si *Abraham Pharisæus* ex amore fuerit, paucos hujus virtutis apud ipsos hæredes habuisse videatur, & qui titulo isto postea gloriati fuerint, minime ipsum meritos, ut non dubitaverit *Rashi* (cujus sententiam laudat *R. Joseph Albo*. Serm. 3. c. 33.) & ipsos collocare inter eos qui hominibus perniciosi censendi, cum amor quo ducerentur non is esset quem præ se ferebant, Dei scil. & mandatorum sed אהבת השכר *amor mercedis*, gloriæ, ut videtur, ab hominibus reportandæ, adeo ut queri non possit, cnm hæc fatentes habeamus ipsorum Magistros, *Judæus* aliquis quasi de injuria à *Christo*, qui corda ipsorum penitus perspecta habebat, ipsis illata, quòd hypocrisin totius massæ *Pharisaicæ* fermentum indigitaverit. Quicquid interim intus fuerint, externam munditiem sedulo curabant : unde factum, ut nec ipsi, nec *Judæorum* plerique eorum authoritate permoti, Seniorum traditionem tenentes, nisi prius lotis accuratè manibus, cibum caperent.

ὅπως δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Mat. 6. 2.

Traditio

Traditio quâ ad hoc faciendum tenebantur expreſſa occurrit in *Miſnaioth* ſive textu *Talmudico* tract. *Chagigah* c. II. §. 5. נוטלין לידים לחולין ולמעשר ולתרומה *Abluunt manus ad* [comedendum] *cibum communem & decimas, & Terumah, &c.* ad quæ verba *Maimonides* נקול אנח לא יחל ללאנסאן אן יאכל ככז ולו חולין חתי יגסל ידיהם *&c. Dicimus non licere homini panem, etiamſi communem edere antequam laverit manus ſuas, &c.* Idem eadem de re verba faciens in libro *Yad*, tr. *Beracoth* cap. vi. §. I. כל האוכל הפת שמברכין עליו המוציא צריך נטילת ידים תחלת וסוף ואף עלפי שהיא פת חוליו ואעפ׳ שאין ידיו מלוכלכות ואינו יודעלהן טומאה לא לא יאכל עד שיטול שתי ידיו *Quicunque comederis* (inquit) *panem ſuper quem recitant benedictionem* Hammotzi, Benedictus qui producit panem &c.] *opus eſt ut lavet manus ante & poſt, etiamſi ſit cibus communis, ac licet non ſint manus ipſius immundæ, nec ſciverit ipſas pollutas eſſe, non comedet tamen antequam ambas laverit* [ratio aſſignatur quòd ſint manus עסקניות נוגעות בכל דבר *negotioſæ, quibuſvis ſe rebus facile immiſcentes*, ut loquuntur, ac forſan ipſo inſcio rei alicujus immundæ contactu immunditiem contraxerint, quâ cibum quem capturus ſit polluant] Eadem tradunt *R. Iacob* in *Arba Turim*. parte prima, num. 158. *Joſeph Karo* in *Shulcan Aruch*: num. eodem, *R. Mordechai* in *Lebuſh*. Rationem inſtituti fuiſſe aiunt quo pollutionem *Teruma* vitarent quam ne quis manibus immundis contrectaret caverunt jubendo ne vel cibum communem illotus caperet. Dum verò illos ſolùm huic legi obnoxios volunt qui tale aliquid comedunt, cujus eſui præmitti debeat Benedictio *Hammotzi* dicta, & hîc poſt verba iſta οὐκ ἐσθίουσι ſubaudiendum monet ἄρτος vel ἄρτον *panem*, quod v. præcedente, & v. 5. expreſſum, aliquid

Yad Ab. Tum. c. 8. §. 8. & Lebuſh. par. 1. n. 158.

Talm. c. Col. Habbaſar. f. 106.

Lebusch. ibid. n. 168. §. 6. et 7. quid sc. eorum quæ רוב בני אדם קובעין עליו סעודתו *vel* דרך רוב בני אדם לקבוע &c. *quod plerisq; hominibus justi prãdii: materia haberi solet*, sc. פת שתחלתו עיסה והוא הנקרא לחם *Panis cujus initium massa confecta* [ex aqua & farina] *ac vulgo* Lechem, *seu* Pat, (ut *Maimon.*) *panis appellatur*: nam שאינו נקרא לחם אין מברכין עליו המוציא. *super illud quod non vocatur propriè panis*: [sc. crustula, placentas è melle sacchar o, amygdalis &c. confectas, & hujusmodi alia] *non recitant benedictionem* Hammotzi, sed בורא מיני מזונות *qui varia eduliorum genera creavit* &c. ideoque nec ad ista capienda necesse est ut quis manus abluat, ut nec ad * bibendum nec על פירות *ad fructus comedendos*. הנוטל ידיו על הפירות הרי זה מגסי הרוח *Qui manus laverit ad fructus comedendos ecce est ex elatis spiritu* : at panis propriè dicti qui quantum ovum magnitudine æquet, imò vel quantum olivam, comedere velit (non autem minus) manus prius lavare tenetur, ut &qui כל דבר שטיבולו במשקין *rem quamlibet quæ in liquores intingi solet*, aliquem scil. è septem liquorum generibus in lege memoratis, vino, melle, oleo, lacte, rore, sanguine, aquâ, quæ pollutioni recipiendæ obnoxia sunt, explicantibus iisdem. Solitos autem fuisse *Iudæos*, ac præ cæteris *Pharisæos*, cibum capturos manus diligenter lavare, ritu majorũ autoritate confirmato, facile cõcedetur; de modo autem quo πυγμῇ illud fecisse ab Evangelista perhibentur, non adeo convenit, vertentibus *Syro* utroque בטילאית μετὰ σπουδῆς, quod *Luc.* 1.39 eâdem voce expressit antiquior, ubi recentior עם ציפותא *cum cura*, habet, *Vulgat.* Crebro. (omnibus forsan sensus quam vocis rationi congruentiùs) Beza *pugno*, Scaligero, *elevatione manuum in pugni figuram compositarum*, quem tamen falli putat, *Lud.*

[Margin notes: نغتدي بيا الناس — R. Salomo Bar Nathan. & v. Tal. Berac. c. 3. §. 1. — * nec vel manum quâ poculum sumit. Lebush. — * ἐξ ἐβαρυσάρδων]

Lud Capellus in hac vocis πυγμῆς explicatione, eique aliam præfert, ut eo intellectu hic sumatur πυγμὴ quo illam brachii partem quæ est à cubito ad primam digitorum radicem seu divisionem, ut rectè olim interpretatus fuerit *Theophylactus* ἕως τοῦ ἀγκῶνος, quod respondere vult *Hebræorum* עד הפרק *usque ad* Perck, quod reddit ille, *usque ad cubitum*, idémque confirmat ex *Mohammedanorum* & verbis & more, qui lotionem illam à *Judæis* acceperunt quâ oraturi manus lavant مع المرفقين cum *Merfakain*, *utroque cubito*. In hac sententiarum discrepantia quamnam sequi malit, vel annon & ab his omnibus diversam, meliùs judicabit Lector, ubi ea quæ de ritu isto tradunt *Judæi* à Majoribus accepta, perpenderit; quem in finem liceat paulò fusiùs ea ex ipsorum scriptis in medium proferre; idque quo distinctius fiat eo ordine ut in quatuor ista inquiramus, quânam aquâ id peragant, quantâ, quousque affusâ, & quibus inter lavandum observatis, Primò במים עצמן *quod ad aquam ipsam*, cavendum ne sit manibus abluendis inepta. ita eam reddi ait *Maimonides* quatuor rebus *viz.* שינוי מראה וגלוי ועשיית מלאכה בהן והפסר שמונע את הבהמה מלשתות בהן *Si color ipsi mutatus fuerit, si inoperta permanserit, si ad opus aliquod adhibita fuerit, si ita corrupta ut eam bibere renuant bestia.* Quod de colore seu aspectu asserit, è *Misnaioth*, sive textu *Talmudico* petitum est tr. *Yadaim*, c. 1. §. 3. ubi legitur, נפל לתוכן ריו קומוס וקנקנתום ונשתנה מראיהם פסולין *Si inciderit in ipsam* [aquam scil.] *atramentum, gummi, aut chalchanthum, mutatusq; sit ipsius aspectus, illegitima est* [ad manus abluendas.] perinde autem esse sive contigerit mutatio ista בין מחמת עצמן בין מחמת דבר אחר שנפל בתוכן בין מחמת מקומן

sponte suâ sive ob rem aliquam quæ inciderit in ipsam sive ratione loci, monent Magistri. Quod etiam de aqua quæ postquam * hausta fuerit & in vasis reposita, ad opus aliquod peragendum adhibita fuerit; e. g. ששרה בהן פתו &c. *si eâ panem maceraverit quis*, si in eam pistor placentas intinxerit, si eâ mundata fuerint vasa &c. ejusdem textus *Misnici* & sequentium authoritate * confirmatum: ut & quod de istiusmodi vitiis quæ aquam * bestiis ingratam reddant, ut si amara, salsuginosa, turbida, aut fœtida fuerit, adeo ut ab ea abstineat canis, quam ob causam *Tiberiadis* balnea eodem in censu ponunt, sc. שהם מרים *quod saporis amari sint*, & vel canibus ingrati. Quod verò de aqua quæ aperta non fuerit, asserit, licet & iis quæ alibi in *Talmude* affirmantur consentaneum, haud tamen absolutæ & perpetuæ veritatis esse docet author *Arba Turim*, cui assentiunt etiam *Josephus Karo* in *Ceseph Mishneh*, & *R. Mordechai* in *Lebush*, ipsi *Maimonidi* alia ratione nec manibus abluendis inepta censetur, quam quâ ad bibendum. Illis igitur temporibus, iisque in locis ubi nullum à serpentibus, ac reptilibus venenatis quæ eam veneno suo inficiant periculum est, ad utrumque usum liberè adhibetur: cum nec aliâ de causa olim prohibita fuerit quam משום סכנת נפשות *ob periculum quod inde hominibus evenire poterat*, fusius rationem explicante authore l. *Lebush*, parte 2. num. 116. Porro quod ad manuum purgandarum usum, eandē quam aquæ rationem statuunt etiam תולדות המים *eorum quæ ex aqua generantur*, viz. השלג והברד והכפור והגליד והמלח *Nivis, grandinis, pruinæ, glaciei, salis*, adeò ut liquefacta rei huic idonea censeantur: idē affirmant etiam de rebus, שתחלת ברייתן מן המים *quæ ab aqua originem suam ducunt*: e. g. בחושין ארומים *vermibus rubris*, &

Arba Tur. Shulc. Ar. & * Lebush. p. 1. n. 160. §. 1. אחרש שאבו Lebush *ib.* §. 5. * Shulc. Ar. & Lebush. ibid. §. 81. עד שלא ישתה מהן כלב Tract. *de Idololatria*, c. 2.

Shulc. & Lebush. ibid.

& שמן דג *piscium pinguedine*; & secundum nonnullos, de fructuum etiam liquoribus, & vino, ac præcipuè albo, sc. hæc omnia מים קרויים *aquas censeri*, ac בשעת הרחק *urgente necessitate*, earum vice adhiberi posse. Quæ de his subtiliùs disputant, apud authores jam laudatos, aliósque videre est. Quod si cui ea quæ *Mohammedani* etiam in suis lotionibus observant cum his conferre libeat, ea *Al-Gazalii* verbis sic accipiat, المايعات لا تزال النجاسة بشي منها الا بالما ولا كل الما بل الطاهر الذي لم يتفاحش تغيره بمخالطة ما يستغني عنه *Non tollitur immundities aliquo liquore exceptâ aquâ: sed nec quâlibet aquâ, sed mundâ tantum, quæ non fœdè mutata fuerit rei alicujus non necessariæ admistione.* Tolli autem aquæ munditiem ait, بان يتغير بملاقاة النجاسة طعمه او لونه او ريحه *ubi immunditie* [cujuspiam] *occursu mutatus fuerit ipsius sapor, color vel odor*, quorum si nihil mutatum fuerit ac prope accedat منــــا من مايتين وخمسين *ad minas ducentas & quinquaginta*, quæ sunt خمسماية رطل برطل العراق *libræ* Erakienses *quingenta*, non pollui seu immundam reddi, docente ipso *Mohammede* اذا بلغ الما قلتين لم يحمل خبثا *ubi pertigerit aqua ad mensuram duorū Cantharorum, immunditiem præ se non fert*, prout illud explicat * *Ebnol Athir*, unde tamen ulteriores de ejusdem munditie controversiæ inter sectas *Shaphiensem* & *Maleciensem* ortæ videntur, in quas ulterius inquirere ut ab instituto nostro alienum, ita prorsus supervacaneum est; præsertim monente *Al-Gazalio* nihil tale in dubium vocasse priores *Mohammedis* asseclas, nec ad istiusmodi minutias descendisse,

Shulc ib. §. 10. & 12. Lebush. §. 11.

Tract. de الطهارة

* in voc. حمل

 hoc

hoc illius dictum unicam sibi regulam statuentes خلق الما طهورا لا ينجسه شي الا ما غير طعمه او ريحه *Creata est aqua munda* [seu apta ad mundandam] *nec immundam eam reddit quicquam, nisi quod ipsius saporem & odorem mutet.* Porrò ut quid aquæ nomine apud ipsos, dum his de rebus loquuntur, comprehendatur, sciamus, paucis rem expedit *Ahmed Asphahaniensis,* المياه التي يجوز التطهير بها سبعة ميام ما السما وما البحر وما النهر وما البير وما العين وما الثلج وما البرد *Aqua quibus se mundare licet septem sunt, cœlestis, marina, fluminea, putealis, fontana, nivalis, grandinis.* Ejusdem etiam quatuor statuit differentias, ut sit primo طاهر مطهر غير مكروه *Aqua munda, mundando idonea, & quam nemo respuat,* viz. الما المطلق *aqua communiter sic dicta;* Secundò طاهر مطهر مكروه *munda, & mundandi vim habens quam tamen respuunt,* viz. الما المشمس *aqua soli exposita,* (quod de aqua in vasis reposita, non de fluviis aut piscinis, in quibus major aquæ copia intelligitur) à qua non aliam ob rationem abstinere jussit *Omar,* quam لخوف ايراثه البرص *ob metum ne lepræ causa esset,* ideoque id præcipue in regionibus valde calidis observari: (ut conferri possint hæc cum iis quæ apud *Judæos* de aqua non cooperta dicta sunt.) Tertio, طاهر غير مطهر *munda ac mundando inepta,* qualis الما المستعمل والمتغير بما خالطه من الطاهرات *aqua quæ ad opus aliquod adhibita fuerit, ac mutata vi rerum mundarum quæ cum ea commistæ fuerint.* Quartò, ما نجس *aqua immunda,* sc. ea in quam, cum قلتين *duabus hydriis*

Brevius Abu Isac AlShirazi ما نزل من السما او نبع من الارض quæ vel è cœlo descendit, vel è terra scaturit.

Comm. in Abu Isac.

hydriis minor fuerit, inciderit immundum aliquid, aut, si tanta, ipsam mutaverit. Qui de his plura & subtiliora desiderat, adeat *Abu Isaacum Shírazienſem*, ejusque Commentatorem, nec non cœteros Juris *Mohammedici* ſcriptores, ubi de الطهارة seu corporis mundandi ratione & ritibus agunt.

Qualem requirant aquam Magistri, vidimus; quantam, proximo jam loco quærendum: eam igitur uno ferè ore, præeunte *Misna* tr. *Yadaim*, c. 1. §. 1. mensurâ apud ipsos notâ, רביעית *Rebiith*, definiunt: quæ mensura, ut qualis sit sciamus, *R. Tanchum* eam sic describentem audiamus حيث ما ذكر في الفقه רביעית فهو ربع لج وقد تبين ان مقدار ما يسع لج ماية واربع دراهم بالتقريب لانه ربع قب *Ubicunque in jure mentio facta fuerit* Rebiith, *est ea quarta* Logi *pars*, *ostensum autem est quantum capiat* Log. *drachmarum esse centum & quatuor, circiter, est enim quarta* Kabi *pars.* *Kabum* autem alibi definiens ait esse الكيل وزن ما يسع اربع ماية وستة عشر درهم بالتقريب لانه مقداره ארבעת לוגין ולוג ארבע רביעיות והרביעית ستة وعشرين درهم بالتقريب *Tam mensuram quam pondus continens circiter quadringentas & sexdecim drachmas. Capit enim quatuor* Logos, Log *vero quatuor* Rebioth, Rebiith *drachmas circiter viginti sex.* *Logum* autem esse كيل يكون مساحة فضاه اربع اصابع بعرض الابهام في اربع اصابع وارتفاعه اصبعين وسبعة اعشار اصبع فكل كيل يكون تكسير مساحته هذا المقدار سوى كان مربع او مثلث او مدور او غيرها *in voc.* רבע

غيرها من الاشكال هو الذي يسمي علات في
كل مكان وربعة هو ארביעיתותמנה שמינית *Mensu-
ra cujus areæ dimensio est quatuor digiti, latitudine pollicis, in quatuor ducti, altitudo duo digiti cum septem digiti decimis. Omnis ergò mensura cujus dimensionis computatio hujusmodi est, sive quadrata, sive triangularis, sive circularis, fuerit aut alterius cujusvis figuræ, ea est quæ* Log *audit ubicunque occurrat, cujus quarta pars est* Rebiith, *octava* Sheminith. Si quis eadem verbis etiam *R. Iosephi* בן עקנין *Ben Aknin*, qui tractatiunculam de quantitate mensurarum quarum in lege tam scripta quam orali mentio fit, *Arabice* scripsit, audire velit, sic habent אלוג ד׳ אצבעות
על ד׳ אצבעות וארתפאעה אצבעין וסבע עשר אצבע ומסאחתה
מג׳ אצבע וכמס Log [constat] *quatuor digitis per quatuor* [multiplicatis] *estque ipsius altitudo duorum digitorum, cum septem digiti decimis: dimensio autem digitorum quadraginta trium &* [partis] *quintæ.* qui etiam & eam de qua præcipuè agimus mensuram *Rebiith*, scil. seu *Logi* quartam, parili ratione definit, רביעית של תורה אצבעים על
אצבעים ברום אצבעים וחצי אצבע וחומש אצבע ובגודל
פיכון מסאחה פצארה אחדי עשרה אצבע גיר כמס סוי כאן
אלאנא מדורא או מתלתא או מרבעא או גירה מן אלאשכאל
אלתכסירה אלזואיא Rebiith *in lege memorata, constat duobus digitis in duos ductis, altitudine* [verò] *duobus digitis cum dimidio, ac quinta parte digiti* [mensurâ] *pollicis; erit ergò dimensio capacitatis ipsius undecim digitorū minus quintâ, sive vas rotundum fuerit, sive triangulare, sive quadratū, aliusve alicujus figura multangula.* quæ dimensio licet omnibus eo nomine gaudentibus figuris competat, quod ad longitudi-
nem

nem, latitudinem, & profunditatem, respectu tamen drachmarum, quarum capacitate mensuras istas definivit *R. Tanchum*, magna est pro rei mensuratæ naturâ, discrepantia, uti è *Maimonide* observavit, idem author, verbis prius laudatis hæc subjungens, قال רבינו משה ז״ל
في شرح המשנה اني قد عملت مكيال على غاية
ما امكنني من التحرير فوجدت הרביעית المذكورة
في جميع الشريعة تسع من الخمر قرب ستة وعشرين
درهم ومن الما قرب السبعة وعشرين درهم ومن
القمح قرب واحد وعشرين درهم ومن دقيق القمح نحو
الثمانية عشر درهما بتقريب *Dixit Doctor noster* Moses *f. m. in explicatione* Misnæ, *Conficiens mensuras summâ quâ potui diligentiâ, inveni* Rebiith *per totam legem memoratam continere vini drachmas circiter viginti sex, aquæ circiter viginti septem, tritici circiter viginti & unam, similæ circiter octodecim, &c.* petita sunt hæc è *Maimonidis* Commentariis in tr. *Misnicum Edaioth, c.* 1. §. 2. quæ etiam paucis mutatis occurrunt in ipsius ad tract. *Menachoth* præfatione, quam forsan ad appendicis hujus calcem integram apponi curabimus, ob eam quam cum superiori ad tr. *Zebachim* habet affinitatem. Atque hæc de mensurarum istarum ratione ex authoribus istis nondum editis, proferre visum est, in eorum qui in istiusmodi res curiosiùs inquirunt, gratiam, sine magna præsentis operis necessitate, cum dicere forsan suffecisset, *Rebiith* quartam *Logi* partem esse ac ביצה ומחצה *ovum cum dimidio* continere, cum *Log* ovorum sex mensuram capiat. *Tantum igitur aquæ ad singula manuum paria requirit *Maimonides*, sive unus, sive

Drachmas & species rerum Ægyptiacas se intelligere ait Maim

* שיהיה בהן רביעית לכל שתי ידים *Berac.* 6. §. 6.

* כל מים שהם פחותים מרביעית אין מטהרין את הידים רק צריך רביעית לאחד: ואפילו אינו רוצה ליטול אלא יד אחד

ſive plures ſimul manus abluant. Alii ut vel * uni ineptam eſſe, etiam ad unam manum mundandam, quæ eâ quantitate minor ſit, aquam autumant, ita pluribus unà lavantibus haud præciſè requiri ut quot homines tot ſint ejuſmodi menſuræ. ſic author *Turim* והני מילי לאחד אבל לשנים שבאי ליט״ל כאחד האחרון אין צריך רביעית *Spectant iſta ad unum* [ſeu de uno dicuntur] *at cum duo ſimul ad lavandum venerint, non neceſſe eſt ut ſit poſteriori* Rebiith; imo vel unam volunt utriſque ſufficere, hoc modò obſervetur (monente authore *Shulcan*) ut utrique aqua fluxu non interrupto effundatur. atque hoc (inquit author

Lebuſh ut ſupr. § 13.

Lebuſh) קל׳ שהקילו הכמים בנטילה *Allevatio eſt quâ lotionis ritum leviorem reddiderunt Sapientes*, hanc ſententiã confirmant authoritate textus *Miſniei* tr. *Yadaim* c. 1. §. 1. מי רביעית נותנין לידים לאחר אף לשנים מחצי לוג לשלשה או לארבעה מלוג לחמשה ולעשרה ולמאה ר׳ יוסי׳ אור ובלבר שלא יפחות לאחרון שבהם מרביעית *Ex menſura* Rebiith *aquæ, præbent ad manus lavandas uni, etiam duobus, è medio* Log *tribus aut quatuor, è* Log *quinque, decem, imo centum. Ait* R. Yoſe, *ita tamen ut ultimo eorum omnium non ſit minus quam* Rebiith: quæ tamen omnia intelligi vult *Maimonides* de aqua tantum ſecunda (ut loquuntur.) ſic enim in ſuis ad locum iſtum commentariis, יהרמ״א אר׳י אנאוה בפחות מרביעית לכל שכן אנמא הו פי מים שניים אמאמאים ראשנים פלא תכון אלא רביעית לכל שכן *Lotio iſta quam permittunt fieri minori quantitate aquæ quam* Rebiit *unicuique diſtribuendâ, ea eſt quæ peragitur aquâ ſecunda, at verò in aqua prima, non erit minus quam ſingulis iſtiuſmodi menſura.* Cauſamque cur pluribus unà lavantibus non ideo ſtrictè menſuram unicuique debitam

* De diſtinctione aquæ primæ & ſecundæ infra agetur.

debitam requirant, hanc reddit, quod manus jam aquâ priori sordibus purgatæ fuerint, ideoque tantum sufficiat quantũ totam manum perfundat: hâc interim conditione, ut illud quantulumcunque sit è *Rebiith* sit, i. ut cum effundi è vase cœperit, non minus eâ quantitate in ipso fuerit: illum verborum *R. Jose* sensum esse. [Illi interim qui idem in aqua etiam prima permittere videntur, suadent ut licet homini ad manus lavandas sufficiat mensura *Rebiit*, plus tamen cum possit, ultro adhibeat; in magnum ipsi felicitatis incrementum hoc cessurum.

יוסיף ליטול בשפע *Arb. Tur. part. 1. num. 158. Shulc. Ar. & Lebush. ibid.*

Porrò his quæ de aquæ quantitate, consentanea sunt & quæ de vasum unde affundenda sit capacitate statuunt. E vase enim (ut & illud obiter notemus) necessariò effundi volunt אין נוטלין לידים אלא מכלי *Non lavant manus nisi è vase* [affusâ aquâ.] Vasa autem cujuscunq; materiæ fuerint perinde esse. בכל הכלים כשרים אחד כלי אבנים וכלי גללים וכלי ארמה *Omnia vasa idonea sunt, perinde est sive è lapide, sive è stercore bovino, sive è terra confecta fuerint.* Misn *Yadaim* c. 1. §. 2. Cavendum modo tum ut integra sint, tum ut debitam aquæ mensuram capiant & actu contineant. Eodem igitur loco vetant è vasum fragmentis, lateribus fundo vel operculo, aquam ad hunc usum præbere. Unde *Maimonides* בכל הכלים נוטלין לידים ואפי׳ כלי גללים וכלי ארמה והוא שיהיו שלמים כלי שאינו מחזיק רביעית או אין בו רביעית אין נותנין ממנו לידים *E quolibet vase manibus lavandis aquam sumunt etiam ex iis quæ è stercore bovino, aut terra confecta sunt, eâ conditione ut integra sint. E vase autem quod non capiat* Rebiit, *aut in quo non sit* Rebiit, *aquam ad manus lavandas non præbent.* *Yad.* tr. *Beracoth*, c. 6. §. 12. cum hoc apud omnes in confesso sit אין אכשר רבפחות מרביעית לטהר הידים *minori quantitate quam* Rebiit, *manus mundari*

Iidem ibid. n. 159. & Yad. Mikva. c. 11. 1.

שיחזיק רביעית ושיהיה בו רביעית *Cesepb. Misn. ad Yad Berac. c. 6. v. & Lebush. p. 1. n. 160. 13.*

id. n. 159. 1.

dari non posse. Tantum si adsit: quanta corporis pars eâ abluenda, seu quousque manibus affundenda sit, proximo jam loco inquiramus. Quæstionem movens *Maimonides* עד היכן היא נטילת ידים *Quousque pertingat manuum lotio?* Respondet עד הפרק *usque ad* Perek. Præeunte scil. *Talmude* tr. *Cholin*. c. *Col. Habbrjari*. Sed verba ista obscuriora sunt quam ut quid factum, vel faciendum sit distinctè doceant (monente *Josepho Karo* tum in suis ad *Maimonidem* Scholiis *Keseph Misneh* dictis, tum in *Beith Toseph*,) cum פרק *Perek*, nomen sit latioris ambitus & quemlibet articulum, seu compaginem & membrorum commissuram denotet. תסמי אל מפאצל פרקים *Appellantur compagines* Perakim, (inquit *R. Tanchum*) scil. ob essium quæ ibi connectuntur distinctorum concursum, nam dicente eodem מעני פרק תירת דכר פצל Perek *ubicunque occurrit distinctionem* innuit. Explicatius igitur hic aliquid proferendum ut locionis terminus quousq; pertingat sciamus, atque hic in varias à Magistris itum est sententias, quas tum in *Keseph Misna* ad locum è *Maimonide* laudatum, tum in *Beit Toseph*, part. 1. num. 161. recenset *Josephus Karo*, ubi igitur in *Talmude* dicitur לחולין עד לפרק לתרומה עד לפרק לקידוש ידים ורגלים במקדש עד לפרק *ad profana comedenda* [lavant] *usque ad* Perek, *ad* Terumah *usque ad* Perek, *ad mundandas manus & pedes in Sanctuario* [lavabant] *usque ad* Perek, ea sic explicat cum aliis *Rab. Salomo*, ut primo loco intelligatur הפרק השני שבאמצע האצבעות *articulus* * *secundus qui est in medio digitorum* [condylus,] secundo הפרק השלישי שהוא בגב היד *junctura tertia quæ est juxta manum*; tertio, הפרק העליון שהוא חבור היד והזרוע *Compago suprema quâ connectitur manus cum brachio*. Alii ad cibum communem capiendum præscribi verbis istis volunt lavandas manus עד הקשרים שבסוף האצבעות שבולטים כשארם בופף.

Tal. tract. Ber. c. 6. § 4.

Part. 1. n. 161.

c. Col Habbasar.

Rab. Asher, & Beith. Toseph.

*Ut ita comprehendantur cæterorum digitorū articuli duo, pollicis unus, explicante Rab. Jonet. ibid.

כופף באצבעותיו *usque ad nodos qui sunt ad finem digitorum qui protuberant cum quis digitos suos inflectat:at ad* Terumah, *& manus ritu sanctuarii mundandas, ad eam compaginem quæ ad finem manus est;* Carpum scil. Alii tum ad *Terumah*, tum ad cibum communē, ad metacarpium. *Ioseph Ben Levi* & *R. Alphes*, ad utrumque usque ad carpum. at *R. Asher* hoc הומרא יתירה *aggravationem superfluam esse* ait, ולא נהגו העולם כן *neque ita morem apud homines obtinere. R. Alphesi* tamen qui lotionis materiam statuit, כל היד עד הקנה של זרוע *totam manum usque ad os Brachii*, sententiam laudant author *Turim*, *Rashba*, seu *R. Salomo Ben Adrath*, *R. Joseph Karo*, *R. Mordechai*, aliíque, cámque esse quæ usu & obtineat, & obtinere debeat, neque enim grave esse ut quis eousque aquam manibus affundat, illudque facere debeat, quo & omnem animo suo scrupulum amoveat, majorémque simul, quam diligens moris hujus observatio secum affert, mercedem obtineat. Prudenter interim monet *Joseph Karo*, נכון להתנות ולומר שאינו מקבל עליו דבר זה בתורת חובה אא בתורת רשות *Expedire ut quis conditionem adhibeat dicatque se illud in se suscipere non ut rem ad quam præstandam obligatus, sed ut planè liberam, ac spontaneam*, quo scil. siquando tantum aquæ ipsi in promptu non fuerit לא יצטרך להחמיר כמנהגו *non necesse sit illi secum adeo severè ac alias agere*, atq; ita, inquit, ראוי להתנות בכל דבר שאדם רוצה להחמיר על עצמו *expedit homini conditionem istiusmodi adhibere in omnibus in quibus plus, sibi quam necesse est imponere velit. Maimonidem* vero cum nullâ adhibitâ explicationis notâ vocem פרק *Perek* simpliciter adhibuerit, probabile esse non aliam intellexisse compaginem, quam eam à R. *Alpheso* distinctè propositam, quâ manus cum brachio connectitur; *Arabibus* ea رسغ [brachiale] dicitur, atq, inde eam etiam sententiam

In Beit Joseph. *ibid.*

v. & Lebush. ib.

Cesceph Mesn.

amplexus *R. Salomo Bar Nathan* ante panis propriè dicti esum requirit غسل اليدين الي الزندين *lotionem manuum usque ad carpos*. Porrò quæ hactenus dicta sunt optimè (ni fallor) quid per πυγμῇ νίψωνται apud Evangelistam intelligatur, nos docent: eam scil. corporis partem quæ lotione mundanda erat dictione πυγμῇ designari; quæ & *Hebraicæ Perek*, prout ab ipsis explicatam vidimus, non malè respondet, atque ex istorum temporum usu magis quàm è præciso vocis intellectu forsan exponenda est. Si usitatiorem ejus significatum quo pugnum, i. manum inflexis digitorum nodis tum mediis, tum iis quibus metacarpio inseruntur, adeoque protuberantibus, contractum denotat respexeris, en tibi eorum sententiam, qui vel articulos digitorum medios, vel eos qui ad metacarpium sunt (condylos vel metacondylos) lotionis terminum statuunt: sin pro tota manu ad carpum usq; sumseris, quā etiam eâ non impropriè designari putant * viri docti: en eam quam *R. Alphes* atque alii (ut vidimus) præferendam censent. Imò & secundùm *Julium Pollucem* exterior totius manus contractæ pars propriè πυγμὴ dicitur: ac *Judæos*, *Perek* suum, articulorum ad exteriorem partem protuberantiū spatio metiri vidimus. Nam quod Cl. vir *Lud. Cappellus* aliam nominis πυγμῆς significationē, quâ mensurā cubito sex digitos breviorem, h. e. à cubito ad digitorum discriminationis initium, sequi maluit, (favente etiam *Theophylacto*, qui ἕως τοῦ ἀγκῶνος vertit) non adeo iis quæ à *Judæis* olim, si traditioni fides, inter lavandum observari solebant, consonum videtur. Nam quod eorum loquendi formam, quâ aquā affundere jubent עד הפרק *usque ad Perek*, in partes vocat, plane contra ipsorum disciplinā est, qui ab aqua quæ ultra *Perek* fluxerit, cavendum disertè

* v. Cl. V. H. Hammondi in N. T.

ſertè præcipiunt (uti in ſequentibus, volente Deo, videbimus, dicuntque שמשם ואילך אינו נקרא יד אפילו לענין קדוש ידים ורגלים של כיור, *inde & quod ultra eſt non appellari manum, ne quidem reſpectu ſacræ iſtius ablutionis manuum & pedum è concha* [in tabernaculo] teſtante authore *Lebuſh*, parte 1. num. 162. §. 1. Quod autem à *Mohammedanorum* ritu teſtimonium petit, qui غسل اليدين مع المرفقين *lavari manus unà cum cubitis* (ut *Kadi Ahmed Aſphahanienſis*) vel (ut *AlGazali*) الى المرفقين *uſque ad cubitos*, jubent, haud ſatis firmum, eſt; cum licet lotiones ſuas *Mohammedanos* à *Iudæis* accepiſſe, minime dubitemus, non tamen eos in omnibus ſe illorum exemplo conformâſſe credamus. imo ne ab illis didiciſſe videantur, in diverſum non raro dátâ operâ abiiſſe reperiemus. Exemplum dedimus luculentum in Specim. Hiſt. *Arabum* pag. 309. &c. ubi oſtendimus ideo *Mohammedem* diem jejunii *Aſhura*, i. menſis decimum quem à *Iudæis* acceperat, in *Taſua* i. nonum mutare voluiſſe كراهة لموافقة اليهود *hoc reſpuens ut ipſi cum* Judæis *conveniret*. nec aliam ob rationem optimum cenſeri ut quis tam nono quam decimo jejunet monet Commentator in *Abi Iſaaci Shirazenſis* inſtitutiones juridicas, quam النفي التشبيه باليهود *ne* Judæis *aſſimiles videantur*, quam etiam rationem hic tenere, ſatis probabile eſt. Quare autem interpretatio iſta quâ πυγμῇ de ea corporis parte quæ ablutione mundanda erat, intelligatur, cæteris quæ ab interpretibus afferuntur præferenda videatur, melius ni fallor patebit, ubi & in cætera quæ inter lavandum obſervabant oculos conjecerimus, ad quæ igitur jam pergimus.

Aquam

Aquam è loco seu conceptaculo suo in vas aliquod huic usui idoneum transferendam diximus; quærendum jam quomodo è vase isto manibus sumenda, hoc enim inter ea collocat *Maimonides*; de quibus כל הנוטל ידיו צריך ליזהר *sollicitus esse debet quisquis manus suas lavare velit.* Atque de eo ipse (cum reliquis) sic statuit, אין נוטלין לידים אלא מן הכלים ומכח הנותן *non lavant manus nisi aquâ è vasis, idque vi præbentis, affusâ*, hoc ergo requiritur שיהיו המאים באין מכח נותן *ut veniant aquæ à vi præbentis*, nam si vel manus aquæ haustæ è vase vel alicubi repositæ immergeret, vel eas eadem jugi impetu & à sponte sua fluente ablueret, nihil hoc illi ad munditiem prodesse censebatur, quamvis sint qui בשעת הדרך *urgente necessitate* permittunt manus in vas (modo terræ affixum non fuerit) intingere, docente *Shulcan Aruch.* p.1. num.159. §. 8. id vero sponte vel ordinariè facere vetant. Quod ordinarie fieri solitum, est primò ut lavanti aqua ab altero ministretur, atque ad hoc præstandum quilibet idoneus censetur, אפילו חרש שוטה וקטן *etiam surdus, fatuus & puer &c.* imo ex aliorum quos sequitur *Maimonides* sententia, vel הקוף *etiam Simius*, contradicente interim *R. Jose* in *Misne* ipsa, aliisque in *Gemara* qui requirunt ut fluat aqua מכח גברא *vi viri*, quam ob rationem excludunt nonnulli, non solùm simium, sed & puerum sex annis minorem. alii verò vocem גברא *viri*, nec ad hominem nec ad majorennem restringi volunt, sed idem tantum valere ac si dixissent מכח נותן *vi dantis* [cujuslibet.] Quod si quis alterius qui aquam ipsi affundat ope destituatur, quid tum illi faciendum sic ut suis sibi manibus id præstet, docent textus *Misnicus*, *Maimonides*, cæterique, scil. vel hydriâ inter genua sua collocatâ, vel in alterum latus quo manibus incumbat inclinatâ, vel unâ

Marginal notes: Misn. Yad. 17. §. 2. — Yad. Mikva. c. 11. §. 1. — Berac. c. 6. 6. — Mik. ibid. & Berac. ib. §. 14. — לא עלתה להנטילה — Ibid. §. 13. — Misn. Yadaim c. 1. §. 5. — * Cholin. Rab. Abraham. Ben David & Arb Turim, &c. — Lebush p. 1. n. 159. §. 12. Shulc. Aruc. ib. §. 11.

unâ manu alteri miniſtrante, hæc enim omnia כח גברא *vim hominis* audire. Quod ſi altero lateri in terram reclinato, vaſi effluxerit aqua, eâ manus abluere, nihil proderit; ut nec ſi ex eodem alicubi pertuſo continuo impetu eruperit eidem ipſas admoviſſe; niſi ejuſmodi ſint vaſa, quæ ſiphunculis inſtructa fuerint, & epiſtomiis, quibus apertis aqua ad libitum lavantis quoties opus fuerit elicitur, dein verſatis obſtruitur; quæ enim ita depromitur aqua בכח גברא *non niſi vim admovente homine*, effluit. Atque ita comparatum olim fuiſſe labium æneum in tabernaculo autumant הכיור אינו מקלח תמיד אלא היו בו ברזות וכל כהן שרצה לקדש ידיו ורגליו היה פותח לו הברזא ומקדש *Labium non emittebat continuè aquam, ſed fuerunt illi ſiphones; quivis autem ſacerdos qui manus & pedes ſuos lavare volebat, aperto ſibi ſiphone lavabat.* Atque ex his etiam de hydriis iſtis quarum mentio fit *Joannis* 11.6. [ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἓξ κείμεναι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς] conjecturam ſumere licet, ſcil. vel iſtiuſmodi ſiphonibus inſtructas fuiſſe, quos ſibi quivis manus mundaturus recluderet, vel majora ſaltem fuiſſe vaſa è quibus in minora depromeretur aqua in convivarum uſum, ut rivis generi ſatis congruet dictum quod ſequitur ἀντλήσατε νῦν.

Arba Tur. ibid. ut & Shulc. Ar. & Lebuſh.

Lebuſh ib. §. 7.

Huic autem aquæ rite manibus effundendæ, addi debet eandem tam ante quam poſt cibum rite excipiendi cura, in qua nobis deſcribenda diſcrepant aliquatenus Magiſtri, orta autem videtur differentia præcipuè ex aquarum ראשנים & שניים *primarum & ſecundarum* quarum meminit textus *Talmudicus* diverſâ interpretatione. dum *Maimonides* non ad cibum communem capiendum, ſed ad *Terumah* tantum requiri illam ſecundò affundendam

dam putaverit, secus alii. *Maimonides* ergo (ut primas ille teneat) aquam, modo justæ fuerit mensuræ, manibus
Tal.Berac.c.6. vel מעט מעט *paullatim* vel integram *Rebiit* בשטיפה אחת *uno simul impetu* affundi permittit hoc cibum profanum capturo sufficere. At cum cuipiam comedenda fuerit *Terumah* tum postquam, *Rebiit* seu quartam *Logi*, manibus
Id.in tr.Mik. c.11.3. primò affuderit; צריך לחזור וליטול פעם שנייה במים שניים כדי להסיר המים שעל גב ידיו שהרי המים שנטל בהן תחילה והן הנקראין מאים. ראשנים נטמאו בידיו *opus est ut rem repetat et alterâ vice manus suas lavet aquâ secūdâ, quò amoveat aquā quæ manibus ipsius adhæserit, aqua enim quâ primò lavit quæ vocatur* aqua prima, *immunditiē contraxit à manibus ipsius.* in eundem sensū idem in sua ad tractatum *Misnicum Yadaim* præfatiuncula ארא כאנת ידי אלאנסאן מיגוסתין וצב עליהא אלמא ליטהרהא ומקדארה לא יכון אקל מן רביעית פאן ידיה תתטהר לכנהא תגסל בעד דלך כמא אכר והיניד יאכל בהא אלתרומה לאן אלמא אלדי גסל בה ידיה אנתגס בידיו וצאר תחלה כמא בנינא: פתגסל בעד דלך כמא אכר ליתטהר מן נגאסה אלמא אלדי נגע בידיו אר. ואנתגס מן אגל ידיה. ודלך אלמא אלדי תטהר בה אלידין אולא יתסמי מים ראשונים ואלמא אלדי תגסל בה בעד דלך יתסמי מים שניים

Quando polluta fuerint cujuspiam manus, atque illis ad ipsas purgandas aquam affuderit, quæ mensurâ Rebiit *minor non fuerit, mundæ fiunt manus ipsius, verum & aliâ rursus aquâ abluendæ sunt & tum comedat* Terumah. *Nam aqua quâ manus suas lavit, immunditiem à manibus ipsius contraxit, & facta est initium* [pollutionis] *sicuti ostendimus; quare & aliâ rursum aquâ ablui debent, quò purgetur ab immunditie aquæ quæ manus ipsius tetigit, cum à manibus ipsius polluta sit. Aqua autem ista quâ primò mundantur manus appellatur*

aqua

aqua prima, ea quâ poſtea proluũtur, aqua ſecũda. [Eadem ferè in præfat. ad eundem tractatum quæ in *Miſnaioth Venetiis* in 8° cum ſcholiis, editis habetur, occurrunt.] Ex his quænam fuerit de aquæ in primam & ſecundam diſtinctione, & de utriuſque uſu, *Maimonidis* ſententia facilè patet, ſcil. ad cibum communem primam tantum requiri, ad *Terumam* etiam ſecundam, uti & annotat *Joſeph Karo* in *Ceſeph Miſneh*, ad c. x I. tr. *Mikvaoth*. contra quam inſurgens *R. Abraham Ben David*, ſe *Talmud Hieroſolymitani*, authoritate muniens, Imo (inquit) אף לחולין *etiam ad cibum communem* צריך להפסיק *opus eſt ut diſtinctè agat*, ſcil. חוזר ונוטל מאותו רביעית עצמו *ut qui lavat rurſum lavet ejuſdem* Rebiit *parte*, vel primò partem aliquã menſuræ iſtius manibus ſuis affundat quæ aqua prima cenſeatur, deinde reliquâ lotionem repetat, quæ ſecunda vocetur, quod idem ſenſiſſe videntur & alii, ſcil author *Arba Turim R. Mordechai* &c. quibus (ut ultimo laudati verbis utar) עיקר דין הנטילה הוא שישפוך הארם מן הכלי שני פעמים על ידיו הראשונים מעבירין הטומאה מן הידיה ונטמאו והשניים מטהרין את הראשונים מטומאתן *Fundamentum ritus lavandi manus eſt ut quis è vaſe bis aquam ſibi effundat; prima amovet immunditiem à manibus & ipſa immunda redditur, ſecunda primam purgat ab immunditie ſuâ.* Quod interim de eo intelligi volunt שידיו נקיות *cujus manus puræ ſunt* [à ſordibus.] nam ſi inquinatæ fuerint, tum neceſſe eſſe לשפוך עליהם שלשה פעמים *ut ter illis aquã affundat*, primo לא לשם טהרה *non munditiæ gratia*, ſed רק להסיר הלכלוך שעליהם או כל רבר החוצץ *ad auferendam ſpurcitiem ipſarum aut quidlibet diſcriminans*, ſive quod interventu ſuo aquam impediat quo minus ad

& ad Beracoth c. 6. § 10.

aliquam manuum partem pertingat, secundo ad immunditiem amovendam, eamque aquam immundam reddi, tertiò denique ad mediam illam aquam purgandam. ad tres vices istas sufficere *Rebiith* unam; quòd si non sordibus aliquibus inquinatæ fuerint manus, nec sit istiusmodi quid discriminans, licere manibus suis totam *Rebiit* uno impetu affundere, nec requiri aquam (quam vocant) secundam. sin inquinatæ fuerint, ipsique plus quam *Rebiith* aquæ adfuerit, tum sufficere ut ad sordes abluendas primo parum aquæ affundat, dein integram simul *Rebiith*, nec aliquam tertiò affundendam relinquat. Porrò præcepto è *Talmude* tr. *Sotah* c. 1. petito monent שינביה ידיו למעלה שמא יצאו מים חוץ לפרק ויחזרו ויטמאו את הידים *Manus attollere, ne prodiens aqua ultra* Perek [seu compagem] *dein reversa manus* [iterum] *polluat.* Quo in explicando discrepant qui de *Perek*, seu compage illâ quam lotionis terminum statuunt, discrepantes amplectuntur sententias. Qui enim illam quâ digiti metacarpio inseruntur intelligunt, jubent dum aqua primo effundatur, ראשי אצבעות *digitorum summitates*, erigi scilicet ne à palmâ ad digitos refluens prior, quæ à secunda purgari non censetur, ipsos denuò immundos reddat: sic *Rabbi Salomo* ad *Sotab* c. 1. sic author *Turim*, sic *R. Mordechai* in *Lebush*; nec non *Moses Isarlis*, qui, quod in *Shulc. Aruc* dicitur צרין להגביה ידיו *opus est ut manus suas attollat*, exponit דהיינו ראשי אצבעותיו i. e. *summitates digitorum suorum.* quod ita etiam intelligi volunt, ne, si primò eas elevaverit, postea demittat antequam exiccatæ fuerint; ac præceptum cũ conditione, non absolutè, datum. nam si משפילן מתחלת הנטילה עד סופה *ab initio lotionis usque*

uſque ad finem manus demiſerit, rectè hoc ex multorum ſententiâ, fieri; nec ibi periculum eſſe ab aquæ primæ reliquiis quæ reverſæ pollutionē ſecum in manus deferant. Obſervandum etiam hoc monent cum bis manibus aqua affundatur; quod ſi vel unâ vice, unoque impetu ipſis injiciatur integra *Rebiit*, quò ſimul ac ſemel purgentur, vel è contra in tres partes ſeorſim affundendas diſtribuatur, ut periculum non ſit ne tantillum aquæ terminum lotionis pertranſeat, non eſſe quod quis ſollicitus ſit בהשפלתם ידיו ולא בהגבהת לא *de manibus vel ſurſum levandis vel demittendis*. atque hæc ex eorum præcipuè qui ad metacondylos manus abluere ſatis ducunt, mente dicuntur. Qui verò uſque ad brachiale eas lavandas præcipiunt, aliter rem explicent neceſſe eſt, atq; * integras manus dum eas vel elevare vel dimittere jubent, non digitos tantum intelligant. Eorum ergò ſententia ubi obtineat, affirmantibus authoribus, *Shulcan Aruc* & *Lebuſh*, &c. להגביה ולא להשפיל לא צריך אינו *neque manus attollere, neque demittere neceſſe ducitur*, quamvis יש חולקין *ſunt* (inquiunt) *qui diſſentiant*. Fuſius hac de re in *Beith Yoſeph* diſputatur: & quæritur quomodo non ſe planè deſtruat, ac tantum non inter ſe pugnantia contineat hoc de manibus inter lavandum ſurſum levandis præceptum, dum & cavere jubet ne aqua quæ ultra carpum fluxerat, refluens manus de novo polluat, atque ita interim manus componere ut neceſſe ſit aquam in brachium defluere, quæ cum ob veſtes quibus pars iſta tegitur, abſtergi atque exiccari non poſſit, in manus poſtea diſtillans rurſum ipſas inquinet. Quanto ſatiùs fuiſſet ראשונים במים ידיו שישפיל אחרונים במים שאמר כשם *etiam ante cibum capiendum, uti poſt cibum captum fieri jubent, præcipere ut manus demit-*

* ידיו ממש *Manus propriè dictas Beith Yoſeph.*

Part. 1. n. 162.

demittantur? Ad hæc inter ſe concilianda, oſtenditur eam quæ requiritur manum elevationem, non eſſe הגבהה גמורה *elevationem omnimodam*, ſed הגבהה קצת *quâ ex parte* eriguntur, i.e. ſitum qnendam medium quo nec in altum tollaptnr, nec verſus in terram pronæ demittantur, quoq; revera caveatur, non tantum ne refluat aqua ſemel affuſa, ſed כדי שלא יצאו חוץ לפרק *ne omnino inter affundendum ultra carpum defluat*, quo ullius ab ea pollutionis metus ſit. Plura apud eundem authorem, aliôſque his de rebus legere eſt, quibus omnibus ex diametro oppoſita videntur ea quæ de hoc ritu habet Illuſtriſſimus *Scaliger*, ubi cum per πυγμῇ tale intelligi dixiſſet manus *Schema* quod colligitur pollicis ungue cum quatuor digitorum ſummitatibus conjuncto, addit, "Cum igitur manus ſic con-"figuratæ fuerint, attolluntur ita ut aqua, quæ inter la-"vandum manibus hæſerit, una cum ſordibus per exte-"riores partes manuum ad cubitum uſque defluant, & "mox manibus eodem ſchemate manente, terram verſus "pronis demiſſis, ab cubitis in terram decidant: Itaque "in lotione manuum tria fiunt. Lavantur manus ita ut "omnes ſordes eluantur, Componuntur deinde in pug-"num, Poſtremo elevantur & demittuntur. At hoc eſt quod nullo modo permittunt, ut vidimus, *Judæi*, ut manus poſtquam ſemel elevatæ fuerint, ante lotionem peractam, atque aquam abſterſam demittantur. immunditiem hoc pacto augeri, non tolli. Pergit Illuſtriſſimus vir, *Inde vides quare elevatio manuum vocata ſit accurata illa* χειρολυσία, *qua ab antiquis uſque temporibus, hactenus utuntur Judæi*. ita enim נטילת ידים ipſo interpretante eſt, *Elevatio manuum*, χειραρσία. Notus eſt equidem verbi נטל ſignificatus quo elevare denotat, at num ille, quo & manus lavare ſignificat,

Elench. Trihæres. Serrarii c. 7.

cat, ab eodem fluat, quod ſcil. inter lavandum elevari debeant, dubitari non immerito poſſit, cum de ea etiam lotione dicatur in qua manus ſurſum levare nefas ſit, viz. de ea quâ poſt cibum ſumptum purgantur, (de quâ præceptum eſt non temerandum אחרנים צריך שישפיל ידיו *ad aquam poſt cibum* [excipiendam] *neceſſe eſt ut quis manus demittat. Sotah.* c. 1. *Yad Berac.* c. 6. 16, *& Arb. Tur. part.* 1. *n.* 161.) Nam & ea נטילה *netilah* vocatur.

Obſervari autem poteſt varia ejuſdem verbi quâ apud *Rabbinos* dum his de rebus agunt, occurrit, conſtructionis ratio, aliàs enim cùm præpoſitione ל dativi notâ conſtructum reperitur, aliàs accuſativum ſibi adjunctum habet, priori formâ tollendi & ferendi, intellectum ſibi vendicare videtur, ut cum dicunt בכל כלים נוטלין לידים quod reddi poteſt *Omnibus vaſis aquam tollunt, apportant, afferunt*, vel *deſumunt manibus*. reſpici enim poteſt vel actio ea qua aqua hunc in uſum loco ſuo tollitur atque hauritur, vel qua vaſi jam impoſita affertur aut tollitur ad affundendum manibus. ubi cum accuſativo ſimpliciter conſtruitur, lavare ſonat, ut cum dicunt נטל ידיו *Lavit manus ſuas*, in qua tamen ſignificatione etiam cum ל aliquando conſtruitur, ut in principe illa hujus ritus traditione quam è tractatu *Miſnico Chagigah* c. 2. §. 5. laudavimus, נוטלים לידים לחולין *Notelim leyadaim* &c. *Lavant manus ad cibum communem, &c.* ac forſan cum frequenter hoc ſenſu uſurpari cœperit verbum, tum demum ל illud omiſſum eſt. nec obſcura interim ſignificatuum priorum hîc veſtigia ſunt, cum ea propriè lotio נטילה vocetur quæ fit aquâ prius è loco ſuo hauſtâ, ac è vaſe in altum levato, vi præbentis effuſâ, deſcribentibus, uti vidimus, Magiſtris, atque ita à טבילה quæ

manuum in aquam immerſatione peragi ſolet, diſtinguitur. Porrò urceolus, vel vas, unde manus lavantur נטל *Netal*, vel נטלא *Natla*, ſive נטילא *Netila* audit. atque ab
Lex Talmud. hoc vaſe volunt (inquit Clariſſimus *Buxtorfius*) nomen נטילה dictum, pro lotione manuum ex iſto vaſe. ſic *Lebuſh* part. 1 n. 4. לשון נטילה הוא על שם הכלי שרוחצין ממנו שהיה נקרא אנטל בלשונם והיה מחזיק רביעית
* Id num. 159. §. 20. *Nomen* Netilah [Lotioni attributa] * *eſt à nomine vaſis è quo lavant, quod vocatur* Antal, [vel *Netilah*] *ac* Rebiith *capiebat*. quæ *Etymi* ratio ſi cui placeat, accipiat ad ſententiam ſuam confirmandam etiam in lingua *Arabica* ناطل ejuſmodi ferè vas ſignificare, & نطل *Natala*, aquam paullatim è vaſe effundere, unde & نطول cum male affecti capiti liquor aliquis ex præſcripto medici è gutturnio paullatim affunditur. Sequitur apud magnum *Scaligerum*, *Sordes autem & ſi quæ in manibus adhuc cum aqua adhæſerint vocantur* חוצצי טבילה τὰ λεπτὰ τῆς λέσεως. Quamvis hîc de נטילה *Netilah*, ſeu ablutione manuum, non de טבילה *Tebilah*, ſeu merſatione ſermo fuerit, perinde tamen ſe habet, cum apud ipſos regula ſit כל שחוצץ בטבילה חוצץ בנטילת ידים *Quicquid diſcriminat ſeu impedit in merſatione, impedit etiam in ablutione manuum*. ab iſtiuſmodi rebus manus purgaturum ſollicite cavere jubent, ſcil. ne poſt aquam primò affuſam in manibus relinquantur, tum enim fruſtra ſecundam affundi, utpote quæ aquæ primæ eam ſolummodo partem purget quæ manui, non quæ rei alicui alii adhæſerit, quare autem quæ ejuſmodi ſunt τὰ λεπτὰ τῆς λέσεως reddat, non ſatis capio, חצץ *Chatzats*, (ſi eò forſan reſpexerit) certe aliàs *Scrupum*, *lapillum*, *calculum* denotat. quid vero hic per חוצצין *Chotſetſim* intelligant, facilè percipimus, ut ex iis quæ de ipſis tradunt, ita è diſertis *R.*

Tanchum

Tanchum verbis, dictum prius laudatum כל שחוצץ *Quicquid* &c. ſic explicantis, يعني يحجز بين الجسم والما بان يكون علي الجسم شي ملاصق يمنع الما الواصـــل لذلك i.e. *Quicquid inter corpus & aquam dividuum intervenit; dum* ſcil. *corpori adhærens res quæpiam impediat, aquam quæ ad eam pertingit*, [à contractu corporis.] vel ſi quis eadem Hebraice malit, ita habeat prout in *Beith Toſeph* è l. *Torath habbeit* adducuntur. ומה הן הדברים החוצצים הדברים שהם נדבקים ביותר אל הידים ומונעים את המאים מלבוא שם כמו טיט היון טיט היוצרים Part.1.n.161.

Quænam ſunt Hachotſetſim, *res quæ diſcriminant? Res quæ manibus tenaciter adhærentes impediunt aquam quo minus eò pertingant*; e.g. *Lutum ordinarium, lutum figulinum, lutum albumine ovorum maceratum, gummi aridum, & ſordes quæ ſub unguibus ubi ultra carnes excreverint.* His accenſent & annulum, quem inter lavandum exui jubent qui lotionis terminum, cibum etiam communem capturis, vel ad metacondylos, vel brachiale extendunt; nam qui ſufficere aiunt ut ad condylos lavent, haud neceſſe eſſe ſtatuunt, ut exuantur annuli, cum infra articulum iſtum geſtari ſoleant. Atque hoc præcipue affirmant cum annuli מהודקים ſeu *anguſtiores* fuerint. Sin רפוין *laxiores*, retineri in manu poſſe, tutius tamen judicantibus aliis ut omnino deponantur. Diſtinctè tradunt alii quæ de קיסם וצרור *feſtucis & calculis* ſollicitè in prima lotione amovendis monet *Miſne*; *Maimonides* verò (obſervante *Joſepho Karo*) ejuſmodi omnia ad caput החציצה *diſcriminationis* ſeu ſeparationis, cujus meminimus, rebus diſcriminantibus reducit, & ſub eo cõprehendi vult. Atq; ex his de הדברים החוצצים quæ *Scaliger* τὰ λεπτὰ τῆς λύσεως, vertit, judicare liceat.

Porrò

Porrò ex iis quæ inter lavandum obſervari jubent, eſt etiam שפשוף *Shiphſhuph* affrictus, confricatio, ſeu defricatio, *Maimonides* traditionem è *Toſiphta* producens ſic explicat, מבואר בתוספתא אמר הנוטל ידיו צריך לשפשף, יעני אן יחך בעצהא בבעץ, *Declaratum eſt in* Toſiphta *oportere lavantem manus ſuas* Leſhaphſheph, i. *alteram alteri affricare*, quæ primo obtuitu favere forſan videantur illi verborum πυγμῇ νίψωνται interpretationi, quæ ſonare ea vult pugno in cavum manus alterius immiſſo defricari, (quod ſanè fieri ſolitum putat *Scaliger*, licet aliud hic innui dicat) at penitius inſpecta, & ex *Rabbinorū* mente explicata, nihil minùs quam eo tendere reperientur, nam nec defricatio, quam requirunt, ſordium tenaciùs adhærentium abſtergendarum gratiâ, nec tam manibus in pugnum flexis quam expanſis, fieri ſolita videtur. Huc ſpectant quæ dicunt הנוטל ידיו צריך לשפשף שפשפה בחבירתה טמאה בראשו או בכותל טהורה *Qui manus ſuas laverit necesse eſt ut eas affricet, ſi alteram alteri affricuerit immunda ſit, ſi capiti ſuo vel parieti munda eſt:* è quibus hoc elici docet *Joſephus Karo* neceſſariam eſſe quidem manuum defricationem, at, contra ac ſonant *Maimonidis* verba, non שצריך לשפשף שתי ידיו זו בזו *necesse eſſe ut manuum ſuarum alteram alteri affricet*, cum vel capiti vel parieti eas affricare liceat, ideoque nihil aliud ex nonnullorum mente requiri ait * quā לקנח מים שעל ידיו במפה או בשאר דברים *ut abſtergatur aqua quæ manibus adhæſerit, ſive mappâ, ſive re quapiam aliâ* ob illud quod in *Talmude* dictum eſt, כל האוכל פת בלא ניגוב ידים כאילו אוכל לחם טמא, **ſi quis comederit panem non exiccatis manibus perinde eſt ac ſi immundum comediſſet*. Ex iiſdem non minus perſpicuè

In Præf. comm. in Yadaim.

* שפשוף לשון כנוח הוא *ſignificatus* Shiphſhuf. *eſt abſterſio* Beith Yoſeph.

**Sotah c.* 1.

cuè quæ diximus elici videntur. Affricationem iſtam manibus expanſis non in pugnum contractis fieri ſolitam, inde patet, quod earundem ad caput vel parietem defricandarum meminit: ad quod neutiquam idonea erit, quæ ita flexa fuerit manus. Deinde nec ad ſordes ſollicitiùs purgandas conſricanda manus, cum à manu ad manum transferri aliquando confricatione immunditiem, non tolli doceant. ideoque cavendum ne niſi utræque prius aquâ perfuſæ confricentur, quod ut his verbis obſcuriùs innuitur ita à *R. Mordechai* (ut alios omittamus) in *Lebuſh*, perſpicue traditur, qui manum unam aquâ madidam, alteri eâdem non ſimul perfuſæ affricare, lotioni rectè peragendæ contrarium eſſe docet; at ſi ſimul eâ perfuſæ fuerint manus etiam poſt affuſionem primam licere ipſas confricare, cum pro una jam habeantur. quòd ſi integrâ *Rebiith* ſimul affuſâ ambas proluerit, aut eâ in tres, ut in ſuperioribus explicatum, partes totidem vicibus affundendas diſtributâ tum צריך לשפשף ידיו זו בזו כדי לקנח יפה כל המים קודם ניגובם במטפחת שבזה נטהרו יפה *oportere ut manuum alteram alteri affricet, quo totam aquam diligenter abſtergat antequam ipſas mantili exiccet; ita futurum ut optimè mundentur.* Hoc interim cavendum monens, ne inter confricandum partem aliquam contingat ad quam non pertigerit aqua; ſecus enim refluente humore illas ſe invicem polluturas. Ex his facile ſtatuere eſt cujuſmodi ſit de qua loquuntur * Magiſtri, manuum affricatio, quæ ab ea quæ pugno alterius manus palmæ inſerto fiat, ſatis diverſa, & vix eam admittere, videatur.

Part. 1. n. 162. § 5.

* *Alii ut de re quæ ad arbitrium poſſit, alii ut de re quæ debeat fieri.*

Quæ hactenus dicta ſunt ad eam præcipuè lotionem ſpectant, quam מים ראשונים *aquam primam* vocant, quâ ſcil. antequam cibum capere liceat purgandæ ſint

 manus

manus; quam rursum in primam, secundam & tertiam distinguunt prout vel tota simul, vel binis, vel ternis (ut vidimus) vicibus, affusa fuerit, quas tres lotiones pro
v. Bez. una habitas fuisse verissimum est. Præter hanc מים אחרנים *aquæ posterioris*, seu quâ post cibum ὕστερίζειν solebant mentionem etiam injecimus, de qua adhibenda non minus quam de priori solliciti erat; imo vel magis. Nam cum perinissum aliqüibus aliquando fuerit priorem omittere, posteriorem istam semper observare tenebantur.
Irub. c. 1. § ult. Ideoq; quod in textu Talmudico dicitur, milites in castris פטורין מרחיצת ידים *ad lavandas manus non teneri*, explicat *Gemara* לא שנו אלא מים ראשנים אבל אחרונים חובה *Non intelligendum hoc nisi de aqua prima, posteriorem autem*
Berac c. 6. *debitam esse*. utriusque rationem reddit *Maimonides*. ad priorem lotionem non tenentur, מפני שהן טרודין במלחמה
v. Lebush. n. 181. part. 1. *quod belli negotiis anxiè occupati sunt*, posteriorem negligere vetãtur מפני הסכנה *ob periculũ*. Hujus e. lotionis necessitatẽ
אפעג שאינו מצוה כבי ממי הוא חובה non tam à præcepto aliquo quam à periculi metu esse volunt, hoc est quod in *Talm. c. Col. Habbasar* dictum est, מים ראשנים מצוה והאחרונים חובה *aqua prior præceptum est, posterior debitum*. sc. משום מלח סרומית *gratiâ salis* Sodomitici
שמסמא העינים cui vim oculis valdè noxiam inesse scribunt, ac cæcitatem inducere. quo igitur à periculo quod inde oriri posset, si istiusmodi salis, vel pani vel cibo admisti aliquid
qui oculos occæcat. Arba Tur. n. 181. part. 1. manibus adhæreret, caverent, cúmque præceptum sit אחר כל אכילתך אכול מלח *post omnia quæ comederis comede*
Lebush ibid. *salem*, quicquid in manibus esset affusa aquâ ablui jusserunt. quod & tum observatu commodum esse monet *R. Mordechai*, cum sal *Sodomiticus* in usu non sit. scil.
Arba Tur. ibid. quòd יש לחוש מפני מלח אחר שטבעו כמלח סרומית *suspicari liceat alium salem ejusmodi cum Sodomitico natura esse*,

imò

imo & cum salem post cibū seorsim comedere moris non sit, atque aliam etiam ob rationem, scil. quod cum non jam sit in usu שמן ערב *oleum suave* (quo olim manus suas ungebant ad sordes tollendas, eásque ante benedictionem mundandas) יזהרו במים אחרונים להסיר הזוהמה מן הידים לנקותה במקום השמן ערב *aquam posteriorem vice unguenti adhibeāt ad tollendas à manibus sordes quo munda sint ad benedicendum*, seu antequam Deo pro cibo sumpto gratiæ agendæ sint. hodiè tamen cum penitus cessaverint, & in desuetudinem abierint rationes illæ ob quas olim sedulò observabatur ritus iste post cibum lavandi, ipsum etiam in desuetudinem apud plerosque abiisse monent. *Lebush. ib. § 9.* Ea quæ aquam istam posteriorem spectant ab iis quæ in illa ante cibum affundendâ vel excipiendâ observabantur, in non paucis discrepant. neque enim de vase è quo manibus affundenda erat, adeo ac in priori, solliciti erant, at in quod à manibus deflueret, magis. Aqua enim prior sive in terram, sive in vas decideret perinde erat, at à cibo lavantibus necessario supponendum erat pollubrum, vel aliud, saltem aliquid quo exciperetur, quod à manibus decideret. *אין צריך כלי non opus est vase Id. n. 181.* prior aquâ vel calidâ vel frigidâ peragebatur, ad posteriorem æquo calidiorem non adhibebant; in priori attollendæ, eo quo vidimus modo, at in posteriori necessario demittendæ erant manus, quò quicquid adhæreret salis Sodomitici vel sordium aquæ vi deferretur. *Ib. & Shulc. Ar. & Rambham. Berac. c. 6.* Ejusdem terminus medii digitorum articuli statuuntur, & unica vel aquæ vel alterius cujuslibet liquoris (vino excepto) affusio satis ducitur, cum adhibita fuerit, non (ut prior) לטהרה מידי טומאה *purificationis gratiâ ad immunditiem legalem tollendam*, sed לנקיות משום סכנה *ad munditiem, resque noxias manibus* abluendas,

 &

& periculum ab hominibus depellendum. Sed & alia adhuc, quam mediam appellare liceat, lotio eſt (מים אמצעיים *aquam intermediam* vocant Magiſtri) quâ ſcil. בין תבשיל לתבשיל inter fercula cum ab uno ad alterum cibi genus

Talm. c. Col. Habbaſar.

tranſirent, utebantur. hanc רשות *Reſhuth*, *Rem planè liberam* eſſe dicunt : רצה נוטל רצה אינו נוטל *ſi libuerit lavabit*, *ſin*

Berac. c. 6.

minus, *abſtinebit* (inquit *Maimonides*) quod tamen ita intelligendum volunt alii ut ſint eſculenta iſta, ejuſdem generis; ſin diverſi fuerint, e. g. ſi poſt aliquid è caſeo confectum carnes, vel pôſt aliquid è carnibus confectum,

Shulc. Ar. part. 1. n. 173. & Lebuſh ib.

caſeum comedere velit, tum neceſſe eſſe ut abluantur manus, nec non inter carnes & piſces. Lotio iſta media pleraque cum poſteriori communia habet, niſi quod in hac animum magis advertere deceat, nec eum alio transferre, ac majorem etiam manibus abſtergendis curam adhibere; nec alio quam aquâ liquore uti. His perpenſis fatendum eſt equidem *Judæos* crebrò lavare ſolitos; nec tamen hinc πυγμῇ pro πυκνῇ vel πύκα &c. quod *ſæpiſſimè* denotet, hoc loco uſurpari, colligi poteſt; neque enim hîc de cæteris, ſed de ea tantum lotione quâ cibum capturi manus purgabant, quæ ſæpe unâ, plurimùm trinâ aquæ affuſione peragebatur, ſermo eſſe videtur. Eam religioſè admodū obſervâſſe ipſos oſtendunt quæ diximus, quibus addi poſſent & id genus alia quamplurima, ut quod nec itinerantibus vel alicubi morantibus, modo intra quatuor mille paſſuum ſpatium aquæ aliquid ad quod progrediendo, vel unius ad quod retroëundo pertingere poſſint, reperiatur, antequam inde ſibi quo manus abluant ſumſerint, quicquam guſtare permittant; nec vel ſi manus mappâ involvere, aut cochlear aut furcillam adhibere, aut aliud quodvis commentum excogitare velint, quo cibum

manibus

manibus intactum ori ingerant. tum demum ubi intra hujusmodi spatium nulla occurrat, aqua, licebit illoto, manibus linteo tectis, aut mediante cochleari, non aliàs, cibum sumere. quin nec ab alio cibum ori suo ingestum nisi prius loto comedere fas est, quamvis illi qui alium paverit haud necessarium statuunt manus abluere. Adde *Rambam Berac.*
quod asserunt, אפילו אין לו מים אלא כרי שתייה נוטל *c. 6. § 19.*
ידיו במקצתם ואחר כך אוכל ושותה מקצתו *Etiā si non fuerit ipsi plus quam ad bibendum sufficiat, parte ejus manus lavabit, dein reliquo ad edendum & bibendum utetur.* Ex his atq; ejusmodi aliis certissimum esse patet quod ait *Syrus* interpres, lavâsse ipsos בטילאית ἐπιμελῶς nullâ nō adhibitâ diligentiâ. ita tamen ut & ipse magis quid fecerint *Judæi*, quam quid dixerit *Evangelista* expressisse videatur. Hæc autem fecisse dicuntur κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων. atque hæc certè in ipso *Talmude* ratio redditur quare illotis manibus panem edere nefas ducant. *viz.* quod mos, antiquorum traditione & præcepto sancitus fuerit. occurrit c. *Col. Habbasar* jam non semel laudato. נטילת ידים לחולין מפני סרך
תרומה ועוד משום מצוה *Abluendæ sunt manus ad cibum communem, tum ne* Terumam *quis manibus pollutis comedat* [atque ita * mortis cœlitùs infligendæ reus fiat.] *tum ob mandatum.* Quodnam autem mandatum: מצוה לשמוע דברי חכמים *Mandatum quod sapientum verba auscultare jubet.* Quamvis enim ritum istum aliquo modo in lege fundari volunt & ad verba ista וידיו לא שטף במים *& manus suas non laverit,* Levit. xv. 11. referant, non est hoc tamen aliud quam אסמכתא בעלמא *probatio minimè valida* & שאינו אלא מדרבנן *non aliunde quam à Doctoribus profectum* fatentur, quorum tamen verba cum jubente lege

* האוכל תרומה טמאה חייב מיתת בידי שמים *Qui Terumam immundam comedit reus est mortis cælitus infligendæ.* *Leb. part. 1. n. 158.*

Ibid.
Arb. Tur. ibid.

(ut volunt, *Deut.* XVII. 11.) in omnibus ſequi decet, perinde eſt quod ab ipſis profectum, ac ſi in ipſa lege diſertis verbis præceptum eſſet, nec minori curâ ac diligentiâ obſervandum. Hanc certe traditionem ne quis neglectui haberet ipſam monitis, minis atque exemplis munitam dederunt. צויים הרבה צוו חכמים והזהירו על הדבר *multa dederunt præcepta ſapientes & cavere homines juſſerunt*, inquit *Maimonides*, quo quæ inde proveniunt commodis alliciantur, illud *R. Chaſda* inculcant אנא משאי מלא חפנאי מיא ויהבו לי מלא חפנאי טיבותא *Lavanti mihi quanto caperent pugilli mei aquæ, dederunt* [cœlitus ſc.] *plenos pugillos felicitatis*; quo quæ neglectum ejus conſequuntur malis abſterreantur, dicunt כל המזלזל בנטילת ידים חייב נדוי ובא לידי עניות ונעקר מן העולם *Quiſquis parvi pendit lotionem manuum reus eſt excommunicationis, pervenit ad paupertatem, & è mundo extirpatur.* hâc culpâ meruiſſe *R. Eleazarum* ut excommunicaretur. Dicunt etiam מים ראשונים האכילו בשר חזיר ואחרונים הרגו את נפש *Aqua prima* [neglectus] *in cauſa fuit ut ederetur caro porcina, aqua poſterioris, cauſa homicidii.* Hiſtorias quibus hoc confirmant legere eſt *Latine* verſas in *Synagoga Judaica* Clariſſ. *Buxtorfii* c. 6. Hinc eſt quod *R. Akiba* cum in carcere detento haud ſatis aquæ eſſet ad bibendum, manibus tamen potius eam affundi juſſerit, dicens, מוטב אמות מיתת עצמי ולא אעבור על דעת חברי *Præſtat meipſum ſiti enecare quam majorum meorum inſtituta tranſgredi*: vertente *Buxtorfio*, apud quem ibidem habetur è tr. *Talmudico Yoma* petita hæc hiſtoria, cujus exemplo quid aliis faciendum ſtatuant jam è *Maimonide* vidimus, ut & quomodo ubi non niſi magna difficultate parari

v. Rambam ut ſupr.

ib. §. 19.

Talm. Sabb. c. 6. *f.* 62.

Ibid. & *Arba Tur. Shulc. ar. Lebuſh. pers.* 1. *n.* 158.

Talm. c. Col. Habbaſar. f. 106. *Yoma c.* 8. *f.* 83.

parari aqua possit, violari tamen non debeat ipsorum mandatum. Quod si quis fuerit במדבר או במקום סכנה ואין לו מים *in deserto, vel loco periculi* [pleno] *nec sit ipsi aqua, tum demum* פטור מנטילת ידים *Liber est à lotione manuum,* דלא חייבוהו במקום שאינו יכול *utpote quam non necessario requirunt in loco ubi præstari non potest.* Ut autem tantam sibi hoc majorum institutum observandi necessitatem incumbere olim putaverint, cur tamen perpetui illud juris esse velint, atque hoc etiam tempore observari quo sublato *Teruma* usu penitus cessaverit ipsius ratio, quæ à *Teruma* (ut vidimus) rite edendæ curâ petita est, quærat forsan aliquis. Respondent, ואעג' שאין עכשיו לנו תרומה לא בטלה הגזירה משום שיבנה בית המקדש במהרה בימינו ונחזור לארצנו ויהיה לנו תרומה ונדע ליזהר בה *Quamvis non sit nobis jam* Terumah, *non tamen abolita est constitutio ista, quoniam cito ædificabitur Sanctuarium in diebus nostris; ac tunc in patriam nostram revertemur, eritque nobis* Terumah, *cujus ritè tractanda* [hoc pacto] *periti erimus.* Τῶν πρεσβυτέρων seu *Seniorum* quibus accepta fertur hæc traditio, titulus *Hebraico* זקנים *Zekanim* propriè respondere videtur, quo nomine indigitabantur, ut cujusvis post *Mosen* ævi Senatores: ita aliàs privatim è doctoribus שמתאחרין בער עזרה *illi qui* Ezra *posteriores erant*, teste *Maimonide*, ad tract. *Misnici Yadaim*, c. 4. §. 3. ubi distinguuntur זקנים *senes* vel *seniores*, à נביאים *Prophetis*, verba *Misna* sunt מצרים מעשה זקנים ובבל מעשה נביאים [Decimæ secundæ] *in* Ægypto [solvendæ] *factum* [seu decretum] *est seniorum* [in] *Babele, Prophetarum*. Eo autem hîc intellectu sumenda vox πρεσβύτεροι videtur, ut veteres quoslibet Doctores comprehendat quorum authoritate traditiones quasli-

Shulc. Ar. & Lebush. part. 1. n. 168.

quaslibet ἀγράφως tuebantur, quocunque demum sæculo floruerint, & quoscunque aliis aliàs insignitos titulis, reperies, sive רבנים *Rabbanim*, sive חכמים *sapientes*, sive סופרים *scribas*, sive & חברים *Socios*, seu *Doctores*, vocitatos. dicitur enim hæc traditio, ut vidimus, מדרבנן *à Doctoribus nostris* [profecta constitutio] nec non מצות חכמים *Decretum Sapientum*, & in verbis *R. Akiba* דעת חברים *Sententia Sociorum*, seu *Doctorum*, & passim מדברי סופרים *è verbis Scribarum esse*: quamvis authorem ipsam habuisse *Salomonem* autument; licet ab aliis qui longo post ipsum intervallo floruerunt novis subinde auctam ritibus. ipsum enim & בית דינו *ipsius Senatum* tantum respectu קדש, seu ad res sacras comedendas ritum hunc instituisse, dein חכמים שאחריו *Sapientes ipso posteriores* אף לתרומה *etiam ad Terumam* idem fieri jussisse, ואחר כך נזרו על אכילת חולין שצריך נטילת ידים *postea* [succedentes alios] *statuisse vel ad cibum communem capiendum, abluendas manus.* Porrò præter hanc quâ ad cibum capiendum parabantur, alia etiam est lotio qua manus quisque quam primum è lecto manè surrexerit aquâ (אם יש לו *si ipsi adsit*) purgare debeat quo lectionem *Shemaah*, quam vocant, rite peragat & oraturus purum se Deo sistat, neque enim טהור *mundum* seu purum, audire hominem antequam שיביא ידיו במים *manus aquâ perfuderit*, quod & exemplo Sacerdotum Sanctuario ministrantium confirmant, qui non prius cultus sacros præstabant quam è labro ibi in eum usum posito, affusâ aquâ loti essent. in locum autem cultuum ab ipsis peragi solitorum successisse lectionem *Shemaah* & preces mane, * atque aliàs, Deo fundendas. Non est cum de *Judæorum* lotionibus instituatur sermo, hæc cum priori illa temerè confundenda. In multis enim

חכמים ראשונים *Sapientes priores*, *Tad. Ter. c. ult.*

Gemar. Sabb. c. 1. et Tad. Mikua c. 8. §. 8. et Harabad. ib.

שמאי והלל גזרו טומאה על הידים *Shammai & Hillel decreverunt manus immundas fore. Gemar. ib. f. 14. & v. sup. p. 321.*

* *Lebush. part. 1. n. 4. § 1.*

* *Nam & aliàs ante preces lavandæ manus. Tad. Tephillah. c. 4. § 2.*

enim ab ea diſcrepat.* cum ad hanc haud eadem vel aquæ, qualis aut quanta fuerit, vel vaſis è quo præbenda ſit, cura requiratur, imò ſi nulla † præſto fuerit ſatis cenſeatur ut manus quis בצרור או בעפר *gleba terræ aut pulvere*, vel re quapiā aliâ, quâ mundari poſſint defricet: reliqua ob quæ lavari jubent ut omittā, utpote ab inſtituto noſtro aliena, videat cui lubet apud *Joſephum Karo* in *Shulcan Aruc* & *R. Mordechai* in *Lebuſh* part. 1. n. 4. §. 18 enumerata*.

* *Quamvis eadem ferè in utraq; obſervanda ſtatuat* Maim. *ibi. aliáq; ſi fieri poſſit.* Shulc. *n. 4. §. 7.* † *ſcil. intra ſpatium ſup. definitum.* Maim.

Atque ab his, quæ à *Judæis* tam religioſe obſervata, accepiſſe etiam *Mohammedanos* ſolennem iſtam, quâ ſe oraturi purgant, lotionem (الوضوا *Awoduan* vocant) & vicariam ipſi التيمم *AlTajammom* ſeu manuum &c. pulvere (ubi non adſit aqua) defricationem, cæteráſque, quibus aliis de cauſis utuntur, ablutiones, nullus dubitabit qui ſuperſtitioſos utrorumque ritus inter ſe contulerit. Utriſq; commune eſſe ut non minimam religionis ſuæ partem in iis ſitam arbitrentur, patet tum ex iis quæ hîc Chriſti diſcipulis eorum negligentioribus à *Phariſæis* objiciuntur, tum è citerioris ævi atque alterius ſectæ ſcriptore *Iſmaele AbulFeda*, qui in hiſtoria ſua, de *Chriſtianorum* ſectis & moribus agens, hæc habet, ولا يتوضون للصلاة ويذكرون الوضو على المسلمين واليهود ويقولون الافضل طهارة القلب *Neque lavant ad preces; Mohammedanis autem & Judæis lotiones ſuas exprobrant, dicentes radicem* [ſeu illud quod præcipuè curandum eſt] *eſſe munditiem cordis.*

* *ſi è latrina, ſi è balneo prodierit, ſi ungues præciderit, calceos ſibi exuerit, pedes ſuos tetigerit, caput ſcaberit, inter ſepulchra ambulaverit, mortuum tetigerit, vaſa ſua purgaverit, cum uxore rem habuerit, vermiculum tetigerit, corpori ſuo manum admoverit.*

Pergit *Evangeliſta* in eorum ſuperſtitione deſcribenda, Καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, ὐκ ἐσθίυσι] *Et à foro niſi baptizentur* [vel *loti fuerint*] *non edunt.* Hæc de corpore univerſo intelligi volunt docti, ut quod præceſſit, de manibus. quorum ſententiæ, unanimi ferè Interpretum conſenſu re-

Beza. Druſ. Grot.

ceptæ, ut non temerè contradixerim, ita cur nec in eandem protinus descendam, sunt quæ faciant, suadeántque & hanc lotionem manuum propriam statuendam: sive eam quæ ipsarum in aquam immersione, sive quæ aquæ in easdem affusione præstaretur, intelligamus. inter has enim aliquid est discriminis, & utram earum hic innui velit lector, nisi utramque malit, ipsi, ubi ea quæ in medium adduxerimus perpenderit, judicandum relinquimus. Totius autem corporis ablutionem colligunt (inquit *Dionysius*) ex *Græco* verbo βαπτίζεσθαι. at nisi alia producantur argumenta, parum est in hoc momenti. Plus est (aiunt) βαπτίζεσθαι quam χερνίπτειν. Fateor, ita & טבל *Tabal* quàm נטל *Natal*, (quorum illud priori, hoc alteri propriè respondet,) éstque, ut loquuntur, מעלה יתירה *gradus quidam* [purgationis] *superior*, at non qui necessariò totius corporis mersationem indicet, sed de manibus aliquando solis dicatur. quas (ut diximus) erat cum aquâ affusâ lavarent, & cum aquæ ipsas, purgandi gratiâ, carpo tenus immergerent. utrumque ex Majorum instituto, quod si sententiam *Misnicam* quam partim prius laudavimus, integram jam apposuerimus, facilè patebit. Est ea prout *Chagigah* c. 2. §. 5. habetur נוטלין לידים לחולין ולמעשר ולתרומה לקודש מטבילין ולחטאת אם נטמאו ידיו נטמא גופו

De tribus sectis. lib. 2. c. 15. Beza.

v. R. Obadiam. ad Chagig. c. 2.

נטילת ידים וטבילתן מדברי סופרים

Yad. Mik. cap. 11. 1.

Aquâ affusâ manus abluunt ad cibum communem, decimas [*secundas*] *& Terumam, at ad sacra immergunt; respectu* Chataath [seu aquæ lustrationis] *si polluta fuerint manus cujuspiam, totum corpus pollui censetur*: quæ verba quoniam ad illud de quo loquimur illustrandum apprimè faciunt, quid ad ea annotent Magistri paucis videamus. Scholia ergò quæ titulo *Caph Nachat* à *R. Isaaco Gabbai* edita sunt, sic breviter, verbis è *R. Salomone* desumptis, rem enarrât [נוטלין *lavant*]

lavant] i. e. חולין ומעשר ותרומה די להם נטילה *Ad profana & decimas &* Terumā *satu est ut lavent manus* (aquâ affusâ) [ולקדש *at quod ad res sacras,*] i. e. אם בא לאכלו צריך טבילה, *si ad eas comedendas accesserit opus est immersione* [ולחטאת *& ad aquam aspersionis*] i.e. ליגע במי חטאת להזות מהם על טמאי מתים יש מעלה יתרה *ut tangat aquam lustrationis quò eâ immundos contactu mortui aspergat, gradus adhuc ulterior est.* [נטמאו ידיו *si polluta fuerint manus ipsius*] וכל הגוף צריך הטבילה *Etiam toti corpori immersione opus est. Maimonides* (ut ea quæ de manuum ad profana, decimas & *Teruma*, etiāsi haud certò noverit quis eas immūdas esse, lotione dicit utpote in superioribus memorata, omittam) quæ de rebus sacris asserit, sic explicat, בשר קודש או לחם קודש מטביל ידיו והיניד ינצם בה *Quod ad carnē sacram, aut panem sacrum, manus in aquā prius immerget ac tum ea contrectabit. Chataath* autem cujus hic mentio fit הי פרה ארומה אלתי קאל אללה פיהא חטאת היא וגעל לרמאדהא דרגה פוק אלקדש *Est* (inquit) *vacca rufa de qua dixit Dominus* Caataath hi [*expiatio pro peccato est*] *: cujus cineribus gradum supra res sacras tribuit*, viz. quòd אלא אנתנסת ידיה לא יגוז לה ינצם בשי מן אפר הפרה חתי יטבול במי מקוה לא יטביל ידיו פקט כמא יפעל לגירה מן אלאמור אלתי תחתאג אלי טהארה *ubi pollata fuerint cuipiam manus, non liceat ipsi cineribus vaccæ rufæ manum admovere, donec in aquam conceptaculi se immerserit. non autem manus tantum suas mersabit, ut ad reliqua quæ munditiem requirunt.* Idem in præfatione ad suos in tr. *Yadaim* commentarios hoc observari jubet אן נטילת ידים גיר טבילת ידים *aliud esse* Netilat Yadaim, i. e. *manuum aquâ affusâ ablutionem*, *aliud* Tebilat Yadaim, i. *Manuum in aquam immersionem:* cumque ad cibum

etiam communem, neceſſarius ſit prior ille gradus, (idque ſive pollutæ fuerint באחר אלטומאות אלתי תננס אלידין *immunditie aliquâ ex earum numero quæ manus immundas reddant, ſive negligentiùs tantum eas habuerit,* etiamſi haud certo noverit ipſas immunditiem aliquam contraxiſſe,) idemque ad *Terumam* etiam rite adhibitus ſufficiat: ad אלקודש *res ſacras* פליס תגזיה נטילת ידים אלא טבילת ידים סוי כאנת ידה מננוסה או מנפולא ענהא *non ſufficere ut quis aquam manibus affundat, ſed requiri immerſionem ſive polluta fuerint ipſius manus, ſive tantùm negligentiùs habita.* [obiter etiam obſervari poteſt quam inter duos hoſce ablutionis gradus ſtatuat differentiã, quod ſc. prior במאים שאובים *aquâ hauſtâ* & è vaſe in manus effuſâ præſtari debeat, alter במי מקוה aquâ conceptaculi alicujus quod ארבעים סאה *quadraginta ſata* contineat.] His adde terminum etiam immerſionis iſtius manuum purgandarum gratia, eundem ſtatui qui & lotionis alterius, hoc eſt quod aſſerit *Maim.* in præfat. modo laudata, וטבילת ידים תטילת ידים בין לחולין בין לתרומה עד הפרק *tam* Tebilat Yadaim *quam* Netilat *Yadaim, ſive ad profana, ſive Terumam eſt uſque ad* Perek. [compagem illam de qua quid ſtatuant vidimus.] eâ enim terminari manuum immunditiem, nec ad reliquum corpus ſe diffundere, teſtante *Miſna* in *Yadaim*, c. 2. § 3. adeo ut טהר *mundus* reliquo corpore eſſe poſſit, cujus manus immundæ ac pollutæ. quod quâ ratione, quarúmque rerum contactu contingat, docet *Maimonides in* præfat. ad *Yadaim* אלאמור אלתי תננס אלידין פקט ארא אנצמת בהא לא נמלה אלנסם הי אוכלין טמאין ומשקין טמאין ומא שאבההא מטמאות קלות *Res quæ manus duntaxat polluunt, cum eas tetigerint, non*

v. Ceſeph. Miſn ad Yad Ab. Tum. c. 8. Yad. Ab. Hattum. c. 10. § 6.

non autem corpus universum, sunt cibi & liquores immundi, & id genus alia è numero immunditierum leviorum. Idem in l. *Yad.* tract. *Abôth Hattumaoth* c. 8. fusius prosequitur, כל הנוגע בידיו בראשון לטומאה בין שהיה אותו ראשון אדם או כלי או אוכל או משקין טמאין נטמאו ידיו כלבד עד הפרק וכן המכניס לאויר כלי חרס שנטמא באב הטומאה או שהכניס ידיו לבית מנוגע נטמאו ידיו וטומאת הידים מדברי סופרים *Si quis tetigerit manibus suis aliquid quod est primum ad immunditiem* [propagandam] *sive primum illud fuerit homo, aut vas, aut esculentum, aut liquores immundi, polluuntur ipsi manus ad* Perek *duntaxat, similiter si quis manus suas indiderit in aerem* [seu concavum] *vasis testacei, quod pollutum fuerit à patre pollutionis, aut in domum leprosi, immundæ fiunt manus ipsius. Manuum autem immundities est à verbis scribarum, &c.* In his quæ produximus est quod ea quæ initio diximus abunde confirmet, esse scil. טבל (quod βαπτίζεσθαι significat,) ulteriorem purgationis gradum quam is qui per נטל seu χερνίπτειν intelligitur, nec tamen totius corporis mersationem, necessario indigitare, cum vel gravissima ac manifesta manuum immundities פרק *Perek*, seu eâ quæ ad brachiale est juncturâ finiatur, ac manuum eousque mersatione tollatur, quò quis vel ad ea, quæ maximâ curâ contrectanda sunt, edenda mundus, atque idoneus censeatur; neque ergò è vi vocis βαπτίζεσθαι (quod nihil gravius quam טבל notat) firmiter concludi, *Judæos* è foro venientes totum corpus antequam panem gustarent, abluere solitos. Demus (quod tamen de vulgo hominum, imò de *Pharisæorum* numero credi non potest, quod de *Joanne* filio *Gudgedæ* ut è multis millibus uno narratur) ipsos continue cibum communem על טהרת הקדש *eâdem curâ*

v. Cesepb. Misn ad Ab. Tum. c. 8.

quâ res sacras comedisse, vel ad hoc tamen manus in aquam immersisse sufficisset. Sententiam quam innuimus *Misnicam*, ad rem magis illustrandam integram apponemus, quæ *Chagiga* c. 2. §. ult. occurrit, בגדי עם הארץ מדרס לפרושין בגדי פרושין מדרס לאוכלי תרומה בגדי אוכלי תרומה מדרס לקדש בגדי אוכלי קודש מדרס לחטאת יוסף בן יועזר היה חסיד שבכהונה והיתה מטפחתו מדרס לקודש יוחנן בן גודגדא היה אוכל על טהרת הקדש כל ימיו והיתה מטפחתו מדרס לחטאת *vestes plebeiorum sunt calcatio* Pharisæis, *vestes* Pharisæorum, *calcatio edentibus* Terumam, *vestes edentium* Terumam *calcatio* [edentibus] *res sacras*, *vestes edentium sacra calcatio* [respectu] *aquæ lustrationis*. Joseph Joazari *filius sanctissimus erat Sacerdotio* [fungentium] *cujus tamen linteum calcatio erat, respectu rerum sacrarum*, Johannes *filius* Gudgedæ *comedebat cum munditie ad res sacras* [requisitâ] *per totam vitam suam*, *ipsius tamen linteum calcatio erat, aquam lustrationis contrectaturis*. Quid sit מדרס [*calcatio*] cum de pollutione loquantur, discimus ex *Maimonidis* in verba Commentario; sensus verborum, Calcatio *Pharisæis*, &c. אנהם ארא דנו מן תיאבהם אנתגסו כמן דנא במדרס הזב ויחתאגון טבילה *est ipsos vestibus eorum propiùs admotis pollui non secus ac qui ad illud quod calcaverit* Gonorrhaicus *accesserit*, *& mersatione opus habere*. Quid item de *Johanne* filio *Gudgeda* hic affirmetur, scil. illum comedisse cum munditie rerum sacrarum, scil. eâdem munditiei curâ quâ tractari debent res sacræ, ut sciamus, observanda quam statuit idem inter eum qui cibum communem על טהרה *cum munditia cura comedet*, & eum qui eundem על טהרת הקודש *munditie rerum sacrarum*,

crorum, scil. quod ille יתחפט מז כל מא ינגס לחולין חתי תכון תלך לחולין טאהרה *ab omnibus caveat quæ cibum communem immundum reddant, quò sit cibus iste cõmunis mundus*, hic vero יתחפט מן כל מא ינגס לקודש וינעל תלך לחולין כאנהא בשר חטאת או אשם *caveat ab omnibus quæ res sacras polluant, eodemque modo profana ista* [seu cibum communem] *tractet ac si hostiæ pro peccato vel delicto oblata caro essent*. His præmissis, quid de *Pharisæis*, quid de *Johanne* isto affirmetur liquet. de *Pharisæis* non sine magna munditiæ cura eos unquam cibum suum contrectâsse, ideoque nec illotis manibus; non tamen necessario aquæ immersis, cum vel decimas, vel *Terumam* edentibus, quibus majori cautelâ opus erat, sufficeret aquâ affusâ lavare: de *Johanne Gudgediade*, ut raræ atque insolitæ munditiæ exemplo, prædicatur, ipsum non minorem semper ad cibum communem munditiæ curam adhibuisse quam ad carnes sacratas alii. Nihil ergò est quòd *Pharisæos* (nedum *Iudæorum* vulgus, quibus quod hic dicitur cum *Pharisæis* commune videtur) à foro venientes, non nisi post corpus universum aquâ ablutum edisse probet. si objiciatur, vix fieri potuisse quin ibi vestes tangerent plebeiorum quæ rei à *Gonorrhaico* calcatæ instar illis censebatur, ac totius corporis ablutioni obnoxios redderet, in promptu est quod regeratur; sollicite cavisse *Pharisæos* ne id ipsis contingeret omnem plebeiorum, in plateis occurrentiũ contactũ vitãtes, asserente *Maim.* tr. *Ab. Hattum*: c. 13. §. 8. שהפרושין הן שמהלכין בצדדין כדי שלא יתטמאו במגע עמי הארץ *illos ad latera viarum incedere solitos, ne plebeiorum contactu pollnerentur*: neque erat quod ejusmodi mersatione se purgarent metu ne inscii

ipsorum

Ad Tabaroth. c. 4. 12.

ipſorum veſtes tetigiſſent, nam (teſtante eodem) אם נסתפק זה הפירוש אם נגע בבגר עם הארץ אם לא הרי הוא טהור *Si dubitaverit* Phariſæus *utrum veſtes plebeii alicujus tetigiſſet necne, ecce mundus eſt.* Sciens autem (ut diximus) volenſque earum contactu ſe pollui minime pateretur, cui indoctus, & è plebe quilibet בחזקת טמא *ſub præſumptione immundi erat*, ſeu immundus habebatur, adeo ut cibos quoſvis, vel liquores veſtium ipſius contactu pollui cenſeret, neque ipſi נאמן על הטהרות *fide dignus in iis quæ munditiem ſpectant haberetur*, עד שיקבל עליו דברי חבירות *donec in ſe ſuſcepiſſet leges ſocietatis* [quas obſervant *Chabarim* Socii i. docti, ſapientes, à mutuo qui inter eos eſt amore ſic dicti] obſervandas, inter quas ſunt שיקבל עליו שיהא נזהר בטומאות שלא יטמא בהן ובטהרות שלא יטמא אותם ויזהר בנטילת ידים ובטהרתן שלא יקח מעה' דבר לח ולא יתארח אצלו ולא יארחו אצלו בכסותו *ut in ſe ſuſcipiat cautum fore ſe de rebus immundis ne eis polluatur, nec non de mundis ne ipſas polluat, atque ſollicitus ſit de lotione manuum earúmque munditie, adeo ut à plebeio liquidum aliquid non accipiat, neque apud ipſum diverſetur, vel ipſum hoſpitio excipiat veſte ſuâ indutum*, vel *niſi mutatâ veſte.* Qui tanta cum diligentia ac perpetuo munditiæ ſtudio ſibi ab aliorum conſortio caverent, haud facile commiſſuros quis credat, ut quoties in forum exirent iis ſe obnoxios redderent, à quibus merſatione purgandi eſſent antequam cibum capere liceret. Quinimo ſi quis aliquid quod à *Gonorrhaica* (ut diximus) calcati inſtar eſſet reſpectu immunditiei tranſmittendæ, vel patrem (ut vocant) pollutionis, adeo ut univerſi corporis merſatione procurandâ

Yad. Miſcab. vemoſhab. c. 10. 1.

R. Tanchum.

Yad. *ibid.*

procurandâ purgatione opus haberet, non video quomodo inter eos de quibus hîc sermo est collocandus sit, cum qui ita se habeat, post corporis ablutionem non secus se habeat ad ea quæ cum munditiæ curâ comedi debeant, ac qui illotis adhuc manibus est, sc. כשני לטומאה *ut secundus ad immunditiem propagandam*, usque ad occasum solis, adeo ut ante illud tempus *Terumâ* ipsi vesci minime liceret. jam verò de manibus pollutis nihil gravius pronuntiarunt quam ut essent כשני לטומאה *instar secundi ad polluendum*, adeo ut nihil immersio ista ad cibum communem capiendum promovisse videatur, quo nullibi interdicunt immundis & ad quem nullibi requiritur à magistris totius corporis ablutio. hîc autem, ut dictum est, de eo quod ordinariè ante cibum fiebat, idque tam ab aliis quam à *Pharisæis*, loquitur, ad quem ex more nihil gravius postulari videtur, quam manuum aquâ affusâ lotio, imò nec ex vi vocis *βαπτίζεσθαι* si quam maxime urgeatur & de ipso *Joanne f. Gadgeda* cibum capturo sermo esset, plus quam earum in aquam immersione purgatio. Quid est igitur quod cum prius verbo *νίπτεσθαι* usus esset, hic de venientibus à foro *βαπτίζωνται* usurpet? Dicam quod sentio; cibum ordinarium capturis liberum erat sive manus in aquarum justæ mensuræ conceptaculum, vel fontem immergere, sive easdem eo quem descripsimus modo, aquâ affusâ lavare: docentibus passim *Misnâ & Gemarâ*, & ex ipsis, *Maimonide*, his verbis, כל הצריך נ״י והטביל ידיו במי מקוה אינו צריך דבר אחר *Quisquis opus habet ablutione manuum si ipsas in aquâ conceptaculi intinxerit, non est ipsi opus ut aliquid aliud faciat.* imò immersionem istam pro gradu quodam eminentiori purgationis habitam patet ex iis quæ diximus, cum etiam

Yad. Ab. Tum. c. 10. 1.

Lebush. part. 1. n. 159. §. 14.

Yadaim. c. 1. 3. Chag. 2. 6. 9. Gemer. c. Col. Habbasar. Yad. Berac. 6. §. 5.

ſacris contrectandis eas idoneas redderet, ad quæ aquæ affuſio ſufficere non cenſebatur. atque inde eſt quod ait author *Lebuſh* בין שנטילה מועיל לידים כשי טבילה;
Part. 1. n. 159. § 14. *Cum aqua affuſio proſit* [manibus purgandis] *multò magis immerſio*, [ad idem valet.] Cum ergò utram mallent harum lotionum adhibere poſſent, & ſatis probabile ſit ex iis qui majorem ſanctimoniæ ſpeciem præ ſe ferrent, fuiſſe qui (quod de *Joanne* iſto, cujus meminimus, aſſerunt) eam quæ graviſſima putabatur obſervarent, non ſine magna ratione uſurpatum videatur verbum quod utramque comprehenderet. Nam quamvis βαπτίζεσθαι ei revera quæ immerſione fit, præcipuè competat, non tamen de ea ſolùm, vel neceſſariò, dici; patere arbitror ex illo quod occurrit *Luca* xi. 38. *Phariſæus autem videns admiratus eſt*, ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρίστου *cum non priùs ablutum fuiſſe ante prandium*. ad quæ verba annotat *Grotius* ἐβαπτίσθη *idem eſſe ac* ἐνίψατο τὰς χεῖρας. optimè, licet reliquam reddit, rationem haud ſatis *Judæorum* diſciplinæ congruam eſſe ex iis quæ ſuperius in medium adduximus liquet. Mallem ergò Rev. *Bezæ* verbis dicere τὸ βαπτίζεσθαι *idem hic declarat atque* τὸ λούεσθαι καὶ χερνίπτειν; modo ita interpretari liceat, ut eo innuatur manus vel merſatione, vel aquæ affuſione purgare. cum utrovis modo id præſtare liceret, quod tam hunc quã illum cõprehenderet, adhibitũ videtur vocabulum. neque enim ſi vel ſolùm aquâ affuſâ lavâſſet Chriſtus, fuiſſet quod admiraretur Phariſæus; ne ipſi quidem Phariſæi plus præſtabant. nec ſi totum corpus merſaſſet magis idoneũ hoc ad prandium cõmune ſumendum reddidiſſet. neque tamen hoc conceſſo, ſupervacaneum videtur quod ab Evangeliſta ponitur, qui priùs, quid ante cibum ſumendum ordinariè facere ſolerent,

ſolerent, narraverat; hic, quid à foro venientes facerent, edicit. Emphaſis enim in verbis ἀπ' ἀγορᾶς, magis quam in verbi νίψωνται in βαπτίσωνται mutatione latere videtur. cujus vim ut percipiamus, obſervanda eſt & alia adhuc Magiſtrorum regula, quam his verbis nobis ob oculos ponit *Maimonides* tractat. *Beracoth* cap. 6. (ſæpius laudati) §. 17. נוטל אדם ידיו שחרית ומתנה עליהם כל היום ואינו צריך ליטול ידיו לכל אכילה ואכילה והו שלא יסיח דעתו מהן אבל אם הסיח דעתו מהן צריך ליטול ידיו בכל עת שצריך נטילה *Lavabit quiſpiam manus ſuas manè, eâ conditione ut ſufficiat ipſi* [lotio iſta] *ad totum diē, neque opus ipſi eſt ut quotieſcunque edat manus ſuas lavet: quod tenet, ſi animum ſuum ab illis aliò non averterit. quòd ſi animum ſuum alio averterit opus eſt ut manus ſuas lavet, quoties lotione opus fuerit.* Hoc animadverſo, facile patebit, tum quare ex Seniorum dogmate, à foro venientibus neceſſe eſſet manus lavare, tum quare ejuſdem etiam mentio ab Evangeliſta facta fuerit. Niſi πυγμῇ lotis edere nequaquam illis licebit: at hoc ut quis vel ſemel, idque manè, faceret, ſi domi ſe contineret, & ab immunditia manibus ſuis caveret ad totum diē ſufficeret. quod ſi in forum prodiret, aliiſque ſe negotiis immiſceret, opus erat ut eas denuo ablueret, quò cibo capiendo idoneus eſſet. Ratio manifeſta eſt. Manus quis neſcit eſſe עסקניות *negotioſas*? quis, cui alia peragenda ſunt negotia, perpetuò eâ quam requirunt diligentiâ, ipſas obſervare poterit; ibi præſertim ubi alia forſan ſponte, alia caſu contrectanda eſſent quæ priorem earum ablutionem irritam redderent? Multa enim erant, & ubique obvia quæ manus contaminarent, à quibus etiam

v. & Arb. Tur. Shulc. Ar. & Lebuſh. part. 1. n. 164. 1.

vel domi manentibus, si quid inter lotionem & esum moræ intercederet, cavere vix possent. Si vel cruri, vel femori aliive cuilibet corporis sui parti quæ tegi solet
Lebush *ibid.* manum admovisset, vel caput sibi scalpsisset, lotio illa repetenda erat. Obiter notare liceat, inter ea quæ manus pollueren numerari legis etiam Sacræ volumina, modo אשורית *Ashurith* exarata fuerint, (i.e literis quas Assyriacas vocant illi, nos jam vulgo Hebraicas) non autem si עברית *Ebrith*, seu *Hebraicè* [i. e. characteribus quos Samaritanos appellamus, quos olim annotat cum aliis *R. Tanchum* usui communi & civili adhiberi solitos, cum Assyrii libris rebusque sacris describendis adhiberentur, nec profanis usibus inservirent, ut nec alteri illi sacris, nisi למא ﭏומוא כבתאבה ﭏתורה ללכותיים כתבוהא להם כרלך ﭏכם *postquam coacti sunt legem Cuthæis describere: tum enim ipsam iis illo characterum genere scripsisse*, nec eo ipsos postea usos esse ne esset inter se & Samaritanos כלטה ומשארכה פי כט ואחר *consortium & communio in ejusdem Scripturæ genere* atque ex eo tempore, characteres istos quos Rabbinicos vocant, ab Assyriis deflexos reperisse. ut hæc obiter ex eo producere liceat.] imo nec ספרי אפיקורסים *libros Epicuræorum*, seu profana
v. Yad. Ab. Tum. c. 9. § 11 quælibet scripta eas contaminare voluerunt, quod à Saducæis ipsis objectum, testante *Misna*, tract. *Yadaim* אומרים צדוקים קובלין אנו עליכם פרושים שאתם אומרים כתבי הקדש מטמאין את הידים ספרי המירם אינם מטמאים את הידים *Dicunt Saducæi, Excipimus nos contra vos Pharisæos quod dicatis, libros sacros polluere manus, libros profanos* [seu ut legunt alii המירם *Homeri*,] *non polluere manus*. Ut ergo ad illud quod his probatum
v. Bux. Lex. in מרם voluimus redeamus, Cum tam difficilè esset manus ab

iis quibus contaminarentur etiam domi, continere, vel eas non aliquando negligentiùs habere, aliis animum diſtrahentibus: ideoque cuipiam qui eâ conditione manus laverat ut toti dici ſufficeret, tutius judicârint nonnulli ut, ſi ſuppeteret aqua, iterum eas ante cibum ablueret: nil mirum ſi à foro venientes (ex eorum inſtituto) eas lavarent, imò neceſſe erat ut hoc faceret, etiam de plebe quilibet, multo magis *Phariſæi*; quos ergò ob religioſiorem purgationum exteriorum obſervantiam, meritò à * *Juſtino Martyre* (quod ex ipſo ad hunc locum produxit *Beza*) βαπτιστὰς ipſos inſignitos concedimus, præſertim ſi qui *Joannis Gudgedæ* morem imitarentur. Neſcio tamen an ab ea quâ, quò cibo capiendo idonei eſſent, ſe pararent lotione, ἡμεροβαπτιστῶν quos vocant, appellationem iſtam meruerint, ἡμεροβαπτιστὴς enim, ſi vim vocis capio, propriè Hebræorum טבול יום, exprimit, quod eo die lotum denotat. qui ſcil. patre (ut loquuntur) pollutionis aliquo pollutus ſe merſare deberet, nec niſi poſt occaſum ſolis, *Terumam* vel ſacrum aliquod contrectare, ex lege poterat. Si qui quotidiè ſæpius πρὸς ἁγνείαν lavando nomen illud commeriti ſint, nec hoc ipſos ad cibum quâvis diei parte idoneos reddidiſſe, ex inſtituto majorum, aut idem ab aliis præſtari debuiſſe, ex vi vocis probari poſſe arbitror.

* *Quam tamen lectionem in* Juſtino *corrigendam putat* Grotius.

Grot. *ad* Marc. 7.

Ignoſcet, ſpero, Lector quod in his deſcribendis & traditionum quæ apud *Judæos* extant, veſtigiis eruendis prolixior fuerim, ubi perpenderit viris magnis quod ad eorum partem tantum animum adverterint, erroris (licet in re levioris momenti) cauſam fuiſſe, neque ſibi niſi expenſis cæteris, liberum fore de diſcrepantibus interpretum ſententiis judicare, aut facilè à cujus partibus

bus veritas ſtet dignoſcere. Porrò ex prædictis (ut obiter notare liceat) de uſu vocis βαπτίζεσθαι hæc duo ſiunt perſpicua, primò haud neceſſariò eam, cum vel ad graviorem lotionis gradum *Tebilah* exprimendum adhibeatur, totius corporis in aquam immerſionem indicare; cum de eo qui vel manus duntaxat intinxerit ex frequenti traditionis & diſciplinæ *Iudaicæ* uſu dicatur. Secundò, eandem aliquando de leviori illo, qui aquæ affuſione peragitur, uſurpari & utrique indifferenter competere. quod forſan contra illos qui vim verbi, ubi de Baptiſmi Sacramento diſputatur, moroſiùs urgent non inutile erit obſervare.

Hâc autem, quam hactenus deſcripſimus, curâ, corporum ſuorum munditiæ ſtudebant; quàm in iis quæ ad ſupellectilem, & quibus uterentur, vaſa ſpectant, ſuperſtitioſi eſſent, indicant ſequentia, Καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν ἃ παρέλαβον κρατεῖν, βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν καὶ χαλκίων, καὶ κλινῶν, *Et alia multa ſunt quæ acceperunt tenenda, nempe lotiones poculorum ſextariorum & ærámentorum & lectorum*. Complectitur hæc omnia, cum aliis, nomen *Hebraicum* כלים *vaſa*. Vaſorum autem ſeptem enumerant genera quibus ex legis præſcripto immunditiem competere volunt nempe בגדים וכלי עור והשקין וכלי עצם וכלי מתכות וכלי עץ וכלי חרש *veſtes, vaſa coriacea, ſaccos, vaſa ex oſſe, metallo, ligno, & teſtacea*. Loca quæ præcipuè ad ſententiam ſuam confirmandam adducunt, ſunt *Lev.* 11. 32. ubi mentio ſit vaſorum ligneorum, veſtis, pellis, & ſacci: & 33. ubi teſtaceorum, *Num.* 31. 22, 23. ubi metallorum rerumque quæ ignem ſuſtinere poſſint, atque ejuſdem cap: v. 20. ubi dum כל מעשה עזים *omnis operis caprarum* meminit

Vulgat. baptiſmata calicum & urceorum.

Yad. Celim. c. 1. § 1.

meminit, comprehendi volunt כלים העשויין מן הקרנים ומן הטלפים ומן העצמות של עזים והוא הדין לשאר מיני בהמה וחיה *vasa confecta è cornibus, ungulis, & ossibus caprarum, eandémque legem reliquis bestiarum & animalium generibus communem esse.* Jam vero quæ polluta atque immunda censentur, בין שנטמאו טומאה חמורה של תורה בין שנטמאו בטומאה של דבריהן אין להן טהרה אלא בטבילה במים הנקיין בקרקע Yad Mikva. c. 1 §. 1. *sive polluta fuerint immunditie legis gravi, sive eâ quæ ex verbis eorum* [scil. Scribarum] *est, non purgantur nisi immersione in aquam mundam in terra* [congregatã.] Tali immersione, vasorum, quæ diximus, reliqua si immunditiem contraxerint יש להן טהרה *ad munditiem redeunt*, exceptis testaceis & storeâ quibus אין לו טהרה אלא שבירה: *non est alia purgatio quam confractio.* Utut autem fuerit vasis aliquibus ex lege pollutio & purgatio, quantum tamen ex Magistrorum traditione legis mandato accesserit, vel ex his quæ jam diximus patet, dum peculiare de iis quæ à *Midianitis* anathemate devotis cepissent, monitum ad vasa quælibet & supellectilē usus communis transferunt, dum ea quæ de cilicio dicuntur, vasis ex osse confectis communia esse volunt, & verba legis perspicua glossis suis ad miros sensus detorquent: quibus si & alia quæ vel de istorum vel aliorum quibus nullam ex lege immunditiem competere fatentur vasorum pollutione, ejusque vel admittendæ vel propagandæ ratione subtiliùs disputant & מדברי סופרים *è verbis Scribarum* (ut loquuntur) esse volunt, addiderimus, facilè patebit merito ipsos hac etiam ex parte à *Christo* reprehendi, ob legem Dei derelictã

quò

quò traditionibus hominum plus quam æquum eſt deferrent. Hæc ſi plenius proſequi vellemus transferenda huc eſſent tum quæ in ipſo *Talmude*, tum in *Maimonide*, tam in tractatu *Celim*, [ſeu de vaſis] quam alibi de iis dicuntur, ſine magno forſan operæ pretio, quibus igitur omiſſis, pauca quædam quæ Evangeliſtæ verbis lucem aliquam, afferre poterunt adducemus. *βαπτισμὸς* (inquit) *ποτηρίων. ποτήριον Hebraicè* כוס *poculum*. quod inter ea quæ pollutioni obnoxia ſunt, & ablutione purganda recenſetur apud *Maimonidem*, in *Yad*. tract. *Mikva* cap. 3. §. 1. 2. &c. atque inter pocula celebre eſt כוס של ברכה *poculum benedictionis* quod Deo poſt cibum ſumptum gratias acturi vino impletum manu, tenebant, de quo religioſè abluendo hæc tradit idem tract. *Berac*. c. 7. §. 15. צריך שידיח כוס של ברכה מבפנים ולשטוף אותו מבחוץ *neceſſe eſt ut poculum benedictionis interiùs aquâ colluat, exteriùs in aquam immerſum abluat*. Quod ſequitur *ξέστης Sextarius*, Originis licet *Romanæ* non in *Græciam* modo, ſed & Orientem tranſiit, nam hinc & *Judæis*, *Caldaizantibus*, & *Syris* קסטא *Keſta*, *Arabibus* قسط *Keſto*, facili literarum metatheſi. quarè licet à *Latinis* proprium ac primarium vocis intellectum diſcere oporteat, ad reliquos tamen, ut quem apud ipſos uſum obtinuerit, ſciamus, recurrendũ erit. Libri *Aruc* author eam per לגין *lagenam* explicans, eámque è quâlibet materiâ confectam, ad linguæ *Arabicæ* authoritatem provocat, quibus (ut videtur) tunc temporis in uſu communi fuit. Illos igitur ſi conſulamus, ſic interpretantes habemus, eſſe ſcil. مكيال يسع نصف صاع وقد يتوضا به *menſuram quandam quæ dimidium Seæ capiat, nec non* [vas] *è quo aqua ad lavandas manus præbeatur*. atque

aliàs

aliàs المقدار والرزق الميزان والكوز *quantitatem, alimenti portionem debitam, libram*,& *AlCuz* (quod est puto authori *Arac, Lagena) Urceus*. *Bar Ali Syrus*, quid apud suos denotat קסטא *Kesto* sic *Arabicè* effert,esse scil. القسط من الشراب والعسل او الدهن واهل الشام يسمون الكوز بهذا الاسم [vas quod *Arabes*] *Kest* [vocitant,] *vini mellis vel olei, atque hoc nomine* Syriæ Damascenæ *incolas.* AlCuz *seu Urceum appellare*, nec non مكيال ويكون رطل ونصف *mensuram denotare quod sesquilibram contineat.* Si cui apud *Hebraos* antiquiores nomini respondeat, quæratur, reperietur forsan idem sonare ac צלוחית *Tseluchith*, cujus quod ad immunditiem ejusque purgationem eandem esse ferè cum כוס præcedenti rationem, patet ex *Maimonide* (loco prius laudato) vel, quod perinde est, idem ac צנצנת *Tsintseneth*, hæc enim Synonyma esse docet *Kimchius*, nominis צלוחית quod 2 *Reg.* 2.20. occurrit, interpretationem statuens כמו צנצנת ותרגום צנצנת צלוחית *eodem modo se habere ac* Tsintsenet, quod *Exod.* 16.33. habetur, ubi ut & rursum epist.ad *Hebraos* c. 9.v.4.(ubi locum istum citat Apostolus) Syrus interpres, pro *Tsintsenet* habet קסטא *Kesto*. Observat etiam *Drusius* קסטא à *Jonathane, Lev.* 19 36. usurpari pro ea mēsura quæ הין *Hin Hebraeis* est, (quam *Hieron.* Sextarium vertit, apud eundem rursus reperiri *Deut.* 25.15 קסטין דקשוט *Sextarii justi*; ubi in *Hebr.* nihil aliud est quam איפה שלמה וצדק *Epha perfecta & justa*, quod per מכילן שלמין *Mensuras perfectas* expresserat. Atque his perpensis, dicendum videtur cum Clariss. *Beza*, licet aliàs nomen istud mensuram declaret duarum heminarum apud *Romanos* capacem, aliàs vas ejus mensuræ capax, hoc tamen loco

(ut & alibi, ex eo quem apud Orientales obtinuit usu) cætera tum majora, tum minora quotidianis usibus destinata comprehendere, ex quibus videlicet vinum aut aqua fundebatur.

Sequitur, καὶ χαλκίων, *Et Æramentorum*] Obiter observari potest tam nominis quam significatus quæ inter *Græcum* istud χαλκίον & *Hebraicum* קלחת *Kalachath*, *Ahenum*, intercedit affinitas, quæ casu magis quam certo hominum consilio evenisse videatur. ipsum interim etiam nomen χαλκίον è *Græcia* in *Orientem* migravit, apud *Arabes* enim citeriores (nam apud antiquiores aut in authoribus *Arabismi* studiosioribus, vix reperiri credo) خلقين pro *Aheno* usurpatur. ita R. *Tanchum* vocabulum לבס *Lebes* (quod etiam civitate donarunt *Judæi* posteriores) explicans, ait esse כ̇לקין. כביר אי קמקם מתסע אלפם יסכן פיה אלמא ותוצע פי אלאואני אלצגאר אלדי נחתאג נסמטהא מן אלחמץ ללמצה או מן אסתעמל אלגוים להא χαλκίον *magnum seu* [cucumam] *vas æreum magnum, ore lato in quo calefiat aqua quò diffundatur in vasa minora quæ purganda sunt à fermento, ad azyma* [conficienda] *aut cum iis usi fuerint Ethnici.* vel ut author *Aruc* usum ejus paulò aliter describit, מחמין בו חמים ומכניסין בו הכלים כגון קיתונות ודומה להם להדיחם במים חמים, *in quo aquam calefaciunt, atque in ipsam vasa injiciunt, veluti cyathos & id genus alia, quò ipsa aquâ calidâ abluant* *. Sic & in fabellis quæ *Locmano* authori adscribuntur, legimus fab. 5. خلاقين *Ollas.* τὰ χαλκία autem, sive intellectu latiori sumatur appellatio, ut è vasorum quæ כלי מתכות *vasa ex metallo confecta* vocant Magistri, genere plura comprehendat, sive strictiùs ut לבס *Ahenum* & קומקום *Cucumam*,

* *Adde è* Maimonide *in* c. 14. Celim. *ad ea abluenda & emundanda.* להדיחם ולנקותם

Cucumam, quorum in *Misna* tr. *Celim.* c. 14. fit mentio, privatim denotet, inter ea erunt quæ pollutioni, ex Majorum decreto, mersione abluendæ obnoxia erant.

Superest ϗ κλινῶν *& lectorum*. κλιναὶ *Mittoth*. inter vasa lignea quæ pollutioni obnoxia sunt recensentur השלחן והטבלה והמיטה *Mensa, Tabula, Lectus &c.* quorum, atque id genus cæterorum, pollutionem (exceptâ ea quæ à calcatione *Gonorrhaici* est, non esse ex legis sententia, sed מדברי סופרים *Scribarum additamentis*, fatentur. Est e- Celim. c. 2. § 1.
nim regula *Misnica* כלי עץ וכלי עור וכלי עצם וכלי זכוכית פשוטיהם טהורים ומקבליהן טמאים *Vasa lignea, coriacea, ossea, vitrea, quæ plana, munda sunt, quæ ad res recipiendas* [cava] *pollutioni obnoxia*. quam explicatiùs his verbis enarrat *Maimonides* in l. *Yad.* tract. *Celim.* cap. 1. §. 10. פשוטיהן כגון הלוחות והכסא והעור שאוכלין עליו וכיוצא v. eund in com. ad textû Misnæ citatum.
בהן אין מקבלין טומאה אלא בדברי סופרים *Eorum quæ plana sunt, e. g. tabula, sedile, pellis quæ edentibus sternitur, atque ejusmodi alia, non sunt pollutioni obnoxia, nisi ex verbis Scribarum.* Lectus autem quando primum huic legi obnoxius evadat, docet idem, ibid. cap. 5. §. 1. Celim. c. 16. 1.
verbis è *Misna* desumptis, כל הכלים אין מקבלין טומאה עד שתגמר מלאכתן וכלי עץ מאימתי מקבלין טומאה המטה והעריסה משישופם בעור הדג גמר שלא לשוף מקבלין טומאה *Nulla vasa pollutionem recipiunt antequam absoluta fuerit ipsorum factura. Vasa igitur lignea quando pollutionem recipiunt? Lectus & sponda ex quo fricuerit ea pelle piscis. quod si ita ea perfecerit ut fricare non velit, statim pollutioni obnoxia sunt.*

Porrò, consideranda est & lectorum materia. nam si testacei essent, neque ex verbis legis, neque ex Scriba-

rum inſtituto immundi habebantur, teſtante eodem. Ea
Yad. Celim. c. 1. § 8. & 18. § 1. ergo omnia quæ hîc ab Evangeliſta recenſentur in eorum quæ communi כלים ſeu *vaſorum* appellatione apud Magiſtros comprehenduntur, numero eſſe videmus, ob quorū lotionem non quâ à ſordibus ſi quas contraxerant purgarentur, & quæ ruſticitati contraria eſt, ſed ſuperſtitioſam illam, quâ pollutioni imaginariæ, ritibus hominum ingenio confictis, cultus Deo grati & ſanctimoniæ quam interim corde minime fovebant, prætextu, occurrere ſe putabant, à Chriſto reprehendi palam eſt. Superſtitionis iſtius paſſim occurrunt veſtigia, tum ubi de vaſis privatim, tum ubi de pollutionis & purgationis legibus ac ritibus agunt. inter ea forſan cenſendum, quod in more fuiſſe dicunt, ut poſt feſta, vaſa quæ in Sanctuario eſſent
Yad. tr. Miſhcab. & Moſhab. cap. 11. 12. omnia merſatione abluerent מפני שנגעו בהן עמי הארץ *quod ea tetigiſſet vulgus*: quódque vas aliquod quod aſſereret è vulgò quis ab aliis immunditiæ generibus immune eſſe, ídque ita ſe habere ipſi crederent, nihilominus מטבילין אותו משום טומאת ע״ה *abluerent ob im-*
Ib. § 12. *munditiem* Am haaretz, *populi terræ*, ſeu plebeii: nec
Ib. c. 12. 1. non quòd ſi quis vas aliquod vel apud plebeium quempiam vel artificem, etiam quem *Terumam* rite edere noſſet deponeret, non tamen eo uteretur, niſi rei à *Gonorrhæici* calcatione pollutæ ritu prius purgato; ut & ſi vel duntaxat coram Idiotâ idem poneret eíque ejus ſervandi curam mandaret: quódque ſi talem quempiam
§. 2. in domo ſua ad ipſam cuſtodiendam relinqueret, אפילו היה כפות או כרות ידים ורגלים הכל טמא *Etiamſi interim vel vinctum vel manibus truncatum*, adeo ut nihil quæ ibi eſſent vaſorum contrectare poſſet, univerſam ſupellectilem, ut immundā, abluere deberet; & quòd ſi doctus

doctus aliquis plebeio lectum ad dormiendum commodatò daret, in quo intra ipsius docti ædes decumberet, § 7.
tum lectus, tum omnia intra spatium quo plebeius iste manum extendens pertingere posset, immunda censerentur; quódque si in eodem atrio cum plebeio degeret, § 18.
quæcunque in atrio relinquerentur vasa ei legi obnoxia fierent, quibus id genus alia, quæ in eorum scriptis quamplurima occurrunt, qui addiderit, facilè percipiet quam ferè perpetuò necessarii illis qui sanctimoniæ studiosiores apud ipsos erant poculorum, urceorum, æramentorum, lectorum & quicquid aliud vasorum appellatione indigitant, βαπτισμοὶ à Scribis instituti essent, & quotam religionis parté ipsis implerent. quos tamen, quamvis superstitionis nimiæ ac religionis circa exteriora inaniter occupatæ indicia manifesta, est quod obtendant Judæi fuisse inter instituta & decreta ista quæ statuerunt Majores ut essent סייג לתורה *Sepes legi* (ut loquuntur) quæq; ירחיקו האדם מן העבירות *Homines ab ejusdem violatione* Pirk. Ab. c. 1.
longiùs abducerent, & ne illicita patrarent, etiam à licitis cohibendo, caverent. At erant alia ab iisdem traditione accepta, nec minori religione observata, quæ mandata legis gravissima plane irrita facerent. Tale illud cujus vv. 9, 10, 11, & 12. mentionem subjungit, justáque indignatione ipsis exprobrat *Christus*: honòris nempe, qui non tacito tantùm naturæ, sed expresso Dei mandato, parentibus debebatur, vi traditionis ipsis denegati. *Et dicebat illis, Bene irritum facitis præceptum Dei ut traditionem vestram servetis,* Moyses *enim dixit, Honora patrem tuum, & matrem tuam, & Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. Vos autem dicitis*, Ἐὰν εἴπῃ ἄνθρωπος τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ κορβᾶν (ὅ ἐστι, δῶρον) ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. *Si dixerit homo*

patri suo aut matri, Corban, (*quod est donum*) *quodcunque ex me tibi profuerit* [Beza, *quo à me juvari possis*.] *Et ultra non dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri.* Verba hæc cum prioribus hoc commune habent quod eorum neutra nisi consultis *Judæorum* traditionibus facile intelligi possint. Atque erat olim cum in traditionem, cujus hic mentio, primo incidens mirarer ipsam ab iis quos videram N. T. interpretibus in medium non adductam, postea verò eò ubi major erat librorum copia reversus, inveni à Cl. viro *Lud. Cappello*, ex ipso textu *Talmudico*, ejusque interpretibus, ac *Maimonide* diligenter erutam, ac fusius explicatam, ad cujus ergo Diatriben qui pleniorem ejus enarrationem velit, remitto. Neque tamen penitus actum acturus mihi videor si & quæ ipse aliquando ad verborum istorum elucidationem congesseram, paucis produxero. Ob oculos igitur nobis hîc ponuntur mandatum Dei, & *Judæorum* traditio quâ ei vis illata. Mandatum à Deo per *Mosen* erat, *Honora patrem tuum & matrē tuam*, qui contra fecerit morte moriatur. *Judæorū* doctrina במסורת הקבלה *per traditionem* (ut volebant) *à Senioribus derivata*, Si dixerit quispiam patri vel matri *Corban*, i. Munus esto quocunq; à me juvari possis, Supplet *Beza*, ἀθῷος ἔσται *Insons erit*, convenientius forsan traditionis dialecto * supplebitur אסור *interdictus* est, seu voto interdicti obstrictus ne illis benefaciat, vel אסורין בהנאתו *interdictum est illis ab ipso utilitate* capienda.

* *vel forsan simpliciter, Votum est; vel, Voto obstrictus est.*

Serm. 3. c. 23. Legem *Mosaicam* unà cum mandatis sub ea contentis, dispescit *Jos. Albo* in tres partes, sc. Primò, דברים *verba*, quo nomine ea vocat quæ vera nos de Deo scire & cogitare docent. Secundo, חוקים *Decreta*, E mandatis sc. ea quorum ratio nos fugit. Tertiò, משפטים *Judicia*, ea nempe

quæ

quæ ut æqui ac justi inter homines observandi norma essent, tradita sunt. Est illud de quo hîc agitur, ex horum *Mishpatim* numero, non Deo magis, quam ratione, ipsáque (ut diximus) Naturâ dictantibus, neutiquam Rambam, l. Mitzv. Abarb. violandum. quo (quantum ad præsens institutum faciat) Bechai observare licet, ex Magistrorum sententia, præcipi liberis Arba. Tur. ut Parentes foveant, alant, vestiant, eorumque quibus Shulc. ar. Lebush &c. possint modis, inopiam sublevent. quæ tamen omnia perversæ traditionis effato illis denegantur, dum vetatur qui vel iracundiæ, vel avaritiæ, vel impii cujuspiam affectus impetu abreptus voto se temerè obstrinxerit, ne Parentes ullâ ex re quæ penes ipsum sit commodum percipiant, aliquod ipsis pietatis officium præstare. Sunt enim verba ista Κορβᾶν ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς nihil aliud quam solennis voti apud *Iudæos* formula, quam verbis ex eorum disciplinâ desumptis sic efferre liceat קרבן כל מה שתהנה ממני *Corban esto omne ex quo à me commodum percipere possis*; Tam tibi vetitum scil. atque illicitum aliquâ ex re quæ penes me est, utilitatem capere, ac cuipiam aliquid *Corban*, seu muneris, nomine Deo consecratum, in usus suos convertere.

[*Ludovicus Cappellus* formulam voti formalis quam apud ipsos usitatam fuisse putat sic effert, קרבן שאני נהנה לך quod ex ipsius mente sonabit *Corban esto, illud quo tibi utilis esse possum*, quam licet in *Misna* toto tractatu *Nedarim* non occurrat, sed hæc ejus vicaria קונם שאיני נהנה לך, passim tamen apud commentatores *Talmudis* eo loco inveniri dicit. De voce prima, sive *Corban*, sive *Conam*. (quæ ipsi כנוי (ut loquuntur) vicaria seu Synonyma est,) statuatur, perinde se habet, nec multum refert שאני an שאיני cum in diversis exemplaribus *promiscuè occurrant, **v.R.Nissim & Tosaph ad Nedar.c.1.§.1.* legatur; eodem res recidit. at in reliquis explicandis non possumus Doctissimo viro assentire, nam quod ille נהנה לך *tibi utilis sim*,

reddi

reddi vult; è contrario sonare videtur, *ex rebus tuis utilitatem capiam*; patet hoc è perpetuo *Misna* per totum illum de votis tractatum usu, & uno vel altero exemplo allato extra dubium ponetur. Ejusmodi est quod tractatus istius c. 3. § 11. occurrit, ubi si quis hæc verba protulerit קונם שאיני נהנה לישראל *Konam* [vel *Korban*] *quod non sim Nebeneh Le Israel* ipsi incumbere statuunt ut sit לוקח ביותר ומוכר בפחות seu *caro emat & vili vendat*, sin è contra קונם שישראל נהנין לי *Corban* [sit] *quo Israel Nebenin li*, tum לוקח בפחות ומוכר ביותר אם שומעין לו *ut vili emat, & caro vendat, si ipsi auscultare velint*: hinc igitur manifestum est *Nebeneh Le Israel* reddendum esse, *utilitatem cepero ex* Israele, seu *Israelitis*, & שישראל נהנין לי *quo* Israelitæ *à me* [seu rebus meis] *juvari possunt*. non ex mente *Cappelli* si *utilis fuero* Israelitis, &, *quo* Israelitæ *mihi prodesse poterunt*. Nam qui caro emit, & vili vendit, aliorum magis commodum quam suum respicit, & è contra, qui vili emere cupit, caro autem vendere, si hoc sibi emptor suaderi patiatur, suæ magis quam alterius utilitati consulit. ל ergò in his loquendi formulis idem valet ac ב vel מן ac proinde à *R. Obadiah* & in *Caph Nachat* exponitur לישראל non [Israeli] sed, משל ישראל *ex iis quæ Israelitarum sunt*, & לי non [*mihi*] sed משלי *è rebus meis*, ut sit prioris membri sensus, Voto *Corban me obstringo* nullum me ex *Israelitarum* rebus commodum percepturum [res sc. eorum mihi ut *Corban* statuendo, quo minùs &c.] posterioris, Voveo me *Israelitis* nihilo quod penes me est [res meas illis instar *Corban* statuendo] profuturum. eandemque in cæteris quæ passim ibi occurrunt parili formâ conceptis votis, particulæ istius vim esse patet. Addat cui libet è cap. 11. § 3. fœminæ votum קונם שאיני נהנה לבריות quo se obstrinxisset ipsam ne à quopiam mortalium utilitatem caperet, indicant sequentia, quæ docent nihilominus potuisse ipsam ליהנות בלקט ושכחה ופאה *Spicilegii, manipuli, & anguli in agris*, Dei jussu, pauperibus relinquendi *beneficio frui*, ideoque formæ istius intellectum fuisse, non se nulli hominum utilem futuram, sed à nullo utilitatem captaturam. Quare si hanc formulam ad Evangelistæ verba aptare velimus, dicendum non erit קרבן שאני נהנה לך; esset enim illud *Corban esto illud*

quo

quo à te juvari possem, & qui ita vovisset fuisset אסור בהם *voto obstrictus, ne aliquid à parentibus commodi captaret*. Sed mutatâ persona קרבן שאתה נהנה לך (quæ ipsissima verba nisi quod pro קרבן est ejus vicarium קונם ejusdem tract. c. 8. §. 7. occurrunt) *Corban esto quo tu à me juvari possis* quo pacto essent parentes (vel quoscunque allocutus esset) בהנייתו vel אסורין בו *omnium quæ ab ipso* expectare poterant officiorum spe exclusi, atque hæc certè formula iis quæ jam in textu *Misnico* reperiuntur congruentior est. Alteram tamen illam, quâ cum מן construatur verbum (quam adhibuit etiam doctissimus vir *Joh. Cocbius*) quod Servatoris verba magis κατὰ πόδας exprimere videatur apposuimus: nihil interim est in sensu discrepantiæ, & judicio suo utatur lector. Sed à diverticulo in viam redeundum.] v. Mai. ad c. 11. 3. *Excerpt.* Sanhed p. 273.

Si cui impium hoc verbum ἕρκος ὀδόντων temerè fugisset, ut solennis voti vinculo obstrictum, non sinebant, nisi eo ab ipsis priùs solutum, illi cui ex se utilitate capiendâ interdixerat, quocunque prætextu benefacere, scil. ne voti violati reus fieret; non quod hoc pacto aliquam facultatum suarum partem Deo, vel absolutè vel sub conditione consecraret, aut pridem consecratam indicaret, quæ tamen opinio, ex Interpretibus melioris notæ non paucos in errorem (si magnorum virorum pace dicere liceat) induxit, & locum per se satis clarum obscurum reddidit. Contrarium planè docent *Hebræorum* (ad quæ in genuino hujus loci sensu eruendo recurrendum ipsi fatentur) scripta. Res exemplo, ex ipso *Talmudis* textu petito, clarior fiet. Impio cuidam *Beth-Horonitæ* erat pater Nedar. c. 5. sect. 6. מודר הימנו הנאה; *interdictus omni ex ejus rebus utilitate capiendâ*. Ille cum ad convivium nuptiale, quod filio suo instruxerat, patrem invitatum cuperet, nec tamen voto se penitùs solvi, hunc excogitavit dolum, ut ad amicum quendam triclinii & cœnæ jus à se transferret tantisper

 dum

dum veniret Pater, atque unà cum illis cœnaret; quod factum prorsus illicitum statuunt, nisi bonâ fide res istas amico contulisset, nullâ Patris, cui nullo modo prodesse tenebatur, invitandi conditione expressâ. Hinc interim liquet, ipsum facultates suas Deo neutiquam voto isto consecrâsse, cum eas alii dono dare potuerit, quod in easdem jus, si quid patri ex illis subministrasset, nequaquam perdidisset, sed voti solummodo violati reus factus fuisset. Nihil ergò aliud valet hac in loquendi formâ *Corban*, vel δῶρον, quam אשור i. *vetitum prorsus*, nefas atque illicitum. Esto scil. אשור כקרבן *Non minus vetitum quam corban*, attingere. Nihil enim referre tradunt in his votis (quæ איסר *Esar* interdicti vocant) utrum ea simpliciter per vocem אסור *Asur*, aut ejusmodi aliam, *illicitam* denotantem efferrentur, sive ita ut quod aliàs licitum, rei cuipiam ab usu communi semotæ assimilaretur, hac solum lege ut ejusmodi esset rès ea quam & licite consecrare, eâdémque nondum consecratâ liberè uti posset; veluti pecus quæpiam munda, quam Deo in oblationem voto הקדש *Hekdesh*, (quo nomine alteram votorum speciem appellant) seu *Sanctionis*, consecrandi potestatem haberet, cum rei ex instituto legis prorsus vetitæ (carnis, puta, porcinæ aut animalis cujuspiam immundi) mentio, voti nuncupandi formam non ingrederetur. Nam si diceret quis, Sit hoc mihi caro porcina, vel tam illicitum ac carne porcinâ vesci, nullo tenebatur voto; sin autem, Sit hoc mihi *Corban*, munus vel holocaustum, quæ è rebus erant ante dedicationem licitis, rei quam his assimilatam voluit, potestate se in posterum exuebat ipsámque eo respectu, in eundem cum *Corban*, quod in usus privatos convertere nefas erat, statum redigebat. Hæc vocis *Corban*

Misn. Nedar. c. 2. § 1. v. Maim. comm. & eundem in Yad Nedar. c. 1. § 8.

&

& similium in votis concipiendis vis & ratio. En igitur mandato Dei, traditionem ipsorum ex Diametro oppositam. Pater, ad inopiam lapsus, filii opem exposcit. Respondit filius (ὅρκῳ τῷ ἀγχιότατα πεπεδημένος τῶν ἠθῶν, ut loquitur *Philo*) voto se impediri quo minus hoc præstet. Provocat pater ad mandatum Dei promissis & minis undique munitum, quo sibi in filii bona id juris concessum quo à nemine mortalium spoliari debeat. Opponit filius traditionem sapientum (ad quorum verba magis quam ad verba legis attendendum) quâ ipsi votum suum, vel hujus vel alîus cujusvis mandati neglectu ac contemptu, præstandum docent, ideoque sedulo cavere jubent ne ad patrem aliquid ex bonis suis commodi perveniat. Hoc est quod ipsis improperat Christus, Καὶ ἐκ ἀφίετε αὐτὸν ἐδὲν ποιῆσαι τῷ πατρὶ αὐτῦ ἢ τῇ μητρὶ αὐτῦ. Ἀκυρῦντες τὸν λόγον τῦ Θεῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν ᾗ παρεδώκατε. quod non immeritò illis ab ipso exprobratum patet vel ex eo qui etiamnum hodie apud ipsos legitur, ex traditione antiqua derivatus Canon, quo sancitum est שהנדרים חלים על דברי מצוה *Vota cadere in res mandati*, seu locum habere etiam in rebus lege præceptis, æquè ac in דברי רשות *rebus quæ uniuscujusque arbitrio* permittuntur, iisque obstringi posse aliquem, ne liceat illi sine gravi peccato facere quæ lex facienda præceperit: adeo ut אם נדר נדר שעל ידי כך יבא לבטל מצוה נדרו קיים ומבטל את המצוה *Si votum nuncupaverit quod ut ratum erat abrogandum sit mandatum, ratum fieri debeat votum ipsius & abrogari mandatum.* Subtilius autem hîc inter juramentum & votum distinguunt; Et quod de voto asserunt de juramento negant, negant enim hoc in דבר מצוה *res à Deo præceptas cadere*, ut si quis mandatum quodvis se non præstiturum juraverit hoc excu-

Maim. Yad. Nedar. c. 3. §. 1. Arba Tur. & Shulc. Ar. part. 2. n. 215.

Lebush. ibid.

ſari poterit, verum שבועתו בטלה ולוקה עליה וצריך לקיים המצוה *juramentum ipſius irritum eſſe, ipſúmque ob idem pœnis afficiendum, mandatúmque neceſſariò præſtandum:* atque latere בדבר זה סוד *in hoc arcanum aliquod* (ait R. *Mordechai*) *myſterium* (quod cum ipſe non proferat, relinquamus & nos intactum) eſſe tamen quæ pateat, rei rationem. nempe quod juramento præcedaneo à majoribus in monte *Sinai* jam olim ſuo ac poſterorum nomine præſtito, teneantur *Iſraelitæ* omnes ad mandata Dei obſervanda, ואין שבועה חלה על שבועה *neque juramentum cadat in juramentum* (ut loquuntur) viz. ut quis libertatem ſibi novo juramento adimat illud faciendi, quod antea facturum ſe juraverat, adeoque juramenta locum habeant duntaxat בדברי רשות *in rebus quæ in jurantis poteſtate ſunt*, vota autem quibus quis non tam ſe (ut in juramento fit) à re facienda impediat, quam rem ſibi factu illicitam faciat (miro diſtinctionis acumine,) etiam in ea cadant quæ vi præcepti obſervatu neceſſaria ante facta ſunt & voventis libertati pridē adempta; adeo ut ſi ea præſtet * pœnas luere debeat.) atque ita ἄσοργος iſte qui meritis ob votum illegitimè conceptum pœnis ab illis affici debuiſſet, & ad debitum Dei mandato, & parentibus poſt Deum colendis, obſequium præſtandū cogi, pius eſſe impia lege vetatur, & ad perpetuā mandati violationem, vi traditionis obligatur. At ſolvi voto, ſi ejus ipſum pœniteret poterat. poterat quidem (tradentibus Magiſtris) ita tamen ut quæ de votorum diſſolutione docent, majorem eos authoritatis & traditionis ſuæ quam Dei aut gloriæ aut mandati hâc etiam ex parte curam habuiſſe oſtendant, & juſtæ Chriſti reprehenſioni vel magis adhuc obnoxios reddant. quod tum quomodo hanc

Maim. Yad. tr. Nedar. c. 3. § 7.

* *Cum perſonas non res obliget juramentum montis Sinai*

עצמו מ׳ שבע מהר סיני ואותו הדבר אינו מושבע בהרי סיני

hanc in aliorum conſcientias authoritatem, quâ iis pro arbitrio laqueos nectunt vel ſolvunt, ſibíq; perpetuò obnoxias detinent, ſibi arripuerint, tum quomodo arreptâ utantur, conſideranti facilè liquebit. Primò enim nullum eſſe, iſtiuſmodi anthoritatis ipſis divinitus delegatæ in lege ſcriptâ veſtigium, fatentur Magiſtri. ſic *Maimonides*, דבר זה אין לו עיקר כלל בתורה שבכתב *Rei huic* (ſcil. hominea votorum & juramentorum, quorum hac ex parte eadem eſt ratio, nexu ſolvendi authoritatis) *nullum eſt omnino in lege ſcripta fundamentum.* quo igitur jure illam ſibi vendicant? Docet idem אלא כך למדו ממשה רבינו מפי הקבלה שזה הכתוב לא יחל דברו שלא חלל הוא בעצמו *Verùm à* Moſe *Doctore noſtro per traditionem accepimus illud quod ſcriptum eſt, non profanabit* [ſeu irritum faciet] *verbum ſuum* [ita intelligendum] *ut ipſe* [qui protulerit] *illud non faciat irritum* אבל אם נחם וחזר בו חכם מתיר לו *quod ſi pœnitentiâ ductus illud revocare cupiat, Sapiens quis ipſum ei ſolvet.* Quid non eodem artificio è qualibet materia ſubſtrata elicere licebit? Hæc tamen interpretatio traditionis fide à *Moſe* derivata paris erit cum quolibet, quod in lege *Moſis* ſcriptum eſt, præcepto authoritate, iiſque ad quicquid ab ipſo ligatum ſit ſolvendum, vel quicquid liberum relictum ligandum, poteſtatem conferet. Cum igitur voto ſe quis vel arctiſſimo obſtrinxerit in re maximè licita, & in qua irritum fieri quod pronunciatum eſt vetuerit Deus; ſi ejuſdem ipſum pœniteat, aut aliqua de cauſa infectum mallet; ואפילו נדר באלהי ישראל *imo ſi vel* [teſte invocato] *Deo Iſraelis voverit*, ipſius tamen tum mandato tum reverentiâ ſuſque deque habitis, חכם מומחה *Sapientem aliquem probatum*,

Yad. tr. Shebuoth. c. 6. 2.

Num. 30. 3.

Arba Tur. è Talm. f. 22. c. 4. Nedar. & Shulc. Ar. part. 2. n. 228.

vel si talis in propinquo non fuerit, שלשה הדיוטות *tres plebeios bonæ notæ adeat*, qui ipsum voto suo solvant, ita fiet, שיהא הנדר נעקר מעיקרו כמי שמתיר את הקשר שהוא כאילו לא היה קשור מעולם *ut votum radicitus evellatur, ut cum quis nodum solvit, ita ut non aliter se habeat ac si nunquam ligatus fuisset*. E contra si quis formâ ex iis quibus vota concipi volunt aliqua temere prolatâ, vel contra mandatum Dei expressum iverit, vel, si harũ rerum minus gnarus sit, talem enuntiaverit formam quæ reverâ nullam apud ipsos obligandi vim habet, voto tamen eum teneri pronuntiant, quod nisi eo quo diximus modo ipsi remissũ, nullo pacto violare debeat. Nam & hoc passim docent si quis עם הארץ *Idiota* aut indoctus aliquid ore protulisset, quo se voto obstrictum putaret, cum revera illud nihil minus quam votum esset, non hoc ipsi patefaciendum, sed ut voti reum habendum donec solvi se vinculo illo putatitio impetraverit, ac si quis arcanum illud ipsi detexerit anathemate feritur. מי שמורה לו שאינו צריך שאלה משמתינן ליה *Si quis indicaverit ipsi, non opus esse ut solvi se roget, excommunicamus ipsum* (ut verbis R. *Mardochai utar*) Quis non in his videt plus Sapientum honori & traditionis authoritati, quam aut Dei gloriæ & manmandato, aut hominum bono tribui? Idem ex methodo etiam qua in votis relaxandis utebantur perspicuum fit. Ne ad alia divagemur exempla. Si quis voto quo caverat ne quid unquam ab ipso boni acciperent parentes solvi cuperet, ac viam quo id fieri posset sibi monstrari, possent quos eum in finem adierat, aliud ipsi ostium ut loquuntur aperire אין פותחין בכבוד אביו ואמו *ab honore patris & matris non aperiunt* (uno *Eliezere* contradicente) i.e. non licet honoris ipsis debiti mentione injecta ansam illi pœnitentiæ

Lebush. Nedar. n. 228. § 7.

Rambam. Nedar. c. 1. §. 27. & 3. § 12. Shulc. ar. part. 2. n. 205: 1 & 208. 2. &c. Lebush. *part.* 2. *n.* 208. § 2. *&* eund. *n.* 204. *&* 205. 2.

Misn. Nedar. c. 9. 1. Arba Tur. Shulc. Ar. Lebush. part. 2. n. 228. § 11.

tiæ ac remissionis petendæ suggerere, [ut volunt, ne falso se illo moveri dicat, cum nemo tam perfrictæ frontis sit ut palam profiteri velit se nullo illos honore prosequi velle] eandemque ob causam, & à portis hisce, seu votorum solvendorum locis [in quibus comminiscendis ac pœnitentia voti ducto, vel duci se cupienti, suggerendis non minima cernebatur Sapientis peritia] Dei etiam & Præceptoris honorem excludunt. Ita (quicquid prætendi possit) eorum honos qui nullo voto temerari legitimè posset, ne votum illegitimè conceptum, ideoque naturâ sua irritum, appareret, atque ita sapientum & traditionis honos una rueret, loco cedere cogitur nec in rationem venire permittitur, & quicquid fit non in parentum, sed filii qui quod ipsi jam molestum, mutato animo, videtur, voverat gratiam fit, idque ita ut potestatem mandato jam obsequendi, non ipsi mandato, sed traditioni à Magistris eidem prælatæ, debeat. Confirmatur idem alio quod apud ipsos occurrit exemplo. Inter vota, quæ, si mulier nuncupaverit, quæritur num à marito irrita fieri possint, ponitur exempli causa in *Misna Nedar.* c. 11 § 4. illud quo voverit, è nihilo quod ipsa fecerit, commodi aliquid percepturum vel suum vel mariti patrem: ac statutum est, איני יכול להפר *non posse votum hoc à marito dissolvi.* Ratio (quam & innuit Doctiss. *Cochius* in notis ad *Gemar Sanhedrin*, licet aliter paulo explicatum è *R. Salomone* in loc. de votis) è *Maimonide* in *Yad* tract. c. 12. § 11. aliisque peti potest, viz. quod non sit in hoc voto עינוי נפש *afflictio animæ*, i. e. nulla hic oriatur uxori afflictio, cum vota quibus eam solvere possit maritus ea sola sint Yad. ibid. §. 1.
שיש בהן ענוי הנפש או שהן בדברים שבינו לבינו *in quibus sit* [ipsi] *afflictio animæ, atque de rebus sint quæ inter illum & ipsam intercedunt.*

dunt. quanta interim hinc patri afflictio oriatur, nihil refert. ſublevari à filia in poſterum non poteſt. non permittũnt eam Magiſtri quicquid ipſi præſtare. Tantò votum impium traditionis authoritate munitum, expreſſo Dei mandato præponderat. Plura eodem ſpectantia congerere liceret, ſed abunde ſufficere videntur quæ produximus tum ad oſtendendum quam merito Scribis & *Phariſæis* mandata Dei abrogata quo traditiones ſuas ſtabilirent, à *Chriſto* exprobrentur, tum ad genuinum earum quarum hîc mentio, traditionum ſenſum eruendum.

Ad pag. 356. ubi eſt in Margine, R.Tanchum.

Qui plura de titulo *Chabarim* quo apud *Judæos* inſigniti ſunt Docti, deſiderat, adire poteſt C C. VV. *Joannem Buxtorfium*, *Conſtantinum L'Empereur*, & *Johannem Cochium* ad *Sanhedr.* p. 308. nolo hic ab iis tradita repetere. Quia verò *Conſtantinus L'Empereur* in ſuis ad *Benjaminem* notis tales quodammodo eos fuiſſe autumat quales ſunt in *Anglia* Collegiorum Socii, libet hîc pleniorem eorum deſcriptionẽ è *R. Tanchum* adducere, ut, ſi tales olim fuerint apud *Judæos* Socii, caveant noſtri jam melius inſtituti ne appellatione iſtâ minus ſe dignos præſtent. Ille igitur rationem ob quam nomen illud ſortiti ſunt, hanc reddit אן כל ואחד מנהם חבר ללאכר בצפא בואטן וערם גש ומראיאה בכל כל ואחד מנהם נאטר טאכר בטעין טרי ינטר בהא נפסה ולדלך תגד טעלמא טמחקקין טרי יסתחקו אן יסמו חכמים עלי טחקיקה אצחאב ואחבאב כתירין טאתפאק לא כלף בינאתהם ולא מנאזעה ולא מעאראה דלך לאן מקצד טמיע אלחק לדראת אלחק מן גיר מראעה מטוף ולא מיל טי הוי וליס לאחדהם חט נפס ירומה דון צאחבה ולא כבר פי נפסה ולא טלבה ריאסה ירום לאנה הא תנקיץ צאחבה ליטהר פצילתה דונה ולא

ולא לאחד מנהם מקצד ולא גרץ גיר מא ללאכר והו אלתעאון עלי נזל אלכמאל אלחקיקי ואלוצול אלי אלחיאה אלאבדיה במא יצלו אליה מן מערפה אללה ומחבתה וכל ואחד מנהם ירי אן רפיקה עצו מן אעצאה ואן כאנו מתפרקין פי אלגסמאניה ומתעדדין פאן תעדדהם כתעדד אעצא אלשכץ אלואחד אלדי גמיע אעצאה כאדמה לנפס ואחדה פי אהתמאם אלמשיה אלאליה ללגמלה וכל ואחד מנהם מעין ללאכר בפעל יתם בה צלאח אלמגמוע כדלך האולא כל ואחד מנהם מעין ללאכר באמר יחצל אלמנפעה בה ללגמע ולדלך חית טהר אלחק אצטחבו עליה גמיעהם פהם חברים עלי אלחקיקה ויסמו כביר אלבלד ומקדמהא אלדי אליה יגתמעו אלגמיע ויצטחבו בחסן סיאסתה ותדבירה חבר עיר מקום שיש בו חבר עיר והו ראיסהא ומקדמהא אלדי אנקיאדהם ואנתמאעהם אליה *Quòd unusquisque eorum alteri se socium* [præbeat] *affectuum sinceritate, sepositis dolo & hypocrisi, dum quilibet alterum eodem oculo, quo seipsum intuetur. ideoque reperies doctos veritatis studiosos, qui sapientes re vera appellari merentur, socios atque amicos esse, admodum inter se concordes, nullâ inter ipsos intercedente discrepantiâ, contentione vel inimicitiâ; idque quod omnium scopus sit veritas sui gratiâ absque ullo consuetudinis respectu, vel quo ducit affectus inclinatione; quin nec cuilibet ipsorum commodum privatum est, quod appetat excluso socio suo, neque superbia, vel prioritatis desiderium, cujus gratiâ socio suo detractum eat quò illo se præstantiorem ostendat, neque cuilibet ipsorum alius est quam aliis scopus, aut intentio; estque scopus iste ut mutuò sibi auxilium ferant, ad acquirendam perfectionem veram, vitámque æternam obtinendam eâ quam assequantur Dei cognitione, ejusque amore, dum & unusquisque ipsorum socium suum tanquam ex membris suis unum respicit, etiamsi corporibus distincti sint, numeroque diversi. neque enim eorum inter numerandum discrepantia, secus se*

Fffff *habet*

habet ac distinctio membrorum ejusdem individui, quæ omnia uni animæ inserviunt, quo à toto perficiatur voluntas Dei, unoquoque interim alteri opem ferente ad actiones [præstandas] *quæ ad totius bonum conducant: ita & istorum quilibet alteri opem fert in iis quæ universo cœtui sunt profutura; ideoque ubi se exeruerit veritas omnes in ea* [amplectenda] *societatem ineunt; suntque hi re verâ Socii. Principem autem & Præfectum provinciæ ad quem omnes se recipiunt cujusq; bono sub ductu & moderamine societatem ineunt,* Chabar Ir *appellant, ubicunque sit* Chabar Ir. *istque is princeps, & præfectus ipsorum cui obsequium præbent, & ad quem se recipiunt.*



מקדמה



מקדמה שרח מסכת מנחות להרמב״ם

R. Mosis Maimonidis *Præfatio in suos in tractatum* Menachoth, *Commentarios.* v. p. 363.

ראית איצֹא באן נקדם להדה אלמסכתא מקדמאת כמתל מא פעלת פי זבחים פאקול אן אלמנחות תנקסם קסמה אוליה קסמין אמא מנחה תחרק מע אלקרבן והי תאבעה לה והדה הי אלתי תתסמי מנחת נסכים ולא בד לדלך אלקרבן מנהא ואמא מנחה מסתקלה בנפסהא איעני אנהא ליסת מנחת נסכים פאמא מנחת נסכים פהי שאמלה לצבור וליחיד ודלך אנא קד בינא פי מקדמה מסכת זבחים אן אנואע אלקראבין כלהא קרבנות צבור וקרבנות יחיד ארבעה עולה וחטאת ואשם ושלמים ואן הדה אלארבעה אנואע תקרב מן כמסה אנואע מן אלחיואן מן אלגנם ואלבקר ואלמאעז

Visum est mihi huic etiam tractatui quædam præmittere, sicut in illo de sacrificiis feci. Dico ergo, *Menachoth, oblationes, vel munera*, partitione primariâ bifariam distribui; viz. in oblationem quæ unà cum sacrificio igne consumitur, estq; ipsi consequens; (eam sc. quæ appellatur oblatio libaminum, quæ sacrificio isti necessario adjungenda est) et oblationem quæ seorsim offertur; nec est oblatio libaminum. Oblatio autem libaminum comprehendit tam eam quæ totius cætus, quam eam quæ privati cujuspiam est. Siquidem jam ostendimus in præfatione ad tractatum de sacrificiis, genera sacrificiorum omnia, tam cætus quam privatorum quatuor esse, Holocaustum, Sacrificium pro peccato, Sacrificium ob delictum, et Pacificorum. Atq; hæc quatuor genera, è quinque animalium generibus desumuntur, viz. ovibus, bobus,

capris, turturibus, columbis, iis quas ibi descripsimus conditionibus. Jam ergo dico ad sacrificium quod è volucribus fuerit, haud requiri oblationem libaminū ullo prorsus modo. Textus *Sifri* est, *Potestne fieri ut holocaustum è volucribus requirat libamina? dicere vult, è bobus aut ex ovibus*: qui textus est in sectiône *Nesacim.* Eodem modo, cum sacrificio pro peccato, aut ob delictum, non necesse est ut adducatur oblatio libaminum, eò quod dicit in sectione de libaminibus, *Ut solvatis votum, aut sponte vestra, aut in solennitatibus vestris.*
Num. 15.3. Et cum dicunt, quicquid adducitur ex voto aut oblatione spontanea, requirit libamina, excipiunt sacrificia pro peccato, et delicto, quæ non offeruntur vi voti aut oblationis spontaneæ. Eandemque prorsus ob rationem neque cum primogenito, neque decimis bestiarum, neque paschate requiruntur libamina, quoniam horum nihil vel ob votum vel ut spontaneum affertur. Ex his omnibus quæ præmissa sunt patet, ad quodlibet è pecoribus holocaustum aut sacrificium pacificum requiri libamina, sive

ואלימאם ואלחמאם עלי מא בינא הנאך מן שרוטהא פאקול אלאן אן קרבן העוף לא תלזמה מנחת נסכים פי חאל מן אלאחואל ונץ ספרי יכול עולת העוף תטען נסכים ת״ל לומ׳ מן הבקר או מן הצאן והדא נץ פי פרשת נסכים וכדלך לחטאת ואלאשם לא ילזמהמא מנחת נסכים לקולה פי פרשת. נסכים לפלא נדר או בנדבה או במועדיכם וקאלוא כל הבא בנדר ונדבה טעון נסכים יצאו חטאות ואשמות שאין באין בנדר ונדבה ומן הדה אלעלה בעינהא לא תלזם נסכים לא לבכור ולא למעשר בהמה ולא לפסח לאן ליס מנהא שי יבוא בנדר ונדבה פצח לך מן גמיע הדה אלמקדמאת אן כל עולת בהמה וכל קרבן שלמים הו אלדי ילזמה נסכים סוי כאנת׃

כאנת קרבנות יחיד או קרבנות
צבור ואן אלחטאת ואלאשם
לא ילזמהמא נסכים גיר
חטאת מצורע ואשמו פקט
כמא נבין אלאן ואלשי אלדי
יתסמי מנחת נסכים הו סמיד
מלתות בזית אלזיתון ואלנסכים
הו אלכמר אלדי יקרב מע אלעולה
או אלשלמים איצא והו קולה
ויין לנסך וקד יסמון אלכל
אעני אלסמיד אלמלתות ואל
כמר נסכים עלי גהה אלתסמח
פי אלאסמיאת לאן לא ילזם
אלכמר דון אלסמיד ולא
אלסמיד דון אלכמר והי גמיעא
מן לואחק אלקרבן אעני אלעולה
ואלשלמים כמא בינא
ואלמקדאר אלדי ילזם אן
יג׳אב מע אלעולה מן אלסמיד
ואלכמר הו בעינה אלדי יג׳אב
מע אלשלמים והדא אלמקדאר
יכתלף באכתלאף אלנוע אלדי
יג׳אב מנה אלקרבן ובסן אלקרבן
והי תלתה מקאדר אלאול אן יכון
אלקרבן מן נוע אלמאעז ולא פרק
בין כבירה וצגירה או מן צגיר נוע

privati alicujus sive totius cœtus oblationes fuerint, at ad sacrificium pro peccato aut delicto, non requiri, excepto tantum sacrificio pro peccato aut delicto leprosi, quemadmodum jam ostensuri sumus. Illud autem quod appellatur Oblatio libaminum, est simila oleo perfusa, libamina autem vinum quod unà cum holocausto aut etiam pacificis offertur; hoc est quod dicit, *Et vinum in libamen.* Ibid. v. 5. hæc omnia, viz. similam [cum oleo] commistam, et vinum, appellant libamina, per synecdochen cum nec vinum sine simila requiratur, nec simila sine vino, at simul adhibita sint ex appendicibus oblationum, *viz.* holocausti & pacificorum, quemadmodum ostendimus. Quantitas autem similæ & vini quæ afferri debet cum holocausto, eadem est quæ & cum pacificis affertur. discrepat autem secundum discrepantiam speciei ex qua affertur oblatio, & discrepantiam ætatis eius quod offertur; adeo ut sit triplex quantitatis [differentia;] primò cum fuerit oblatio è genere caprino, (perinde autem est sive maior sive minor fuerit [pecus]) aut è parvis ge-

 neris

neris ovini, viz. agnus anniculus, tum oblatio libaminum, quæ ad harum unamquamque requiritur, sive plures sive pauciores fuerint, decima similæ, perfusa quartâ parte *Hin* olei, cum vini ad libamen quarta parte *Hin*, sive fuerit oblatio Holocaustum, sive pacificorum; quod si holocaustum illud vel sacrificium pacificorum, fuerit ovis grandior, quæ *Ail* sive *aries* audit, tum oblatio ad ipsum requisita constat duabus decimis [similæ] perfusæ tertiâ parte *Hin* olei, vinique ad libamen tertiâ parte *Hin*: atque hæc est secunda quantitas oblationum libaminum. Tertia est, ut cum fuerint holocaustum aut pacifica è genere bubulo (sive grandior sive minor fuerit bos, perinde est) sit [*Mincha*] oblatio ad quodlibet eorum requisita tres decimæ (partes *Epha*) perfusæ dimidio *Hin* olei, cum vini ad libamen dimidio *Hin*, quæ quantitates duplicantur secundum numerum oblationum particularium, sive privati alicuius fuerint, sive totius cætus. Dixit Dominus *Secundum numerum quem facietis, ita facietis singulis se-*

Ibid. v. 12.

אלצ̇אן אעני אן יכון כבש בן
שנתו פמנחת נסכים אלתי
ת̇לזם כל שכ̇ץ מנהא כת̇ר
ﭏעדד או קל עשרון סולת
בלול ברביעית ההין שמן
ויין לנסך רביעית ההין סוי
כאן אלקרבן עולה או שלמים
ואן כאנת ﭏעולה או ﭏשלמים
מן כביר אלצ̇אן והו אלד̇י
יתסמי איל פאלמנחה
אללאזמה לה שני עשרונים
בלול בשלישית ההין שמן
ויין לנסך שלישית ההין
והד̇א הו אלמקדאר אלת̇אני
מן מנחת נסכים ואלמקדאר
אלת̇אלת̇ הו אן תכון אל
עולה או אלשלמים מן נוע
אלבקר ולא פרק בין כבירה
וצג̇ירה פאלמנחה ﭏלאזמה
לכל קרבן שלשת עשרונים
בלול בשמן חצי ההין ויין לנסך
חצי ההין והד̇ה אלמקאדר
תתצ̇אעף בעדד אשכ̇אץ
ﭏקרבנות כאנת ליחיד או
לצבור קאל תעלי כמספר
אשר תעשו ככה תעשה לאחד
כמספרם

במספרם ולא ישר מן הדא
שאד ולא יזאד פיהא ולא
ינקץ מנהא גיר אלכרוף אלדי
יקרב תאני חג המצות יום
תנפת העומר אלדי הו עולה
כמא דכרנא נץ אל כתאב
פידה אן תכון מנחתו שני
עשרונים והי תלת בשלישית
ההין שמן ואלנסכים אלאזמה
לה רביעית ההין יין מתל
כל כבש וכדלך איצא שרת
חטאת מצורע ואשמו אן מע
כל ואחד מנהמא עשרון
לאן קרבן מצורע כמא בינא
הו שני כבשים וכבשה והי
חטאת ועולה ואשם וקאל
פי מנחתם ושלשה עשרונים
וכו' פהדה הי מנחת נסכים
אלתי תחרק מע אלקרבן אמא
מע נמלה אלעולה או מע אמורי
שלמים והדה הי אלנסכים
אלאזמה לגמיע אלקראבן וקד
תקדם לנא דכרהא פי כאמס
שקלים ואחלנא עלי תתמים
וצפהא הנא והדא הו
אל קסם אלואחד מן מנחות

cundum numerum eorum. Neque est quod ab hâc [regula] excipiatur, neq; ei addunt vel detrahunt, excepto agno illo qui offertur die festo *Azymorum* secundo, die quo elevatur manipulus qui est *Holocaustum* uti diximus, de quo expressè dicit scriptura, fore *Minchah* oblationē ipsius duasdecimas perfusas tertia parte *Hin* olei,& libamina ad ipsum requisita, quartam *Hin* vini, sicut & agni cuiuslibet. Exceptâ etiam leprosi oblatione pro peccato, & delicto, quorum cum utroque [offertur] decima pars *Ephæ*. Est enim oblatio leprosi quemadmodum explicabimus, duo agni masculi; cum fæmellâ unâ quæ sunt oblatio pro peccato, holocaustum, & oblatio pro delicto. de quorum *Minchah* dixit, *& tres decimæ.* &c. Atque hæc est *Minchah* libaminum quæ comburitur una cum oblatione. viz. vel cum integro holocausto aut cum partibus pacificorum. atque hæc sunt libamina quæ requiruntur ad omnes oblationes quorum mentionem fecimus c. 5. *Shekalim*. hîc autem ad eadem pleniùs describenda reversi sumus. Atque hæc una est *Minchurum* [oblationum]

num] distinctio: Divisio secunda est, earum quæ non sunt sacrificii alicujus appendices, suntque duarum specierum, vel Oblatio privati, vel Oblatio cœtus. Oblationes cœtus tres sunt; quarum una est *Omer* [*Manipulus*] *elevationis*, qui offerebatur feriâ secundâ *Paschatis*, cujus ritus omnes hoc tractatu describuntur, ejus autem pugillus in altari offerebatur; reliquum comedentibus Sacerdotibus. Secunda est duorũ panũ qui die cõvocationis offerebãtur cujus meminimus c. 1. *Zebachim*. de ea dixit Dominus. *Ex habitaculis vestris offeretis panem elevationis*: eandemque oblationem *Minchah* nominavit, dicens, *Cum offeretis Mincha novam Domino in hebdomadibus vestris*. Tertia est Panes propositionis quos comedebant sacerdotes, singulis diebus Sabbati, qui erant duodecim placentæ, quarum singulæ constabant duabus decimis partibus *Ephæ*: atque hæ tres repellunt immunditiem: nec tamen comeduntur si immundæ adducãtur, quemadmodum c. 7. *Pesachim* ostensum est. Sola autem oblatio manipuli repellit Sabbatum, sicut hoc tractatu decla-

Levit. 23. 11.

אמא אלקסם אלתאני והי
אלמנחות אלתי לא תתעלק
באלקרבן פהי נועין אמא מנחת
יחיד או מנחת צבור ומנחות
צבור תלתה אחדהא עומר
התנופה והו אלדי יקרב תאני
חג הפסח וסתבין גמיע
אחכאמה פי הדה אלמסכתא
והו יקרב מנה קומץ לגבי
המזבח ויאכל אלכהנים אלבקיה
ואל מנחה אלתאניה שתי הלחם
והי אלתי תגאב יום עצרת וקד
דכרנאהא פי אול זבחים קאל
אללה פיהא ממושבותיכ' הבי'
לחם תנו' וסמאהא מנחה
קאל בתקריבכם מנחה חדשה
לי"י בשבוע' וכו' ואל מנחה אל
תאלתה לחם הפנים אלדי
יאכלה אלכהנים כל יום
סבת והי שתים עשרה חלות
שני עשרונים יהי החלה האחת
והי אלתלאת דוחין את הטומאה
ולכנהא לא תאכל אדא כאנת
בטומאה כמא תבין פי סאבע
פסחים ומנחת העומר וחדהא
הי אלתי תדחה שבת כמא יבין

פי

פי תורת אלמסכתא ומנחת
יחיד הנקסם בחסב אקסאם
אלקסם אלאול אן תלזמה
עלי דנב דנבה ואלקסם
אלתאני אן ילזמה דלך עלי
חק יריד יצלה ואלקסם אלתאלת
אן ילזמה דלך מע קרבן מעלום
תעין עליה והדא פי הסמיתה
מנחה תסאמח וסנבין דלך
ואלקסם אלראבע הי אלמנחה
אללאזמה לכהן גדול כאצה
או הדיוט מרה ואחדה
כמא נבין ואלקסם אלכאמס
אן יתברע בדלך וילזמה
נפסה אמא אלקסם
אלאול פהו אן יכון קד שגג פי
טומאת מקדש וקדשיו או
שגג פי שבועת בטוי או חנת
שבועת העדות בין כשגג
בין בזדון פאן אלמתעדי עלי
אחד הדה אלארבע דנוב
ילזמה קרבן כמא וצפנא פי
צדר כלאמנא פי מסכת זבחים
פאן לם יקדר עלי דלך אלקרבן
פיקרב עשירית האפה סולת
לא תלת בזית ולא יגעל

rabitur. Porrò oblatio privati in quinque species distinguitur. Prima est cum ea ipsi offerenda sit ob peccatum aliquod à se commissum. Secunda cum ob rem aliquam quam obtinere cupiat. Tertia, cum adducenda ipsi sit cum certo aliquo sacrificio, quócum offerenda decernitur, quæ dum *Mincha* appellatur, tralatitia locutio est, uti ostensuri sumus. Quarta, ea quæ sacerdoti summo privatim offerenda incumbebat, aut etiam privato semel, quemadmodum ostensuri sumus. Quinta, cum quis eam sponte adducit, sibique offerendam imponit. Harum specierum prima (offerenda est) cum quis per errorem deliquerit in immunditie Sanctuarii aut rerum ejus sanctarum, aut in juramento quod ore protulerit, aut pejeraverit in juramento ad testimonium confirmandum, sive ex ignorantia, sive ex superbia. Si quis enim aliquo quatuor peccatorum trãsgressus fuerit, sacrificium offerre tenetur quemadmodum initio sermonis nostri ad tractatum *Zebachim* diximus: cui offerendo si non sit, offerat decimam partem *Epha* è simila oleo non perfusa, nec thure

Ggggg. ipsi

ipsi imposito, atque hoc appellatur *Minchath Chote*, oblatio peccantis; appellavit autem Deus ipsam *Chataat* oblationem pro peccato, statuitque ut de eo pugillus offeratur, reliquum comedentibus sacerdotibus. Species secunda est quam offerre debuit mulier declinans, [adulterii suspecta] quæ à cæteris oblationibus quibusvis eo distincta est quod sit è farina hordeacea, estque etiam ea absque oleo aut thure & offerendus ex ipso super altari pugillus, reliquum comedentibus sacerdotibus, uti c. 2. tract, *Sotah* ostendimus; appellaturque *Minchat* [oblatio] *Zelotypiæ*, quod nomen ipsi imposuit textus Biblicus. Species tertia est cum ipsam quis cum sacrificio aliquo definito offerre debeat. e. g. Si quis se ad sacrificium Eucharisticum afferendũ obliget, vel *Naziraatum* voverit, ac completi ipsi fuerint dies *Naziraatus*. Jam enim tibi indicavi c. 5. *Zebachim*, offerri cum sacrificio Eucharistico diversas panis species, et similiter cum ariete à *Nazireo* (offerendo.) Has autem species quæ unà cum sacrificio Eucharistico & ariete *Nazirei* offeruntur, nequaquam appellavit

עליהא לובאן והדה תתסמי
מנחת חוטא וסמאהא
אללה חטאת וחכמהא אן
יקרב מנהא קומץ ויאכל
אלכהנים אלבקיה ואלקסם
אלתאני הי אלמנחה אלאומה
ללשוטה ואנפצלת ען
אלמנחות כלהא בכונהא
מן דקיק אלשעיר והי איצא
דון זית דון לובאן יקרב מנהא
קומץ לגבי המזבח ויאכל
אלכהנים אלבקיה כמא
בינא פי תאני שוטה והי
תתסמי מנחת קנאות וכדלך
סמאהא אלנץ ואלקסם
אלתאלת אן ילזמה דלך מע
קרבן מעלום ודלך באן יכון
אלאנסאן אלזם נפסה קרבן
תודה או ידור בנזיר ותתם
איאם אלנזירות וקד דכרת
לך פי כאמס זבחים אן יקרב
מע אלתודה אנואע מן אלחם
וכדלך מע איל נזיר והדה
אלאנואע אלתי תגאב מע
אלתודה ואיל נזיר מא סמאהא
אלכתאב

אלכתאב מנחה בוגה ולא
הי מן גמלה אלמחות ואל
ברהאן עלי דלך אן אלכהן
ארא גאב תודה או איל
נזיר פיאכל אלכבז אלדי
יקרב מעהמא מתל ישראל
ולו כאנת מנחה לרום
חרקהא כמא גא אלנץ
וכל מנחת כהן כליל תהיה.
לא תאכל לכן אלחכמים
סמוהא מנחה תסמח
והדה אלמסכתא איצא
חבחת ען צנאעה הדא אלכבז
וכיף יעמל וכם. מקדארה
ואלקסם אלראבע הו אלדי
יתסמי חביתי כהן גדול ודלך
עשירית האפה יקרב נצפהא
מע תמיד של שחר ונצפהא
מע תמיד של בין הערבים והי
תחרק כלהא קאל אללה
פיהא חק עולם ליי' כליל
תקטר פהדה הי אלמנחה
אללאזמה לכל כהן גדול
כל יום והי איצא תתסמי
מנחת כהן משיח לקולה
פיהא אשר יקריב ליי' ביום

lavit Scriptura nomine *Minchah*, [oblationis] neque è numero oblationum censentur, cujus rei demonstratio est quòd sacerdos cum sacrificium Eucharisticum aut arietem *Nazirai* offerret, panem unà cum illis oblatum comederet, aquè ac *Israelita*. quòd si *Minchah* esset, côburere ipsû oporteret, sicut in scriptura dicitur, *omnis autem* Minchah *sacerdotis igne cremabitur, non comedetur*. Sapientes autem ipsas *Minchah* nominarunt per Metalepsin, quare & inquirit tractatus iste de ratione panis istius conficiendi, quomodo faciendus sit, & quænam ejus mensura. Species quarta, ea est quæ vocatur *Chabite*, *oblationes in sartagine frixa* Sacerdotis summi; estque decima pars *Epha* cujus dimidium offertur unà cum sacrificio jugi matutino, dimidium cum sacrificio jugi quod inter duas vesperas offertur, totaq; comburitur. de ea dicit Dominus *Statutum perpetuum Domino, tota suffietur*. Atque hæc oblatio unicuique Sacerdoti summo quotidie offerenda incumbit, eademque *Oblatio sacerdotis uncti* appellatur, ideo quod de ea dicit, *Quam offeret Domino eo die quo unctus* ib. 22.

 fuerit.

fuerit. Ea autem quæ cuilibet sacerdoti semel offerenda est, eo se habet, quem descripturus sum, modo, nempe quòd sacerdoti, ubi ad ætatem pervenerit, ac ministeriũ [illud] suscipere velit, hoc primum omnium faciendum sit, ut decimam [partem *Ephæ*] similæ afferens ipsam in *Mincham* [oblationem] offerat, eamque totam adoleat, cum sit *Minchah* sacerdotis, quemadmodum præmissum est; atque hoc innuitur dicto ipsius, *Hæc oblatio est Ahronis & filiorum ipsius, quam offerent Domino, die quo ungetur, Decima pars* Ephæ: Hoc enim versu & munus Sacerdotis summi, quod quotidie offerebat, & munus cujuslibet Sacerdotis [ipsi offerendum] cum primo ministerium in se suscipit, comprehendit. Scias autem quod etsi Sacerdos, ex quo mandatis præstandis obnoxius est, ministerio idoneus sit, non permitterent tamen fratres ipsius sacerdotes, ipsum ministerio fungi donec annorum esset viginti. Species quinta, quam quis sponte præstat, eamque sibi imponit, vocatúrque *Minchath Nedabah* [munus voluntarium] quemadmodum ostendetur. Estque

ibid.

המשח אותו ואמא אללאזמה
לכל כהן מרה ואחדה פהי
עלי מא אצף והלך אן אלכהן
ארא כבר ואראד אלדכול
ללעבודה סוי כאן כהן גדול
או כהן הדיוט פאול מא
יעמל אנה יגיב עשרון
סולת ויקדבה מנחה והו
יחרק כלה לאנהא מנחת
כהן כמא קדמנא ואשארה
אלי דלך פי קולה . זה
קרבן אהרן ובניו אשר יקריבו
ליי׳ ביום המשח אותו עשירית
האפה . פאנה אשמל פי
הדא אלפסוק מנחת כהן
גדול אלדי יקרב כל יום
ומנחת כל כהן אול מא
ידכל ללעבודה ואעלם אן
מע כון אלכהן מנד תלזמה
אלמצוות כשר לעבודה לכן
לא היו אחיו הכהנים מניחין
אותו לעבוד עד שיהא בו
עשרים שנה ואקסם אלכאמס
אן יתברע בדלך וילזמה
נפסה והדה תתסמי מנחת
נדבה כמא סיבין והי
כמסה .

כמסה אנואע אמא סמיד
מלתות בזית והדה תתכמי
מנחת הסולת או מאפה
תנור והי נועין אמא חלות
או רקיקין או מנחה על
המחבת או מנחת מרחשת
והדה כלהא נצוץ
אלתורה פאי נוע אלזם
נפסה לזמה וכדלך אי מקדאר
ולא אקל מן עשרון כמא
יבין והדה אלכמסה אנואע
תחתאג לבאן וזית וכלהא
סמיד יקרב מנהא אלקומץ
ותוכל אלבקיה ואלבקאיא
אלתי הבקי מן אלמנחות בעד
תקריב אלקומץ תתסמי שירי
מנחות והי תאכל לכהנים
אלא אן תכון מנחת כהן
פאנהא תחרק כלהא וסיאתי
פי הדה אלמסכתא צפה
צנאעה הדה אלמנחות כלהא
ומקאדרהא ואלפסאדאת
אללאחקה להא וגמלת
אחכאמהא וען דלך הו אבחת
פי הדה אלמסכתא וקד תבין לך
אן אלמנחות כלהא סמיד גיר

generis quintuplicis; vel enim offertur simila oleo perfusa, atq; hoc appellatur, Munus similagineum; vel opus coctum clibano, quod & duarum est specierum vel è placentis, vel laganis; vel Munus in craticula; vel Munus in sartagine, paratum.] quæ omnia exerta sunt legis verba; & quamcunque harum specierum sibi imposuerit, ea ipsi offerenda incumbit, nec non quamcunque mensuram; modo decimâ [parte *Ephæ*] minor non fuerit, uti ostendetur. Quinque autem generibus istis, thure & oleo opus est, suntque è simila cujus pugillus offerendus est, reliquum comedendum.

Quæ autem supersunt de oblationibus post oblatum pugillum appellantur Reliquiæ oblationum, quas comedunt sacerdotes, nisi munus sacerdotis fuerit; tum enim totum adoletur. Porro sequentur in tractatu isto descriptio rationis conficiendi munera ista omnia, ipsorumque quantitates, quæque vitia illis contingant, ac ritus ipsorum universi, atque de his in eo quæritur. Jam autem tibi ostensum est, munera omnia è simila esse exceptis munere

Manipuli, & munere mulieris declinantis, quæ sunt ex hordeo; munus autem mulieris declinantis privatim, ex farina hordeacea. Neque est ex iis quod adoleatur exceptis munere initiationis & munere sacerdotis, quodcunque tandem fuerit; nec non munere libaminum cujuscunque fuerit. è reliquis enim muneribus offertur pugillus; reliquias comedunt sacerdotes; Porro his omnibus communes sunt res istæ quas sacrificiis communes esse, initio sermonis nostri de sacrificiis, diximus. Neque jam superest nobis quicquam ex iis quæ præmittere volumus, nisi ut quantitatem *decimæ* [partis *Epha*] & *Hin*, quibus duabus mensuris omnia libaminum munera metimur describamus. Dico igitur nos jam * c. ultimo tract. *Peah* dixisse mensuram cujus capacitas fuerit quatuor digitos tam longa, quam lata, profunda autem duos digitos cum septem decimis digiti, cum sit digitus quo mensuratur pollex manus staturæ mediæ, appellari nomine *Log*; ejusdemque quartam partem vocitari *Rebiith*. *Hin* autem cujus in Jege

* *Ubi se mensuras capacitate potius quam pondere definire ait, quod rebus materiâ discrepantibus aliis tenuiori, aliis crassiori, commune aliquod pondus assignari nequeat.*

מנחא העומר ומנחת שוטה
כאנהא מן אלשעיר ומנחת
שוטה כאצה מן דקיק אלשעיר
ואן ליס מנהא מא יחרק גיר
מנחת חנוך ומנחת כהן כאנת
מא כאנת וכולך מנחת
נסכים כאנת למן כאנת
וסאיר אלמנחות יקרב מנהא
אלקומץ ויאכל אלכהנים אלשירים
ויעמהא כלהא אלאשיא אלתי
דכרנא אנהא תעם אלזבחים פי
צדר כלאמנא עלי זבחים ולם
יבקי עלינא שי ממא נריד תקרימה
גיר תביין מקדאר אלעשרון
ומקדאר אלהין אלדין בהמא
אלמכיאלין נקדר גמיע אלמנחות
ואלנסכים פאקול. אנא קד דכרנא
פי אכר פאה אן אלמכיאל אלדי
יכון פי פצארה ארבע אצאבע
טולא וארבע אצאבע ערצא
וארתפאעה אצבעין וסבעה
אעשאר אצבע ותכון אלאצבע
אלתי יקדר בהא אלאבהאם מן יד
מעתדלה פאן הדא אלמכיאל
יתסמי לוג ורבעה יתסמי
רביעית ואלהין אלמדכור פי
אלתורה

אלתורה אדי כאן קד אלכתאב
אלנסכים וחיה אלמנהות ברבעה
ותלתה ונצפה פהו יחמל אתני
עשרה לוג פקד באן אן נסכי
כבש שלשה לוגין ונסכי איל
ארבעה לוגין ונסכי שור ששת
לוגין ובהדה אלמקאדר מן אלזית
ילת אלסמיד כמא תקדם וקד
דכרה פי אול מסכת עדיות אני
עמלת מכיאל רביעית ותחרית
פיה מא אמכנני ורכרת אני
גרתה יחמל מן אלכמר קרב אלסתה
ועשרין דרהמא מצריה וכדלך
וגרתה יחמל מן זית אלזיתון
איצא סתה ועשרון דרהמא.
וחבארת לכם אלתפרת להא
לקלתהא פיכון וזן מא יחמל
אללוג מן אלכמר או מן אלזית עלי
מא וגדנאה מאיה דרהם
וארבעה דרהם מצריה ואלעשרון
הו עשירית האיפה והו אלעומר
והו שעור חלה וקד בינא מקדאר
הדא אלכיל פי תאני חלה ופי
אול עדיות עלי התחריר והנאך
בינת איצא אעני פי עדיות
אני וגדת שעור חלה באלמכיאל

fit mentio, cujus parte, quartâ, tertiâ, & dimidio scriptura mentitur libamina, & oleum munerum, continere duodecim *Log*. Ac jam liquet libamina agni, esse trium *Log*. arietis quatuor, juvenci sex. atque his olei mensuris perfunditur simila uti dictum est, quin & initio tractatus *Edaioth* narravi confecisse me mensuram *Rebiit*, idque summâ quâ potui, accuratione, ac comperisse ipsam capere vini prope viginti sex drachmas *Ægyptiacas*; nec non olei olivi pariter viginti sex drachmas cum granis quorum ob paucitatem nullam habui rationem; adeoque esse pondus ejus quod capit *Log*. è vino aut oleo secundum id quod comperimus centum & quatuor drachmas *Ægyptiacas*; *Esharon* autem [seu, *decima*] est decima pars *Ephah*, idemque *Omer*; atque est mensura placentæ [seu è qua tolli debet sacerdotibus placenta] Jam autem hujus etiam mensuræ quantitatem c. 2. *Challah* [de placenta] & c. 1. *Edaioth* [de testificationibus] accuratè descripsimus, ubi etiam (sc. in *Edaioth*) ostendi comperisse me mensuram

ﭏדי עמלתת יחמל וזן כמס מאיה
ועשרון דרהמא מן דקיק קמח
מצר והוא ﭏמקדאר בעינה
וגרתה יחמל מן סמיד מצר
איצא ואלדראהם כלהא
מצריה פהדא מא ראינא
תקדימה ובעד דלך אכד פי
ﭏשרח

furam placentæ eâ quam confeci mensurâ continere pondus drachmarum quingentarũ & vigintifarinæ tritici *Ægyptiaci*, eandemque prorsus quantitatem similæ *Ægyptiacæ*, erantque drachmæ etiam omnes *Ægyptiacæ*. atque hoc est quod visum est præmittere; superest ut explicationem [*Misnæ*] aggrediamur.

Soli Deo Servatori Gloria.



INDEX IN MAIMONIDIS TEXTUM.

Indicem hunc (à docto quodam Interpretis amico, concinnatum,) quò usui suo commodum reddat Lector, orandus est ut paginarum numeros typographi incuriâ malè notatos, sibi corrigat. ac præcipue à p. 64. usq; ad 73. à p. 176. ad 200. à 257. ad 260. à 261. ad 264. à 288. ad 314.

Chiddah,

Mishnæ

INDEX



INDEX CAPITUM IN NOTARUM APPENDICE.

 3 *De*

INDEX RERUM IN NOTARUM APPENDICE.

Indicem hunc (ab eodem quo reliqui amico concinnatum) quo suo usui meliùs accommodet Lector, orandus est ut paginarum numeros in libro malè à typographo notatos emendet, præsertim p.92.102, 103. 203. 252.210, 211. 214. 215. 356.

Dei

quousque





Index vocum Hebraicarum, Syriacarum, Arabicarum, & Græcarum, quarum significatio in hac Notarum Appendice enucleatur.

ابغرکی

Voces ARABICAE.

FINIS.



Index locorum S. Scripturæ qui in Notarum Appendice explicantur & illuſtrantur.

FINIS.



Index locorum S. Scripturæ qui in Maimonidis Textu explicantur & illuſtrantur.

ERRATA

ERRATA in Textu sic corrige.


PAg. 5. lin. 4. à fine lege משה.p. 7. l.5.à fine l.verùm.p.8.l.5. à fine נזל p.13.12.*aliquam*. p.23.8. פיה p.24.l.ult.*nostra*. p.25.20.pro *ipsa* l. *ista*.l.22.*inter Deum & Prophetam*. p.26.6. pro *in* l. *isi*. p.27.3.*prophetarum*. ib.l. 22. *praeceptum aliquod negativum prohibeat*. p. 28. 4. proquin & l. *utque*.ib. dele *interrogabitur*.Ib.8. *si interrogatus fuerit respondeat*. p. 30.6 dele &.p.31. 1. *nam* p.38 20.*lum*.p.41.9.delet. p.53.3. à f.pro *sententia* l.*scientiâ* p.54.7.*adversarii*. 21.*Aliorum* p.55.*Zeraim*.ib.Taboroth ..it & p.56.ult. p.57.ult. *Doctori*. p.83.8.*pro*.p.90.29.d.*ad*. p.94.4. à f. *Hashishaiol*.p.95.24.*habet*. p.99.22.*facietis*.p.123.2.*isque*.9.*tulisse* 15.*ut* à R.16.*disceret*.p.130.7. à f.*Pesh*.p.133.6.post *sors est*, insere, *sicut dictum est*, *& populus omnes justi in aeternum possidebunt terram*. 11. עקיבה 136.2. post *risum* ins. *Miseriam vero hoc quod non sit qui denuo victurus*. ib.10. ארניה l. ארניא 139.21. קדר 146.22.*illos*.149.26.*enim*.156.5.à f.*neque*.p.159.1. *Sericas*. p.161.6,7 *maribus*.p.176.15.*autem hoc*.184.14. del. *recenseant*.185.2.*quinque esse*. ib. 7. à f. *ita ut ab*. 190.6.à f. *actionem*.ib.5.à f. קצרהמא ib. פעל מא 4 à f. תרא 191.10.à f. לנא 4.à f. הרה p.195.8.à f. *actionibus bonis*. 200.4. à f. *mensuram*.206.7.*spicilegio*.212.22. *praecedente*. 216.26.*Dei*. 220.23.*quae*. 223.ult. *um*. 225.7. *articulus*. 232. 4. *compararunt*. 235. ult. אתכליף 240.24.*ac*.244.3.*posses*.245.7.à f. *fuisset*.260.4.à f. *praecepta*.282.18. ὑποτεμμῶν ⊙. p.292.20.& 30.& 33.*vasorum*.285.6.*vasorum*.299.19.& 28. *vasorum*.301.8. & 20. & 27. *vasorum*. 302.8.*vasis*. 303.1.2.*vasorum*.322.27. *Hoc in*. 323. 23.*sciendúmque*. 328.12, & 13. לאנה 329. 7.à f. *sanctis*. 333.21. *Tadaim*. 334.*sic in*.337.12. חרש 16. ארם 21. ארביעי 5.à f.*esse in*. 340.27. *vasorum*.341.10. סאיר 343.5.à f. *Tabneh*.345.22. *maxime* 350. 5. à f.*etiamsi*,

Errata in Notis.

Pag.2.lin.d.à.5.16.*quat*.10.1. נעלתי 9. *quàm*.12.4.*sentiam*,9.*ferat*,16. 1.*pedem*.15.*orituri ex a Messia*.17.3.*factum*, 15. *videri ait*,22.3.à f. *Alabamno*.24.ult.*Ostutiensi*.34.In marg.pro *ter & decies*,l.*novies*. 21. الظاهر والبطن 35.9. הארץ 19. الباهي 38.13. *jam*; *idem*.40. antep. للتاكين ult. *oborta*.52.16. *diatribâ à rarae eruditionis viro* Josepho Mede. 52. 7. *nonnullos*,*respectu mul*. 12. *ille*. 54.penult. pro *viz*.l.*quasunt* 55.10. משרורי אחומשא 56. 1.*insedisse*,4. ויזרו 16.*solebat*.57.1.*ult haerere*. 18. *hoc quod*. 24. כאר 60.20. *Casri* 64. 18. *in hoc exemplo*.65.2.*Ave* — 4.*legissent* 166.2. היאה צלא 12.*tum*. *observetur*. 67.*de Fau*. 8. à. f *obviam*.70.22.*Havmizbeach*.71.6.à f. ממתר 81.5. *ideo*.82.3. מציינין 2.*statuunt*.12.*longè ab*.ib.*perdant*.87.8. ביאקנוה ענינו 88. ult. *professo*.89.8. *utroque*. 17. *adducentur eo*. penult. מבוכה 91.6. הצה 94.20 *quem*.96.3.*videtur*.18.d.*fateamur*.99.17.*Allannabi*.100. 4. à f. אחר שבצדיקים ul. ואילולא 103.23.*vix*.*allata*.104.16. בראשית 110.5 *sia*.112.25. 118.19.*destructio*.122.13.*ita*. 124.6.à f. מטיל ib. ביכולת השם 125.8. à f. *tes*. 126.15, *quodam*.*mar*.129.5.*Malachi*.134.10.*Invalidum*.139.25.*tamen*. 140.4. *gradum*.142.19. *transitum*. 5.à f.*turam*. In marg. האמתי 143.5.*opus sit*.*hanc*.144.20 *abundaturas*. 23. *Domini*. *Etsi* 145.3. *participes*.9.*excidantúrque*. 16 d. *ab*. 18. *mendacia*.147.1.*prodite*.13.*millia*.148.8.à . pro (*b*) (*a*) in marg. *Chelek & in*. 161.13. *remuneration*.1.176.in m. *e R*. 179.15. *millenarii*, 180. 11. *alienam* 187.in m. טוב 198.5.*temporis ea*. 199.25. & 26.*haudquaquam*.193,1. *Rambam*.104. ult.*surrectionis*. 205,7. ובילדי 21.*Doctor Minium*. 206,22. d.*ille*.23. *ille haud*. 207, 17. *articulo* (*inquit*) 208,15.d.*adeo*.209,1.*mori*.6. *videri*.18,d.*qui*.211,20. *Sphaerica solida*, *cylindrica*, *vel quadrata*. 212,15.*si faecu'i*.26,pro טים l. פנים 222,16.del. *quae*. 228,4. à f. *ne*. 235, 18. *Almajm*. 236, 21. *qui*. 239, 4. *disponendis*. 252, 14. *Ecclesiensis*. 257,19. *majora*. 256, 2, وباهر 266, ult. d.*esse*.267,4,*videatur*.271,12,*putantur*.280,10,*ingressa*.285,10,*adhuc*.286,ult.*intellectu*.287,19, *constet*.289,in m. اذا وامكن 294,18,μεγαλοφυΐα λαμπρός. ult.*aliquando*.306,11, d.*sibi*. 309, 9,*ut inter praecari verat*.16,*nec non*.310,7,à f. *se reverâ*.311,ult.*corruit*,*at*.312,4,*est ut*.15,*tum ipsorum se ipsa*.

scripta,313,6,*diet*.317,1,*telligantur*.318,13.*obtruderetur.perʃ.* 321,pen. *Idololatræ*.335,pen. *decorum* 339,6,*&* 10,*Christianorum*, 343,10, *fuerint*.347, 12, *quod nobis objiciant*. 348,9,*virum*. 350,19, *ʃentiam.* ant. *paleam*.351,2, *quarum ut plus*,353,7,*à f.ʃibi falʃò* 354,8.*Iudæus*.355,10,שמברכין 11,חולין 12, d. לא 23,*Skulean*. 356. 2. דרך 358, 17. *quin nec ipsi M. a. r. m.* 362, 7, *à f.* שכתירה 363, 2, *pendere*. 364,17, אומר 366,6,*Habbaʃar*.15. רכר 368,24, *brev. denotas*. 370,11,d. *à*. 371, 2,*latere*. 372, מנזוסתין 19, בינא 373,11, *diʃtinctè*.28, הירים 379,3. الواصل antep.d.*reb.diʃ.* ult. החוצצים *rebus diʃcrim*. 38, in m. קנות 385,6, *ʃtatuant*. 387,antep. *orum*.[*in*] 392,9,*requiri ipʃarum*. 394,12, *calestio*. 396, 2, אכם 24.*com*. 25, *prodirent*.penult.*tetigiʃʃet*,*vel*.399,19,*licebat*.405,4,*dentet*.410, אסורין *ult*. משפטים 412,29, *obʃtrinxiʃʃe*. 413,3, לי 414,2, *fallit*, 10,*&* 11, אסור 415, 4. *ʃpon let*,18,*Canone*, 26, *fiat*. 416,in m. בהר 417,antep. ישרא 419,26, *de votis*.poſt tract.penult. לבינה 420,3, *quicquam*. 429,26, *aut cum pe*.





FINIS.

